



Ordine di Sant'Agostino

Provincia Agostiniana d'Italia

Progetto culturale "Gli Agostiniani in Italia"

Laboratorio di ricerca sulla storia, l'arte e la spiritualità
dell'Ordine Agostiniano in Italia

P. David Aurelius Perini
Ordinis Erem. S. Augustini

BIBLIOGRAPHIA AUGUSTINIANA
Cum notis biographicis
Scriptores itali

Volume primo A-C, Firenze 1929, pp. 7-284

Curato da Mario Mattei

Centro Culturale Agostiniano onlus

Via della Scrofa, 80 - 00186 Roma - Telefono / Fax 06-6875995

Sito web www.agostiniani.info - E-Mail centroculturale@agostiniani.it

© 2007 Centro Culturale Agostiniano onlus

I diritti di traduzione, riproduzione, di memorizzazione elettronica e di adattamento totale o parziale con qualsiasi mezzo (compresi i microfilm e le copie fotostatiche) sono riservati per tutti i paesi.

Centro Culturale Agostiniano onlus

Via della Scrofa, 80 - 00186 Roma

Telefono/fax 06-6875995

Web www.agostiniani.info - Email centroculturale@agostiniani.it

Provincia Agostiniana d'Italia

Convento S. Rita

Via Colle delle Rose, 30 - 00060 Riano (RM)

Tel. 06-9036121 – Fax 06-9036213

Web www.agostiniani.it - Email segretario@agostiniani.it

[Pag. 7]

A

Abbate Fr. Benedictus, Neapolitanus, vixit saec. XVIII ineunte. A puero Ordinem Minorum S. Francisci strictioris observantiae ingreditur, atque ibidem philosophicos et theologicos cursus perfecit, nec non ad Sacrum Presbyteratus Ordinem fuit promotus. At, nescimus qua de causa, petiit atque sub die 26 nov. 1700 facultatem obtinuit ad Erem. S. P. Augustini Ordinem transeundi, in quo ita egregie se gessit, ut a Rev.mo P. Generali Querni, perspectis eius praeclaris meritis, pluribusque pro Ordine exantlatis laboribus, probitate vitae morumque honestate, sub die 3 Februarii 1717, sacrae theologiae Boccalaureus renuntiatus fuit. Is itaque an. 1721, die 18 Julii, a Rev.mo P. Cervioni facultatem obtinuit librum imprimendi, cui titulus: «Metodo spirituale per diriggere le proprie azioni verso l'ultimo fine che è Dio». Dies obitus eius nos latet.

(Cfr. *Ordinis Regesta*, Dd. 139, 157 et 162).

Abbati Fr. Petrus, Sículus, Messanensis, eiusdem civitatis S. P. Augustini conventus filius, S. Theol. magister, celebris in disciplinis theologis et philosophis, magis autem virtutibus religiosis et sanctitate vitae. Rexit magna cum prudentia provinciam Siciliae et Melitae cum esset prior provincialis anno 1418. Dedit in lucem: *Artes philosophicas*, ms.

(Cfr. Attardi Bonaventura, *Il Monachismo in Sicilia*, Palermo, 1741, p. 136, et P. Schier Xist., *Additamenta et notae ad Bibliothecam Augustinianam P. Ossinger*, Cod. 353, p. 296, Bibliothecae Angelicae Urbis, nec non Pompieri, *Persone illustri che sono fiorite nel convento di Messina de' Frati di S. Agostino*).

Abiati Fr. Benignus, Cremonensis, an. 1541 in patrio S. Augustini coenobio Congregationis nostrae Insubricae habitum agustinianum induit. Curriculum studiorum mature explevit ac evasit orator non spernendi nominis, theologus [Pag. 8] et sacrarum litterarum expertissimus interpres, cuius auctoritate pro similibus disputandis Cremonae fuerat instituta Academia, cui crebro intererat Nicolaus Cardinalis Sfondratus Cremoneris Ep. ad summum exinda Pontificatum evector, qui Benignum ut fratrem alterum praediligebat. Nobilissimos Ordinis nostri gradus occupavit; nam ter fuit suae Congregationis Vicarius Generalis, scilicet in Alexandriae comitiis an. 1582, Vitalianae an. 1587, et Cremonae an. 1591. In patrio coenobio celeberrimam Bibliothecam erigi curavit, picturis ac praetioso marmore, extractis columnis, ornari, ad cuius memoriam super interiori ianuae fastigio haec legebatur epigraphe: «Bibliotheca haec Catholicae Maiestati dicata, Patriae ornamento extracta, et studiorum commodo oblata per Fr. Benignum Ablaticum Cremonensem, expensis conventus et Amicorum. Anno MDXCII». Catalogum huius Bibliothecae, codicum mss. copiosae, concinnavit ac Possevinus in *Apparatu Sacro*, Tom. III, p. 138, edidit. Summis viris tum in dignitatibus tum in litteris admodum gratus, meritis tandem et virtutibus gravis, senioque confectus, die 30 Septembris 1630 naturae in patria concessit. In dicta Bibliotheca asservabantur mss. nonnulla eius opera, quibus titulus:

Concionatoria, Tom. II in 4°.

(Cfr. Calvi, *Delle Memorie istor. della Congreg. Osserv. di Lombardia dell'Ord. Erem. di S. Agost.*, Milano, 1669, p. 355; Ansi, *Cremona Litterata*, Parmae, 1702, Tom. II, p. 126; Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, Tom. I, part. I, p. 24; Ossinger, *Biblioth. Augustiniana*, Ingolstadii et Augustae Vindellicorum, 1768, p. 12 et alios).

Accetta Fr. Julius, falso a Lanteri Pedemontanus dictus, natus est Francavillae Provinciae Rhegii Julii circa annum 1690. Anno 1705 Ordinem Erem. S. Augustini ingredi postulavit. Studens Neapoli an. 1706, cursor Pulcini an. 1710, Lector Florentiae an. 1713, Bacc. Pisauri an. 1715, inter Collegiales an. 1717 meruit coptari in conventu S. Augustini de Urbe, ubi et Regentis munus per aliquot annos exercuit. Una cum PP. Thoma Magliacci, Neapolitano, et Angelo Damiani e Sigillo, sub R.mo P. Generali Bellelli, die 11 Maii 1727 ad magistralem lauream consequendam examinatus, omnia vota favorabilia retulit. (Cfr. Reg. R.mi Bellelli, Dd., 168, p. 125). Insignis fuit Mathematicae professor, quam per 22 annos in Taurinensi Athenaeo summa cum laude docuit. Astronomiam etiam ita calluit, ut celeberrimae Parisiensi scientiarum Academiae aggregari meruerit. Fuit etiam Academiae Apathum alacer socius. Die 5 Augusti 1752 a Rev.mo P. Vasquez (Cfr. eius Reg. Dd., 194, p. 58) obtinuit ut sua elementa algebrica edere posset; at paulo post morte occubuit. Praelo tradidit:

1. *Orazione recitata nel riapimento dell'Università e Accademia degli Apatisti il dì 23 Novembre 1724*. In Lucca per Domenico Ciuffetti, 1725.

2. *Panegirico di S. Ansano Martire Battezzatore di Siena*, Siena, F. Quinza, 1726. Est in Bibliotheca Casanaten. Romae in Miscell. in fol. Vol. 128.

3. *Observatio Lunaris defectus habita in aedibus S. Augustini Augustae Taurinorum P. Mag. Julii Accetta ex Ordine S. Augustini Regio Atheneo Matheseos professoris die Junii 1750*. (Cfr. *Novelle Letterarie di Firenze*, T. XI, an. 175, nec non Zaccaria, *Storia Lett. d'Italia*, Tom. II, p. 516). [Pag. 9]

4. *Osservazione dell'Ecclissi lunare accaduto il dì 8 Giugno 1751 in Torino*. (Cfr. Zaccaria, loc. cit. T. II, p. 651).

5. *Gli elementi di Euclide a migliore e più chiara maniera ridotti, arricchiti per la maggior parte di nuove dimostrazioni, premessi gli elementi dell'Algebra dedicati a S. R. M.*, Torino, MDCCLIII, nella Stamperia reale, vol, in 4°, pp. 286 cum tabulis et figuris algebricis. P. Julius Marchini, Congregationis Matris Dei, in opere cui titulus: *Riflessioni sopra la maniera di ben comporre l'orazione panegirica*, Lucca, 1733, pp. 91, 136, 161 memoratam de S. Ansano orationem nostratis Accetta magnopere laudat, eamque iuvenibus ad exemplum proponit. Eustachius D'Afflitto vero in sue opere: *Memorie degli Scrittori del Regno di Napoli*, Napoli, 1782, T. I, p. 11, de eodem P. Accetta haec hubet: «In Firenze poi pubblicò la *Orazione Italiana*, che disse nella Accademia degli Apatisti il dì in cui vi fu ricevuto; e poscia un'altra, di cui si narra così la storia nelle *Novelle Fiorentine* del 1754 n° 48. Avendo il Dottor Lorenzo Maria Lapi Mugellano recitati nell'Accademia degli Apatisti varii Capitoli contro gli abusi del secolo, e particolarmente degli Ordini Religiosi, se ne offese in modo il nostro P. Accetta, che una sera recitò nell'adunanza medesima una fiera satira

contro gl'importuni censori de' Regolari, e soprattutto contro il Lapi. Fu creduto perciò il nostro fervido calabrese ecceduti i limiti d'una onesta difesa, e mancato al rispetto, che si dee ad un luogo posto sotto la immediata protezione del Sovrano, onde fu obbligato ad una moderata ritrattazione; lo che tosto eseguì con una eloquente *Orazione* che prima disse in Accademia, e poi diede anche alle stampe».

(Cfr. et Lanteri *Prostr. Saec. Sex Relig. August.*, Tom. III, p. 169).

Acciaioli Fr. Nicolaus, florentinus, alumnus Provinciae Augustinianae Pisarum, vixit saec. XVII, et plurimum vitae suae tempus insumpsit Florentiae, cuius civitatis Augustiniani coenobii filius et Prior fuit. Deinde moderator Provinciae Romanae electus, illius statum notabiliter in bonum provexit; summa enim in tractandis omnibus rebus dexteritate pollebat. Inter theologos Florentinae Universitatis die 12 Julii 1625 adscitus, magnum sibi nomen comparavit. Fuit etiam orator insignis. De illo inquit Ossinger: Pares illi non multos aetas illa suspexit, animique robore aequales suos facile superavit; claruit insuper aliis naturae dotibus, scilicet, pietate, prudentia, doctrina etc. Ex hac vita migravit aetatis suae annorum 80. Reipublicae litterariae innotuit per *Orationem funèbrem in exequiis D. Michelozzi Senatoris habitam*, cui addidit *Descriptionem dictarum exequiarum die 17 et 19 Maii 1604 celebratarum*, impressam Florentiae, an. 1604 per Volemar Timau, in 4°.

(Cfr. Ceccarini, *Fasti dell'Università di Firenze*, pp. 410 et 78; Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, Vol. I, part. I, p. 48; Ossinger, *Bibliot. Augustiniana*, p. 14; Lopez, *Addit. ad Crus. Monast.*, Vol. II, p. 296).

de **Aciaria Fr. Hyacinthus**, a Moreri in *Bibliografia Storico-ragionata* [Pag. 10] della Toscana, Firenze, 1805, Vol. I, p. 13, *Agazzari* nuncupatus, fuit patria Senensis atque alumnus Congregationis Ilicitanae Ordinis nostri, vixitque saec. XVII. Philosophiam atque theologiam ab an. 1634 ad ann. 1639 Senis, Pisis atque in civitate Montis Sancti Sabini didicit. Mense septembris 1640 in ultima hac civitate praedicandi facultatem obtinuit, ac die 10 decembr. eiusdem anni ad Lectoratus gradum fuit promotus. In patriam iterum accersitus, nominatus fuit parochus ecclesiae S. Martini, et an. 1651, iam Bacc., in collegio theologorum Senensi una cum PP. etiam Bacc. Fabritio Landucci et Angelo Vitelli connumeratus est. An. 1653 praefuit Capitulo suae Ilicitanae Congregat. in quo praefatus Landucci electus fuit Vicarius Generalis, et an. 1657 ipse Hyacinthus secundus Definitor evasit. An. 1671 interfuit Capitulo, uti Discretus conventus S. Martini, ac inde in Domino obiit. Reliquit:

Vita della divota serva di Dio Maddalena da Siena, ms. Bibliothecae Florentinae Maglia b. sub sign. CLXXXVIII, Cod. I.

(Cfr. Landucci, *Sacra Ilicetana Sylva*, Senis, 1653, p. 75 et *Acta Congregationis Ilicitanae* in Ff. 31 in arch. Ordinis asserv.).

Addeo Fr. Augustinus, amabilis ac optimus confrater, ortus est Vici Palmae Dioec. Nolanae ex Carolo et Laura Carbone die 18 maii an. 1876, ac postera die sacro fonte renatus, appellatusque Felix, primam iuventam apud suos transivit. Ad religiosam vitam vocatus, habitum nostrum die 7 decembr. 1890 Carpineti suscepit, ibique novitium suum perfecit atque Neapolitanae Provinciae cooptatus, ad professionem admissus fuit die 29 Junii 1892. Litterarum studiis magna cum laude

Romae in Collegio S. Monicae operam dedit, ac Sacerdos die 17 decembr. 1898 consecratus est. Die 11 octobris 1899 de eo superiores Ordinis multa sibi spondentes, facto laudabiliter periculo, Lectoratus gradu merito illum decorarunt. Docuit inde philosophiam et physicam iuvenes nostros in Collegio SS.me Trinitatis Viterbii, et quinquennio transacto Collegii atque Regentiae gradum, mense Octobris 1904, non sine plausu, obtinuit. Ad immortalem vitam P. Joanne Berdozzi, ex Assistente Generali et coenobii SS.mae Viterbiensis Priore, die 14 januarii 1907 vocato, in illius locum P. Addeo suffectus est, ac in ea qualitate die 25 augusti 1909 magistralia obtinuit insignia. Apud Ticinum Regium inde coenobii S. Augustini Priorem egit maxima cum prudentia, atque dexteritate. Dum itaque, inibi ab omnibus dilectus versatur, die 16 maii 1913 Nicosien. et Herbiten. Episcopus est renuntiatus. Diu ac prosper, felixque vivat. Edidit:

1. *La Previsione del tempo*. Viterbo, Tip. Donati e Carlini, 1903, in 4°.
2. *Sur un affresco rappresentante il B. Giacomo Agostiniano*, *Arciv. di Napoli ed altri dipinti murali scoperti nel Refettorio del Convento della SS.ma Trinità in Viterbo*. Viterbo, Tip. Agnesotti, 1910, in 8°.
4. *Prima lettera pastorale ai suoi diocesani*. Roma, Tip. Poliglotta Vaticana, 1913, pp. 18. (Est eloquens et compta vox pastoris pergentis et properantis ad suum ovile).
5. *Il primo dovere della vita spirituale. Lettera pastorale per la Quaresima del 1914*. Nicosia, Tip. ed. del Lavoro, 1914, pp. 21. [Pag. 11]
6. *Per la Dottrina Cristiana ai fanciulli. Lettera pastorale nella Quaresima 1915*. Nicosia, Tip. ed. del Lavoro, 1915, pp. 22.
7. *La mia prima visita pastorale. Lettera per la Quaresima 1916*. Nicosia, Tip. ed. del Lavoro, 1916; pp. 23.
8. *Dalla croce pende la salvezza nostra. Lettera per la Quaresima 1917*. Ib. iisdem Typ. 1917.
9. *Gerusalemme urbe celeste e beata visione di pace. Lettera Pastorale per la Quar. 1918*. Ib. iisdem Typ. 1918, pp. 20.
10. *Il nuovo codice nel centenario del Vescovato. Pastorale per la Quares. del 1919*. Ibidem, iisdem Typ., 1919, pp. 15.
11. *Vangeli festivi con brevi considerazioni da esporsi ai fedeli durante la Messa*. Ibidem, iisd. Typ. 1919, pp. 120.
12. *I Diritti di Dio. Pastorale per la Quaresima 1920*. Ibidem, 1920, pp. 19.
13. *Il Sacramento dell'Amore. Pastor. per la Quares. 1921*. Ibidem et iisdem Typ. 1921, pp. 21 et in suo «Bollettino Ecclesiastico» an. VII-VIII.

14. *Il Dono di Dio per i Fedeli e gl'Infedeli. Pastorale per la Quaresima del 1922.* Ibidem, iisdem Typ., 1922.
15. *La Religione. Lettera Pastorale 1923.* Ibidem, et iisd. Typ. 1923.
16. *La Divina Liturgia. Lettera Pastorale 1924.* Ibidem, et iisd. Typ. 1924.
17. *Il Giubileo dell'Anno Santo 1925.* Ibidem, et iisdem Typ. 1925.

de **Adero Fr. Peregrinus**, circa an. 1600 natus. Panormi in Conventu S. P. Augustini vitam religiosam amplexatus, Neapoli primum, Florentiae postea (1615-1620) philosophicas ac theologicas disciplinas magno cum profectu didicit. An. 1620 Lector renunciatus missus fuit Panormum. Inde sacrae theologiae Magister evasit et non parvae notae concionator. Virtutum splendore morumque integritate micans, an. 1629 ad Provinciae Siciliae praesulatum assumptus fuit. Ad meliorem vitam evolavit post an. 1644. Typis edidit: *Della vera devotione della gran Madre di Dio e del titolo del Soccorso*, etc. Palermo, Tip. di Pietro Coppola, 1644, 1 vol, in 12°.

(Cfr. Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, Vol. I, p. 138; Mogitore, *Bibl. Sicula*, T. II, p. 126; Attardi, *Il Monachismo in Sicilia*, p. 234; Ossinger, *Bibl. Aug.*, p. 15; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, T. III, p. 183 et alios).

Aetini Fr. Augustinus, de nobili Terra Turricta Vallis Glani Aretii in Tuscia natus est circa an. 1671. Senis in conventu S. P. Augustini an. 1688 inter Augustinianos per professionem religiosam fuit adnumeratus. Anno 1690 ad S. Augustini Neapolitanum coenobium, studiorum causa, mittitur, manens ibi usque ad an. 1693, quo ad conventum. Montis Sancti Sabini pergitur cum munere studentium magistri. Inde missus fuit Viterbium et an. 1696 Senas. Duos post annos fit novitiorum magister et in comitiis generalibus Bononiae habitis, Provinciae Senarum definitor, cum esset jam in S. Theol. Bacc. Alia postea obivit munera aliosque honores obtinuit. Fuit enim S. Theol. Magister, diversorum conventuum tum Provinciae Senarum cum Congregationis Montis Ortoni Prior. Fuit insuper, ut ait Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana*, p. 16, [Pag. 12] in omni litteratura, praesertim divinarum scripturarum, instructus. Veram vitam cum morte commutavit an. 1731. Quae scripsit, sunt:

1. *Bibbia aurea, seu loci communes ordine alphabetico congesti*, Impr. Perusiae anno 1728.
2. *Apochastasis seu Revolutio Annorum Lunisolariam 1932, ad exactam utriusque maioris Lunisolaris motus reductionem, qua Novilunia a creatione mundi, et in futurum Styto Juliano: nec non et Hebraeorum gesta in sacris Bibliis reperta per quamdam sacram Chronologiam proprio anni mense, et die iuxta LXX Interpretum supputationem una cum praecipuarum Epocharum ac Olympiadum initio, absque ulla temporis interpellatione sunt digesta A. R. P. F. Augustino Aetini in S. Theologia laureato, et a Sacra Congregatione exemptionibus Magistralibus insignito, Ordinis Eremitarum S. Augustini de nobili Terra Turricta Vallis Glani, Aretii in Tuscia, olim in conventu S. Marci civitatis Montis Politiani Provinciae Senaram nunc Sancti Felicis Congregationis Perusinae eiusdem Ordinis alumno, labore, studio ac vigiliis Anno Domini 1715 excogitata et anno 1721 expleta.*

Codex Bibl. Angelicae Urbis, 19 (A. 3. 27) chart. in 4°, ff. 424.

3. *Calendarium Chronologicum, ubi epochae a creatione mundi usque ad persecutionem Diocletiani, et Hegiram arabum, die, mense, et anno describuntur.* Perusiae, apud Constantinum impress. Com. Episc. et S. Officii MDCCXXVIII, in 4°, pp. 127.

4. *Breve sacrum chronicon, in quo a mundi exordio usque ad Christi nativitatem et passionem per cyclum luni-solarem annorum 1932, iuxta tabulas Romanas Ecclesiasticas, sibi que constantem septuaginta interpretum supputationem nedum ortus Patriarcharum, Principum Israelis, Assiriorum Regum, Romanorumque Imperatorum certum tempus statuitur, sed et novilunium paschale non amplius loco movendum perpetuo figitur. Excerptum ex autographis S. Chronologiae manuscriptis P. F. Augustini Aetini, Eremitae Augustiniani etc. diligentia et studio P. F. Joannis Baptistae Cotta Tendentis, in eodem Ordine S. Theologiae Magistri.* Perusiae MDCCXXIX, typis Constantini. Impress. Cam. Episc. et S. Officii. Superiorum permissu in 4°. Haec postuma opera, quae in Bibl. Angelica asservantur, Ossingero (p. 16) non innotuerunt, uti et quaedam clarorum virorum epistolae in codice 439 (D. 5. 8) eiusdem Bibliothecae ad eundem Aetinum missae de eius chronologia tractantes. Harum epistolarum auctores sunt: P. Franc. M. Querni, Augustinianus; Dominicus Ciriaci; Franciscus Bianchini; D. Bonifacius Pepe; Leo Bartolotti; Justinianus Pagliarini; Antonius Antinori; Fr. Joan. Baptista Cotta, August.; Fr. Thomas Archiep.; et Fr. Benedictus Augustinus Gattini, August.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex Religionis August.* T. III, p. 13, et Narducci, *Catalog. Bibl. Angelicae*, p. 8 et 206).

Agazzari Fr. Philippus, Senensis, cuiusdam equitis Leonardi de Agazzariis filius, ortum habuit circa an. 1339. Adhuc adolescens, utroque invito parente, postrema die anni 1353 sub priore B. Nicolai Tini de Marescottis in Ilicitana Augustiniensium Eremo, prope Senas, religiosum habitum suscepit, [Pag. 13] fuitque discipulus atque novitius B. Nicolai sub cuius magisterio tantum in virtutum palestra profecit ut et ipse titulum beati obtinuerit. Anno vero 1357 cum Rev. mus P. Gregorius Ariminensis in Iliceto visitationem perageret atque Philippum detegeret una cum aliis fratribus in taxillorum ludo animum intendisse, omnes in carcerem per tres menses detrusit. Ex eo tempore, poenitentia ductus, totum sese dedit et assiduis pietatis operibus et fratrum usui utilibus libris conscribendis ita ut tot volumina propria manu trascrpta reliquerit, quot unius hominis aetas ex integro percurrere minime sufficeret, quaeque per varia Ilicetanae Congregationis coenobia dispersa inveniebantur. Anno 1388 B. Nicolai Tini parentalibus interfuit, et an. 1408, cum esset Iliceti Prior, P. Stephani Cionii consilia sequens, ad Congregationis Canoniorum Regularium Scopetinarum institutionem operam suam quam maxime praestitit; at postea erratum agnoscens, ad pristinum institutum rediit, Cionio interea et quatuor aliis inceptum opus prosequentibus. Post reditum, ita suis eximiis virtutibus totius Ordinis existimationem, atque benevolentiam recuperavit, ut tandem B. Augustinus Romanus de Favaronibus, supremus ordinis moderator, Ilicetanae Congregationi, eius gratia, antiqua privilegia restituerit eumque praeterea perpetuum tam Ilicetani S. Salvatoris conventus Priorem quam Congregationis ipsius Vicarium constituerit. Annorum pondere iam gravari incipiens, singula haec officia dimittere voluit; ast praefatus P. Generalis illum prioratu tantum deoneravit. Itaque obiit Vicarius die 30 octobris 1422 octuagenario maior, talem sanctitatis opinionem post se relinquens, ut beati nomen obtinuerit. Multa scripsit, magna ex parte deperdita; quae autem supersunt, haec sunt:

1. *Gli Essemprj di Fr. Filippo da Siena, Legende del secolo XIV, testo di lingua inedito tratto da un codice autografo della Libreria Comunale di Siena, editi da D. F. C. Carpellini.* In Siena, I. Gatti, Editore-Libraio (1 luglio 1864) in 16°, pp. 250. Ex his exemplis, an. 1859, Lucae e Typ. B. Canovetti iam prodierat: *Novella di una donna che fu lisciata dal diavolo scritta da Fra Filippo da Siena nel buon secolo della lingua; item La leggenda di Sancto Salvestro cura et studio Prof. Michaelis Melga Neapolitani.* Item *La vita di Frate Nicolò Tini priore di Selva di Lago eiusdem P. Philippi et his exemplis inserta, ac a Johanne Baptista Melloni citata in Atti e Memorie degli Uomini illustri in santità nati e morti in Bologna, ibi, 1719, Vol. II, p. 119; a Fr. Bernardo Monaldi, in Vite dei Beati di Lecceto, p. 58, a Gelsominio in Thesaurus celeste Devotionis ad B. M. Virginem, Cap. XV, p. 308, et a Mazzuchellio in Script d'It., T. I, p. 180, quo loco asseritur praefatam vitam insertam ab auctore fuisse et in alio eius opere, cuius titulus:*

2. *Memoriale o sia Storia molto esatta degli Uomini illustri in Santità, in lettere e dignità del convento di Lecceto, ms. quod forsam est in cod. XLVII, Plut. LXXX, Biblioth. Gaddianae. Aliquae certe eius Beatorum vitae sunt in cod. Biblioth. Chisianae in I, 9, a Bernardo Monaldi conscripto. Transcripsit etiam Philippus noster: [Pag. 14]*

La spositione sopra de' Vangelii e quali frate Giovanni da Salerno de' frati Romitani di s.to Agustino extrasse et reduce in volgare dall'uopara di frate Simone daccascia del detto ordine, quae reperitur in cod. I. V. 10 Biblioth. Com. Senensis sicut et opus. Gli Assemprj etiam inibi in cod. T. IV, 9.

(Cfr. Ossinger, p. 16; Landucci, p.109; Ugurgieri, *Pompe Sen.*, T. XIX,11; De Angelis Luigi, *Bibliogr. degli Scitt. Sen.* Siena, 1824, T. I, p. 18; Benvoglianti, *Scrittori Senesi*, T. I, p. 79; Bandiera, *Biblioteca Senese*, p. I, n° 36; Gigli, *Diario Senese*, p. I, fol. 373; Lanteri in *Additamentis ad Crusenii Monast.*, p. 425, et in *Postr. Saec. Sex.* T. I, p. 247; A. Marenduzzo, *Gli Assemprj di Fra Filippo da Siena*, Siena, 1899; W. Heywood, *The Ensamples of Fra Filippo, a study of medioeval*, Siena; Alex. Masseron, *Les Exemples d'un Ermite Siennois*, Paris, 1924, et Petrum Misciatelli, *Mistici Senesi*, Siena, 1913, pp. 67-94).

Aggarbati Fr. Joseph ex honestis ingenuisque parentibus Joanne Aggarbati et Rosa Bernuschi ortus est Civitate Nova in Piceno die 13 feb. an. 1813. Sub pii doctique presbyteri disciplina litteras ac pietatem edoctus in ipso adolescentiae flore saeculo valedicere ac monasticum institutum amplecti statuit. Itaque an. 1828 die 26 martii Tolentini Augustinianae familiae nomen dedit ae post emissam votorum professionem, ibidem, Firmi ac Perusiae studiorum curriculum haud minori cum laude quam profectu confecit. Lectoris subinde ac Regentis gradum et officium assecutus, et anno 1849 magistralibus infulis redimitus est. Plures annos Perusiae nedum nostrates alumnos, verum etiam externos omnium cum plasu docuit cum an. 1843 electus fuerit professor substitutus ethicae in illa universitate, cuius etiam collegio philosophico an. 1850 aggregari meruit, paulo post scilicet an. 1852 praefatam ethicae cathedram suo nomine adeptus. Cum esset iam ab an. 1850 Perusini coenobii Prior et ab an. 1855 examinatore prosinodalis, an. 1859 Umbriae Provinciae regimen obtinuit, in quibus muneribus perduravit usque ad an. 1861, quo civitatem illam, in qua diu omnibus benefaciendo commoratus fuerat, temporum hominumque nequitia deserere coactus, non ita multo post Romam se recepit, ubi an. 1865 Ordinis Procurator Generalis constitutus fuit, quo titulo etiam Collegii Theologici Universitatis Romanae membrum evasit. Hoc in loco ita egregie se gessit ut Summi Pontificis Pii Pp. IX gratiam atque existimationem sibi conciliarit, qui propterea illum

patriae Senogalliensis Ecclesiae Episcopum declaravit die 22 febr. 1867. Consecrationem accepit in templo S. Augustini die 10 martii eiusdem anni per manus E.mi D. Card. Constantini Patritii, Urbis Vicarii, et Ordinis Protectoris, assistentibus DD. Josepho Cardoni Archiep. Edesseno, et nostrate Francisco Marinelli Ep. Porphiriensi. Eximio Senogalliensi Antistiti rite accomodari posse videntur quae de illius conterraneo nostrate Card. Petrocchinio scripsit Ciacconius, quod nimirum esset lenis, comis, humanus, benignus adeoque grato et venerando aspectu ut ex ipso tantum venerationis ac maiestatis secum ferret quantum ex ingenti doctrina innocentiae vitae coniuncta. Laubiliter praefecit congregito sibi gregi usque ad initium anni 1879, [Pag. 15] quo eximius infulatus apoplexiae ictu correptus, praevidens se ex hac vita migraturum, de abdicando Episcopatu consilium iniit. Abdicationem ipsius benigne admisit Leo Pp. XIII, illumque episcopali pondere exoneratum die 12 maii eiusdem anni 1879 Archiepiscopali titulo Petrae insignivit. At iteratae apoplexiae fractus ictibus, et Ecclesiae sacramentis susceptis die 24 maii 1880 spiritum Deo reddidit Creatori suo. Typis ab eo mandata sunt:

1. *Epistola Pastoralis ad Clerum et Populum civitatis et Dioecesis Senogalliensis*. Romae typ. Moreni, 1867.
2. *Lettera Pastorale per la S. Quaresima dell'anno 1874*. Sinigallia, Tip. Pattonico, 1874.
3. *Lettera Pastorale pel Giubileo Universale dell'anno santo 1875*. Sinigallia, Tip. Pattonico, 1875, atque alias epistolas pro S. Quadragesima.

(Cfr. Lanteri, *Erem. Sacrae Augustinianae*, Roma, 1874, T. I, p. 164; et *Litteram ad Universum Ordinem R.mi P. Joan. Belluomini*, Typis datam sub die 28 maii 1880, annuntiantem illius obitum).

Agnellus a S. Maria, Neapolitanus, e Congregatione Discalceatorum Ord. Erem. S. Augustini, floruit saec. XVII. De illo nihil aliud scimus quod ediderit: *Trattato scientifico delle cause che concorsero al fuoco et terremoto del Monte Vesuvio vicino Napoli - Utilissimo ai theologi, filosofi, astrologi et ad ogni altro studio*. Napoli, 1632, in 8°.

(Cfr. Cam. Minieri Riccio, *Notizie biografiche e bibliografiche degli scrittori Napoletani fioriti nel sec. XVII*, p. 9).

Aiazza fr. Ludovicus, Vercellensis, apud Bodincomagum in coenobio S. Crucis Ord. Erem. S. Augustini Congreg. Lombardiae religiosum habitum suscepit an. 1485. Vir evasit spectatissimae probitatis Sacrae Theologiae, quam Vercellis aliisque in civitatibus legit, professor, et divini verbis nobilis annunciator. Haeresi Lutherana subeunte, validissime eam oppugnavit, odia ab eius asseclis in se convertens, a quibus ludibria perpeusus est. Variorum conventuum priorem egit: octies fuit Congregationis definitor, ter capitolorum praeses, quater visitator, et ab an. 1524 ad an. 1539, fere continuo, Vicarius Generalis. Communi fato occubuit an. 1540. Scripsit latina lingua:

1. *Volumen Sermonum*.
2. *Specimen orthographiae et ortologiae*.

(Cfr. Calvi, *Delle Mem. Hist. ecc.*, p. 235; Rossotti, in *Syllabo Script. Pedemontii*, p. 399; Ossinger, p. 18; Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.*, T. I, p. I, p. 224; Lanteri in *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 400; et De Gregori, *Storia della Vercellese Letterat.*, Torino, 1820, T. II, p. 48).

Albasini Fr. Petrus Ludovicus, alumnus coenobii S. Augustini Cocconati in provincia Pedemontana, studiis Mediolani an. 1749, Tarvisii 1754 atque Venetiis impense incubuit. An. 1757 Lector renunciatus, Arimini docuit logicam, et anno 1759 Lector Moralium Papiæ fit Baccalaureus. An. 1761 examinatus fuit ad Collegium Pisaurumque missus, atque die 9 februarii 1764 periculum ad Regentiae gradum obtinendum cum laude sustinuit, ac die 9 febr. 1768 S. Theologiae Magister est renunciatus. Docuit inde ac praedicavit multis in locis, et an. 1792 [Pag. 16] in Capitulo Generali Bononiae celebrato Assistens Italiae electus fuit. Mortuo die 8 iunii 1796 Rev.mo P. Mag. Stephano Augustino Bellesini Viterbiensi, Generali Ordinis Priore, in eius locum suffectus fuit a Pio Pp. VI Rev.mus P. M. Dominicus Lippici, eiusdem Ordinis Procurator Generalis, qui ex obedientia SS.mi inerens mandatis, vi Brevis Benedicti Pp. XIV diei 6 augusti 1745 constituit, ut in Procuratorem Generalem Ordinis ille sibi succederet, qui inter Assistentes Generales ratione magisterii praecederet; atque ita examinata dictorum praecedentia, decisum fuit in favorem Rev. P. Mag. Petri Ludovici Albasini, qui proinde fuit Procurator Generalis electus et a Summo Pontifice confirmatus, manens in officio usque ad mensem maii 1800. Ab eo extant: *Res gestae ab eodem in munere Procuratoris Generalis a die 22 iunii 1797 usque ad diem 9 maii 1800*. Ms. in Archivo Ordinis sub signo Bb. 98, pp. 1-68 in fol.

(Cfr. *Ordinis Regesta*, praesertim Dd. 240, pp. 11-12).

Alberici Fr. Jacobus, e Sarnico Provinciae Bergomensis, S. Theol. Lector, in sacramento regenerationis Hieronymi nomen habuit. Bergomi an. 1570 Ordini Erem. S. Augustini cooptatus, anno insequenti suam religiosam professionem Rev. P. Petrus Nicolaus Muzio hilari animo excepit, quasi praenosens quanti iuvenis ille in suam Insubricam Congregationem foret. Et revera tam in historicis quam in aliis litteris excolendis vir evasit egregius. Aliquorum conventuum Prior item evasit, eiusque Congregationis Generalem Procuratorem egit, ac tandem an. 1601 in Vic. Generalem unanimi Patrum consensu electus est. Romae in coenobio S. Mariae de Populo an. 1610, die 26 aprilis debitum naturae persolvit. Typis dedit:

1. *Historiarum Sanctissimae et gloriosiss. Virginis Mariae de Populo Almae Urbis Compendium*. Romae ex Typ. Nicolai Mutii, 1599 in 4°; perpulchris iconibus xilographicis exornatum; quodque ab ipso auctore, suasu Ill.mae Flaminiae Aldobrandinae, nepotis Clementis Pp. VIII in linguam italicam fuit versum, atque editum sub hoc titulo:

2. *Compendio delle grandezze dell'illustre e divotissima Chiesa di S. Maria del Popolo di Roma*. Roma, Stamperia Camerale, 1600 in 4°.

3. *Vita gloriosissima e miracoli eccelsi del B. Nicola da Tolentino raccolta da antichi originali dal P. Ambrongio Frigerio da Bassano, di nuovo ornata ed ampliata dal R. P. F. Giacomo da Sarnico Bergamasco*. Milano, 1603 in 4°, et: in Roma, Stamperia della Cancelleria Apostolica, 1610 in 4o. Haec vita est pulchris iconibus xilographicis exornata, atque Rev.mo et E.mo Card. Joanni Garsia Millino tit. SS. Quatuor Coronatorum noncupata.

4. *Catalogo breve degli illustri e famosi Scrittori Venetiani, quali tutti hanno dato alla luce qualche opera conforme alla loro professione particolare, raccolto dai R. P ... Dedicato al Serenissimo Doge di Venetia Marino Grimani.* In Bologna presso gli eredi di Giovanni Rossi, 1605 in 4°.

5. *Avvertimenti ai Pellegrini che per devotione vanno a visitare i luoghi santi.* Impr. an. 1607. [Pag. 17]

6. *Vita e Miracoli della B. Chiara, detta della Croce, da Montefalco, dell'Ord. Erem. di S. Agostino, raccolta dal R. P... .* In Roma, appresso Giov. Battista Robletti, 1610, 1 vol. in 8°, atque E.mo Card. Ferdinando Gonzaga nuncupata.

7. *Quaresimale Ambrosiano nostratis Ludovici Barile, Bergomi reimprimi curavit.*

(Cfr. Ossinger, p. 19; Calvi, *Scena Letter. degli Scritt. Bergamaschi*, p. 192, et in *Mem. Stor. della Congr. di Lombardia*, p. 394; Lanteri, *Postr. Saec. Sex T. III*, p. 159; Mazzuchelli, *VoI. I*, part. I, p. 287 et alios).

Alberti Fr. Gaspar, S. Theol. Magister, non Neapolitanus, ut ait F. I. Fetis, *Biographie Universelle des Musiciens*, Paris, 1860, T. I, p. 53, sed Siracusanus prout constat ex Actis Capitulorum sui temporis editis in *Analectis Augustinianis*, Vol. IX, pp. 56-156. Nondum Lector, ille fuit quidem Neapoli an. 1539, quo interfuit Capitulo Generali uti Discretus Provinciae suae Siciliae, et forsitan ibidem studia sua compleverat, sed nullibi legitur illum fuisse Neapolitanum. Mense maii 1543, iam S. Theol. Magister, interfuit et Capitulo Generali Romano tamquam Definitor suae Siculae Provinciae, et an. 1546 adstitit Concilio Tridentino, quo summo cum omnium Patrum plausu orationem recitavit. Anno sequenti reelectus suae Provinciae Definitor, interfuit Recineti Capitulo Generali, et ex eo evasit Prior Provincialis Siciliae. Musicam insuper impense coluit, ac Bergomi fuit insignis chori magister. Multa composuit; quae tamen ad nos pervenerunt, sunt:

1. *Il primo libro delle Messe, dal proprio autore nuovamente messe in luce.* Venetia, app. Hieronimo Scotto, 1549 in 4°. Nuncupatoria epistola data fuit Bergomi die 16 maii 1548. Haec Missarum collectio continet:

a) La Messa a quattro voci intitolata: *Quaeramus cum pastoribus*;

b) la Messa a cinque voci: *Italia mea*;

c) la Messa a cinque voci: *Dorman d'un giorno a Baia.*

2. *Il 2° libro delle Messe.* Ibidem.

(Cfr. etiam Rob. Eitner, *Quellen, Lexicon der musiker und Musikgelehrten*, Leipzig, 1900, T. I, p. 84, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. August.*, T. II, p. 176).

Alberti Fr. Ludovicus, Patavinus, e matris sinu egressus est circa an. 1560. Adolescens patrio Augustinensium coenobio Eremitarum nomen dedit, et an. 1587 ibidem fit studii magister. Omnibus

inde academicis gradibus usque ad doctoralem lauream susceptis, primus fuit inter Augustinienses, qui S. Scripturae cathedram in Universitate Patavina, die 13 martii 1607 obtinuit. Per 20 duos annos magno cum plausu eandem retinuit, et duobus vicibus, nempe 15 decembris 1615 et 31 iunii 1621 de stipendio auctum fuit, quippe qui ingenio fuit peracuto, in difficultatibus resolvendis perspicax, atque in quaestionibus enodandis sagax. Obiit an. 1628 dum Provincialis munere fungeretur, et in eius parentalibus funebrem habuit orationem R. P. Benedictus Bovio Ord. Praed. Sepultus fuit in nostra Patavina ecclesia et ad eius sepulchrum appositum hoc epitaphium: *Altari hoc extracto, sacello in nitorem reddito, mortalitatis memor hic Patrum [Pag. 18] permissu sibi monumentum V. P. Aloysius Albertus Patavinus, qui primus ex sua religione in patrio Gymnasio Sacram Scripturarn publice docuit. Vix. An. LXVIII. Obiit MDCXXVIII.* Quae scripsit sunt:

1. *Disputatio peripatetica, an rerum aeternarum detur efficiens causa, et de creatione tum uova tum aeterna.* Patavii per Laurentium Pasquatum, 1594 in 4°.
2. *Lectiones de operibus sex dierum, et de terrestri paradiso.* Venetiis ex officina Bartholomaei Ginami, 1618 in 4°. Dicatae fuerunt Card. Matthaeo Priuli; et iterum ibidem excussae an. 1619 in 4°.
3. *De reali praesentia Christi in Eucharistiae sacramento,* an. 1613.
4. *De praedestinatione et reprobatione.* Venetiis, apud Jo. Guerilium, 1622, in 4° et ibidem an. 1623, in 4°. Idem libellus, Paulo Pp. V dicatus, extat in cod. Barberino Vat. 941, chartac. in fol. ff. 30.
5. *Disputationes de nutritione, augmento et generatione.* Venetiis apud Variscos, 1627, ob quas auctor inter scriptores de rebus medicinalibus recensetur a Vander-Linden in *Lindenio Renovato*, p. 30, et a Mangeto in *Biblioth. Script. Medicinae*, T. I, p. 57.
6. *Vita S. Nicolai de Tolentino.* Impr. an. 1610 in 4°.
7. *Vita B. Clarae de Montefalco.* Impr. an. 1610 in 4°.

In quondam nostra Biblioth. Patavina olim eiusdem Alberti asservabantur etiam 10 vol. mss: videlicet: *In Sacram Scripturam - In Epistolas Divi Pauli - De veritate christianae religionis praeludium*, an. 1620 - *Cur scriptura in scholis recepta sit praeludium* an. 1628 - *De caritate et aliae similes lectiones*, quas ipse habuit in Patavino Athenaeo.

(Cfr. Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.*, T. I, part. I, p. 317-18; Tomassini, *Biblioth. Patavina*, ms. p. 76; *Hist. Gymnasii Pat.*, Lib. III, cap. V, p. 386 et in *Parnaso Euganeo*, p. 16; Portenari, *Della Felicità di Padova*, Lib. VII, p. 299; Qssinger, p. 20; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. II, p. 355; Vedova, *Biografia degli Scritt. di Padova*, p. 29 et alios).

Alchisi sive **Alghisi Fr. Camillus Angelus** e Casale S. Evasii, ortum habuit an. 1560. Congregationis Lombardiae Ordinis Erem. S. Augustini, quam ab adolescentia est amplexatus, Vicarius Generalis evasit. Fuit theologus, concionator et regularis instituti studiosus. Mortem

oppetiit an. 1608, Romae dum conventus S. Mariae de populo prioris officio fungeretur. Haec sunt eius scripta:

1. *Disputatio inter Reverendiss. P. Magistrum Augustinum Fivizanum totius Ord. Fratrum Erem. S. Augustini Generalem et eiusdem instituti observantium Lombardiae Congregationem super petitione ab eodem facta de activo et passivo concursu Congregationis ad Generalatus Praelaturam Romae acta coram Illustriss. et Reverendiss. DD. Antonio Saulio S. R. E. Cardinale etc. an. 1593.*

2. *Lectiones, Conciones et Orationes habitae in generalibus comitiis; sparsim impressae.*

(Cfr. prae aliis, Rossotti in *Syllabo Script. Pedemontii*, p. 131; Calvi, *Delle Mem. della Congr. osserv. di Lombardia*, p. 404-406; et Mazzuchelli, T. I, par. I, p. 486).

Alchisi seu **Alghisi Fr. Fulgentius**, item e Casali S. Evasii, [Pag. 19] Ord. Erem. S. Augustini, Congreg. Lombardiae, natus est die 1 aprilis 1610. Fuit S. Theol. Lector, et iuvenes per 14 annos docuit Lucae, Genuae, Bergomi, Mutinae et Ferrariae. Pulchras artes coluit praesertim picturae et sculpturae. Primo in Urbe Roma Suae Congregationis Procurator Generalis, postmodum, die videlicet 10 februarii 1659, motu proprio Summi Pontificis Alexandri VII Vicarius Generalis electus, suam prudentia et integritate rexit congregationem, quam et visitavit. Vir iste tum doctrina cum pietate eximius Archivum S. Mariae de Populo Urbis, praedecessorum suorum incuria confusum, suo labore et diligentia ordinavit, ex quo perplura scitu dignissima hausit. Anno 1683, die 10 augusti, in patria obiit. Eius opera sunt:

1. *Della vita di S. Nicola da Tolentino*, libri sei. In Casale, per Francesco Marta, 1547.

2. *Miscellanea di otto Centurie*, ubi agitur de rebus valde curiosis, ut pote occultis, naturalibus, moralibus, speculativis et historicis. Ita Rossottus in *Syllabo Script. Pedemontii*, Moneregali, 1667, p. 233-4; quod a nostrate Calvi, *Delle Mem. Stor. etc.*, p. 504-8, inscribitur: *Centuriae rerum singularium ad studiosorum curiositatem*. Num opus editum vel ms. in aliqua bibliotheca maneat, nescio.

3. *Impervertiti Penitenti*. Damma morale. Ms.

4. *Il Cemeterio del mondo, riflessioni morali ed erudite per ogni stato di persone*. Ms.

5. *Historia Congregationis S. Augustini de Observantia Lombardiae*. Ms.

6. *De juribus Judeorum*. Duo tomi mss.

7. *Historia Montis Ferrati*. Ms. Excepta ms. hujus operis reperitur in Bibl. Trivultiana sub n° 1294. Vincentius de' Conti, in opere: *Notizie storiche della città di Casale del Monferrato*, Casale, Typ. Mantelli, 1838, Vol. I, p. 19 ita loquitur de Alghisii *Historia*: «Fra le molte opere che [egli] lasciò manoscritte, la principale è la *Storia del Monferrato*, trattando in essa molto a lungo di Casale, come Città Capitale di questo Stato. Egli è il primo, anzi il solo finora che siasi accinto all'arduo lavoro di tessere una storia di questa Provincia». Latissime inde prosequitur in hoc amplissimo

elogio, non paucos tamen defectus enumerans, ac ultimo concludit: «E ancorchè non trovisi nella sua storia tutta la critica necessaria, sarà però sempre in pregio presso de' suoi concittadini, come abbondantissima delle origini delle famiglie e delle fondazioni di Casale, delle Chiese e de' Monasteri. L'originale di questa storia andò smarrito».

8. *Chronicon I Congregationis S. Arigustini de observantia Lombardiae, una cum actibus eiusdem Proc.um Gener. Conventuum Serie, Card. Protectorum, Vicariorum et Procuratorum Generalium, Capitolorum Gen. Presidentum, Definitorum, Sotiorum, ac Conventus S. Mariae de Populo Priorum, opera, studio et labore Fulgentii Alchisii Casalen. ex archivo Conventus Romae, dum erat Procurator Generalis, Anno MDCLV collectum.* Ms. Asservatur auctographum in magno fol. exaratum, pp. 451, in Archivo Ordinis.

(Cfr. Jöcher, *Univ. Lexicon Erud.*, T. II, col. 270; Ossinger, p. 23; Gandolfi, p. 350; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, pp. 152 et 447). [Pag. 20]

Aleotti Soror Raphaela Argenta, Ferrariensis, monialis Ordinis nostri, non constat quo tempore floruerit, sed plane constat illam in musices arte fuisse valde peritam, ac praelo commisisse: *Mottetti e Madrigali*.

(Cfr. Guarini Marc., *Istoria della chiesa di Ferrara*, p. 376; Borsetti Fer., *Historia Gymnasii Ferrar.*, Part. II, Lib. V, p. 464, et Mazzuchelli, *Scritt. d'It.*, T. I, part. I, p. 435).

Alessi Fr. Sanctes de Monte Regali in Aprutio Ulteriore ortum habuit circa an. 1491. Per consuetos gradus, postquam habitu Ord. Erem. S. Augustini indutus fuit, valde iuvenis S. Theol. Magister renunciatus est, et an. 1526, uti discretus Provinciae Umbriae, interfuit capitulo Generali Tarvisii celebrato; itemque interfuit Cap. Generali Romae an. 1543 habito in qualitate Definitoris Gen. cum esset et Romani Gymnasii Magister Regens. An. 1544 renunciatus fuit Umbriae Provincialis. Optime calluit linguam graecam atque latinam et in philosophia neminem sua aetate aequalem habuit; ac propterea arca scientiae nuncupatus. Publice Papiae et Perusiae per 15 annos docuit cum magno discipulorum et doctorum concursu. Studio adeo delectabatur, ut ad magnas Romanae Curiae dignitates a Pio Pp. IV vocatus responsum dederit: *Studium cum quiete mihi dignitas est*. Decessit an. 1561 aetatis suae 70. Sui Augustinienses confratres in ecclesia de Monteregali valde laudativam et longam inscriptionem ad eius honorem posuere, quam referunt P. Herrera in *Alphabeto August.*, p. 569, et Toppius in *Biblioth. Neapol.* p. 575. Oldoinus autem in *Atheneo Augusto*, p. 300 refert illum scripsisse: *In Aristotelis Philosophiam Commentaria*, quae an typis prodierint nec ne nos latet.

(Cfr. Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.*, T. I, part. I, p. 468; Riccio-Minieri, *Mem. stor. degli scritt. del regno di Napoli*, 1844, p. 11, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. II, p. 448).

de **Alexandria Fr. Andreas**, S. Theol. Mag., vixit saec. XV. Ex Regestis Rev.mi Juliani de Salem (Dd. 6, f. 7) comperimus sub die 6 iulii 1447 ipsum licentiam obtinuisse suscipiendi gradum lecturae in studio Fiorentino, cum esset ibi studentium magister; quo obtento, missus fuit pro Lectore ad conventum Senarum. Inde, adscitus in Secretarium Ordinis, an. 1465, missus fuit in patriam ut quamdam quaestionem inter conventum S. Martini de Alexandria et S. Martini de Castellazzo circa recognitionem superioritatis animarum curae exortam dirimeret ac componeret.

(Cfr. *Regestum* cit. fol. 23). Ex hoc loco invenimus ipsum Andream fuisse de familia *De Troctis*, et ad quaestionem quod attinet, ad eam dirimendam imposuisse Conventui de Castellazzo onus dandi «singulis annis Conventui de Alexandria per totum mensem novembris unam libram piperis integri». Fuit insuper Insubriae Provincialis et an. 1489 Rev.mi P. Generalis socius. An. 1490 fuit Visitator Provinciarum Senarum et Romandiolae, et an. 1493 eiusdem Senarum Provinciae gubernium suscepit, quod retinuit usque ad an. 1496, quo Florentiae die 11 ianuarii constitus fuit confessor monialium S. Monicae. Obiit XV labente saec. Reliquit: *Lettere e discorsi alle monache di S. Gaggio*. [Pag. 21] Extant Florentiae in Biblioth. Laurentiana inter codd. Biscionianos sub. n° XXXVI, et inter ff. 1-58.

(Cfr. Perini, *Aug. Scriptores*, p. 49, et Gasparolo, *Gli Agostiniani in Alessandria*, 1897, p. 15).

de **Alexandria Fr. Gregorius**, S. Theologiae Magister, vixit saec. XV, ac tantam sibi suis concionibus in suggestu famam comparavit, ut tamquam alter Paulus ab omnibus haberetur. Ab adolescentia Augustinianum Ordinem ingreditur, studiaque sua perfecit Bononiae ab an. 1418 ad an. 1421, quo die 3 septembris ad Lectoratus gradum promotus fuit. Paulo post a Rev.mo P. Augustino de Roma, Ordinis Generalis, licentiam obtinuit «ut posset quaerere octo aut etiam decem fratres, de quacumque provincia et conventu essent, qui vellent secum vivere in observantia regulari et ducere ipsos ac tenere secum ubicumque se collocaret. (Cfr. Reg. Ordinis Dd. 4, p. 61)». An. 1422 fit Prior coenobii Mantuani; inde an. 1431 docuit Papias et an. 1434 in coenobio Alexandrino ad S. Martinum. Praedicavit Florentiae, Papias, Medioiani, Mantuae, Valentiae, in Castro Novo Terdonensi et aliis in locis. Interfuit Concilio Florentino, in quo se Graecis et Armenis pro viribus opposuit. Vice-Comiti Philippo Mariae Duci Mediolanensi a sacris fuit confessionibus, suamque per egregiam concionandi artem tantam sibi peperit famam ut, testibus coetaneis, alter Cicero diceretur. Obiit Mediolani in conventu S. Marci die 10 decembris 1447. Reliquit: *Praedicationum originalium libros quinque*, qui post eius obitum traditi fuerunt conventui S. Martini civitatis eius natalis. Joseph Pamphilus in *Chronicis Ordinis FF. Erem. S. Augustini*, Romae 1581, p. 78, appellat hos «sermones elegantes atque copiosos», testaturque asservari etiam Perusiae in monasterio S. Mariae Novellae et esse *conciones pro Quadragesima et festis totius anni*, duobus voluminibus distinctas. Florentiae in Biblioth. Richardiana in cod. 1281 (P. III. 12), chart. saec. XV, in 4°, pp. 137, habetur eiusdem P. Gregorii de Alexandria: *Quaresimale predicato in Firenze e preso dalla sua viva voce da Betto d'Andrea Gherardini l'anno 1427*. In cod. 125 Classis XXI, chart. saec. XV, Biblioth. S. Marci Venetiarum habetur: *Praedictio Fr. Gregorii, fratrum S. Augustini, de duodecim sibyllis et de duodecim prophetis et duodecim dominis* [Sara, Rebecca, Rachel, Jacob, Ruth, Anna, Ester, Abigail, Judith, Sunamitis, Assa, Nahel] *antiqui testamenti*. Gregorius iste est ne idem ac Gregorius de Alexandria, vel alter Gregorius eiusdem nostri Ordinis? In codice vero 1694 (P. IV. 7) proememoratae Biblioth. Richardianae reperitur: *Trattato o formola di confessione*, et inc.: «Questa è una Confessione generale compilata per lo reverendo padre frate Grigorio d'Alessandria della sacra theologia doctore egregio dell'ordine de' frati di S. Agostino della città di Luccha (sic), in l'anno 1436 a dì 25 di março, predicatore della chiesa maggiore della detta città». Quae quidem *Confessione Generale* asservatur etiam in codice C. VII. 6 Biblioth. Com. Senensis, chart. in 8 saec. XV, et incip.: «Padre mio, io vengho nel cospetto di Dio et a piei della Reverentia vostra per dire mia colpa de' peccati miei...». [Pag. 22]

(Cfr. Elssium, *Encomiasticon Angustinianum*, Bruxellis, 1654, p. 247; Ossinger, *Bibl. August.*, p. 22 et 415; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. I, 369 et in *Addit. ad Crusenii Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 439, nec non F. Gasparolo, *Gli Agostiniani in Alessandria*, ibidem 1897, p. 15).

de **Alexandria Fr. Nicolaus**, cuius aevum P. Thomas Herrera in suo *Alphabeto Augustiniano*, Matriti, 1446, T. II, p. 197 investigare non valuit, ex actis conventus S. Pauli Ticinensis (cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex Diplomaticus Ord. Erem. S. Aug. Papias*, Vol. III (1907) pp. 62 - 219) eruitur illum ibidem ab an.1506 ad diem 25 maii 1546 constanter de familia vixisse ac Vicarii munus eiusdem familiae exercuisse. Refert idem Herrera illum *de rebus Ordinis S. P. Augustini quaedam scripsisse*, quae postea a Ludovico de Angelis lib. 6 de Laudibus D. Augustini cap. 5, fol. 227 allegata fuerunt.

Alfani Fr. Vincentius, Neapolitanus, an. 1660 ortum habuit et an. 1676 in ipsa sua civitate Congregationem S. Joannis ad Carbonariam Ord. Erem. S. Aug. ingressus est. Philosophiae ac Theologiae cursus Neapoli, Cusentiae, Veronae ac Tarvisii peregit. An. 1684 fit Lector, et, licentiatus a studiis, missus est ad Romandiolae provinciam. An. 1687 Baccalaureus renunciatus fuit, ac SS.mae Annuntiatae conventus Surrenti per tres annos Prior electus est. Die 10 febr. 1693, peracto rigoroso examine, Praedicatoris generalis laurea condecoratus fuit, ex quo totum ad verbum Dei evangelizandum cum non modico animarum profectu sese dicavit. Suae Congregationis Definitor ac Vicarius Generalis extitit, multumque illi profuit. An. 1725 Venetias appulit, atque ex eo tempore in Registris Ordinis nulla de illo fit amplius mentio. Num in mare demersus periiit? Reliquit: *Dialoghi Geometrici* che spiegano con facilità e brevità li primi sei libri di Euclide dati alle stampe dal Sig. D. Filippo Marulli, Padova, Tip. Conzatti, 1725, in 4°, una cum 19 algebricis tabulis.

Alinari Fr. Aurelius, de Cavis, oppido Praenestinae Dioecesis, secunda medietate saec. XV natus, et Ordinem Augustinianum ingressus, Cursor renunciatus fuit a Rev.mo P. Ambrosio Coriolano die 29 decembris 1479 dum in conventu Bononiensi moraretur. Ibidem anno insequenti, die 7 maii capellanus monialium Sanctorum Vitalis et Agricolae Ordinis S. Benedicti constituitur, et die 15 decembris 1489 fit S. Theologiae Lector. Anno 1513 erat Cavis, in conventu patrio, et in Regestis Provinciae Romanae inscribitur uti Baccalaureus. Annus eius mortis nos latet; at an. 1515 adhuc inter vivos erat, nam edidit: *De logica tractatus*, Florentiae, 1515, 1vol. in 8°.

(Cfr. *Regesta Ordinis Rev.mi P. Coriolani et Mariani de Genastano nec non Aegidii Viterbiensis*).

Allione Fr. Franciscus Angustinus, Congr. Insubriae Ord. Erem. S. Augustini alumnus, vixit saec. XVIII. Iste examinatus synodalis in Tautinensi Dioecesi evasit, et anno 1793 Lucae impressit librum meditationum praesertim pro monialibus, quarum ibidem erat confessarius. [Pag. 23] Fuit insuper eiusdem Congregationis secretarius et postea, anno videlicet 1796, Procurator Generalis. Vitam finivit saec XIX ineunte. Scripsit itaque: *L'anima religiosa ritirata in solitudine*. Lucca, Tip. Bonsignori, 1793, in 8°.

Alovisiani sive Degli Aloysi Fr. Jacobus Baptista, male a nonnullis scriptoribus Joannes Baptista vocatus, patria Ravennas, in disciplinis philosophicis ac theologicis vir doctissimus, floruit saec. XV labente. An. 1498 Lector erat in conventu S. Stephani Venetiarum, in quo fere totum suae

vitae curriculum transegit. Intimus Marci Antonii Cocci, Sabellici sub nomine magis noti, Pomponii Leti, aliorumque sui temporis humanistarum virorum fuit amicus. In suis historiis conficiendis Sabellicus candide professus est, multa ab illo mutuata fuisse. «Intercedunt mihi, ipse aiebat (Ep. Libr. IX, col. 443), multae cum Ravennate meo necessitudines; sed nulla maior quam rei litterariae, atque eadem a nostris studiis non aliena. Favet homo divinarum litterarum peritissimus, supra quam dici possit nostratibus litteris....». A Leto vero dicebatur «vir et humanus et eruditus (Epist. Famil. Libr. IX, col. 438)», ac illum percelebris Campanus humanitatis cultor, Romae apud Quirinalem in domo sua peramenter excepit. Hic Jacobus Baptista religiosus ille videtur, cui Julius II an. 1503 facultatem concessit aedificandi eremum apud Villam albam. Sicut eius dies nativitatis, ita eius dies obitus nos latet. De eiusdem laboribus sequentes referuntur:

1. *De Aurelii Augustini rebus commentaria*, in quibus, ut ait Pamphilus, *Chronica Ordinis FFr. Erem. S. Augustini*, Romae, 1581, p. 97, commemorat Ordinis monasteria his diebus [circa an. 1490] fuisse circiter duo milia; initiatorum ad 30 millia; Virginum loca 300; viros theologica eruditione claros, qui pie multa et accurate ad orthodoxae fidei munimentum scripsere centum et amplius, sanctos et beatos 85.

2. *Commentanioram Mag. Alberti de Saxonia super libros Analyticorum et Posteriorum Aristotelis*. Venetiis impensis Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum, 1497 in fol. in quorum fine legitur: «Expliciunt questiones super libros Analyticorum et Posteriorum castigatae et correctae per Ven. S. Theologiae viros Lectorem Fr. Joannes Baptistam Tolentinatem et Fr. Jacobum Baptistam de Alovisiis Ravennatem, S. Stephani magistrum studii eiusdem Ordinis etc.».

3. *Pauli Veneti in octo libris physicorum Aristotelis commentaria cura et correctione Mag. Jacobi Baptistae Alovisiani*, Venetiis per Gregorium de Gregoriis, 1499 in fol. Hujus operis specimen ms. extat in Bibl. S. Marci Venetiarum in cod. 46 class. X [L. VI. CXXIVB Ma.]. In suo *Catalogo Mss. Biblioth. S. Marci Venet.*, Venetiis, 1872, T. V, p. 36-37, Valentinelli codicem hunc ita describit: «Est volumen operis alterum, continens expositionem valde promissam in libros V-VIII, cum initiis textus aristotelici: ideo inscribitur: *secunda pars super libro phisycorum*. Textus voluminis primi desideratur, cum caeteri de libro phisycorum codices, continenti sermone afferantur. Operis universi editionem, etsi minime iuris publici factam mihi constat (iam vidimus opus editum fuisse Venetiis per Gregorium de Gregoriis, an. 1499 in fol.), [Pag. 24] meditatam fuisse fratrem Jacobum Baptistam de Aloysiis, Ravennatem, post opus eiusdem *de constitutione mundi* ab eo prolatum cod. sexagesimo septimo monet documentum quod ex tabulario generali veneto (*Notariato Collegio* 1489-1498, f. 174) per fragmenta profero: «a. 1498, die 29 iulii. Serenissimo principe. Humiliter supplica il fedelissimo servitor di vostra sublimità fra Jacomo Baptista di Aloysi, cittadin vostro di Ravenna, dell'ordine di S. Stefano di questa inclita città di Venetia, lector al presente in dicto monasterio. Conciosiachè esso supplicante Essendoli al presente pervenuta alla mano una utilissima e di grande dottrina opera di Paolo Veneto, della patria nostra vero splendore, sopra la Phisica di Aristotele, opera degna et singolare non mai stampata non senza qualche iactura di molti studenti, et maxime in simili studii di philosophia; pertanto esso supplicante compar davanti al cospetto della vostra celsitudine, quella supplicando se degni concedergli lui possi far solo stampare detta opera per anni diexe continui, la qual cosa sarà non solum utilissima a tutti li studi, ma sarà etiam di grandissimo decoro et ornato di questa ill. città vostra di Venetia». Sub fine consiliarii decernunt «quod suprascripto supplicanti concedatur prout petit».

4. *Pauli Veneti tractatus de compositione seu formatione mundi et super libros de generatione et corruptione Aristotelis; hoc opus emendatum curis Jacobi Baptistae Aloyxii de Ravenna, lectoris in Conventu S. Stephani Venetiarum prodiit Venetiis per Bon. Locatellum XII Kal. iunii 1498. In cod. 67 class. X [L.VI. CXXIV Ma] Biblioth. S. Marci Venetiarum extat ms. operis de compositione mundi quod liber aureus et astronomiae ianua appellari meruit.*

5. *Theoremata de corpore Christi, ms.*

6. *Tractatus de esse et essentia, de mensura et cognitione Angelorum ms. (De illo loquuntur, praeter citatos, Ciacconius in sua Bibliotheca, p. 333; Gratianus, Anastasis Augustiniana, p. 46; Thomas Herrera, Alphabetum August., T. I, p. 470; Aloysius Torelli, Secoli Agost., T. VII, p. 509; Elsius, Encomiasticon Augustinianum, p. 325; Gandolphus, Dissert. de 200 celebr. August. Script., p. 290; Ossinger, Bibl. August., p. 24; Orlandi, Origine della stampa, p. 275; Auctor Magnae Bibl. Eccles. Vol. I, p. 343; Pasolini, Uomini Ill. di Ravenna antica, p. 41; Cinanni, Memorie stor. crit. degli Scrittori Ravennati, Faenza, 1769, L. I, p. 27-29; Mazzuchelli, Scrittori d'Italia, Vol. I, Part. I, p. 515, et alios).*

Alphonsus a Jesu, August. Discalc., ni fallimur, adhuc vivit. Scripsit egregium volumen, cui titulus: *Gli oppositori e difensori dell'autenticità della Santa Casa di Loreto*. Napoli, Tip. D'Auria, 1907 in 8.° et alia.

Altesi Fr. Marcellinus, Angeli filius, nobiliis Senensis, an. 1608 in intermedia Dieda, P. Mag. Camillo Noccio Ilicetanae Congregationis Vicario Generali, per publicum examen approbatus fuit atque ad Ordinem admissus; renuente tamen eius genitore non fuit receptus nisi die 22 febr. an. 1609 per manus P. Bacc. Richardi Antonini. Elapso probationis anno suam emisit professionem nomine coenobii Ilicetani cum pro monasterio [Pag. 25] S. Martini Senensis religionem ingressus fuisset. Scientias, quas ante ingressum religionis optime fuit professus, sic prosecutus est, ut summa vigilantia ac magno labore *opuscula quamplurima* in lucem dederit et praecipue pro congregatione et coenobio Ilicetano. Die 17 septembr. an. 1626, cum esset iam baccalarius, Ilicetani conventus prior electus fuit, aliaque coenobia prudenter ac provvide gubernavit. Tandem post diram infirmitatem trium fere annorum summa patientia toleratam, a confratribus lacrymatus, die 12 ianuarii an. 1635, Iliceti requievit in pace, sepultusque fuit in sepulcro capituli dicti coenobii. Ita fere ad verbum Ambr. Landuccius in *Sacra Ilicetana Sylva*. Senis, 1633, p. 146, ubi adhuc scribit: «Bacc. Fr. Thomas Neruccius, Ilicetanus, unus ex alumnis dicti Marcellini Altesii haeres non solum suarum scientiarum, et optimorum morum, verum etiam multorum suorum scriptorum, nobis inter alia elargitus est *quamplurima Elogia* ms. ipsius Altesii, ex quibus multa exaravimus, pluriesque in adnotationibus citavimus. A pronepote nostro Bacc. Fr. Fabricio Landuccio, ad praesens Congregationis Visitatore, qui dicti Marcellini Altesii discipulus et subditus extitit, dum in coenobio Ilicetano ad probationem fuit in cuius manus professionem emisit, libellum accepimus hoc titulo: *Pellegrinaggio spirituale della Santa Casa*, compositum et scriptum ab ipso Altesio, et ad perpetuam memoriam ipsum cum supradictis elogis nobis elargitis a praedicto P. Neruccio, et infrascripta alia eius scripta collocavimus in nostra Bibliotheca Martiniana. Antonium Prothonotarium Apostolicum et Vicarium Generalem Episcoporum Grosseti, Sovanae et Volterraram, Annibalem et Philippum utriusque iuris doctorem habuit Marcellinus Altesius noster fratres, qui quidem Philippus conscius harum nostrarum compositionum, maxima animi liberalitate elargitus est nobis eruditissimum librum ab ipsomet Marcellino eius fratre composito, cuius titulus

est: *Galleria Ilicetana*, ab eoque multa hausimus». Et in *Sacra Leccetana Selva* ab eodem Ambrosio Landuccio composita, et ab illius pronepote edita Romae 1657, p. 55 recensentur etiam ipsius Altesii: *Due quaresimali, uno latino, l'altro volgare*. Morerius vero in sua *Bibliografia Storico-Ragionata della Toscana*, Firenze, 1805, Vol. I, p. 503, memorat eiusdem Altesii *Storia Leccetana dall'origine del monastero fino al 1627*, ms. in 4° asservatam Senis in Biblioth. Martiniana, nunc autem in Bibl. Comunali, quam puto aliam non esse quam *Galleria Leccetana* vel *Ilicetana* superius notatam.

(Cfr. etiam D. A. Perini, *Augustiniani Scriptorum*, Romae, 1911, p. 57-58).

Altini Fr. Thaddaeus, Camerini in Piceno e nobilibus parentibus, (ut Jos. Lanteri, *Erem. Sacrae Augustinianae*, T. I, p. 69 scribit), ortum habuit an. 1603. Undecimo suae aetatis anno in Firmano coenobio Augustinianam tunicam induit, ac post solemniter vota nuncupata studiorum curriculum Firmi, Perusiae, ac Bononiae confecit eo profectu, ut anno 1628 magistralem lauream adeptus fuerit. In comitiis generalibus an. 1636 Romae habitis, quibus Thaddaeus adfuit uti Definitor Provinciae Marchiae, eiusdem provinciae regendae praepositus fuit, quod munus subinde etiam Rectoris provincialis [Pag. 26] nomine laudabiliter exercuit. Cum Romani S. Augustini coenobii Priorem ageret, anno 1639, die 29 septembris, ob renuntiationem celebris Fortunati Scacchi ab Urbano VIII Sacrarum Apostolice Praefectus constituitur, et mense sequenti ab eodem Pontifice Consultor eligitur S. Congregationis super Canonizatione Sanctorum, atque una cum aliis Praelatis correctioni Pontificalis romani praeficitur, eique demandatur cura an. 1640 condendi decreta respicientia Canonizationem Sanctorum. Modestissime recusato Tagastensi episcopatu a praefato Urbano VIII, ultra illi oblato, postea ab Innocentio X die 17 decembris 1645 Porphyriensi infula redimitus fuit, atque ab eodem Pontifice die 10 novembris 1652 unitarum dioecesium Civitatis Castellanae et Hortae regimen accepit. Verum Altinius noster sua morum suavitate et recti agendi peritia ita sibi Innocentii animum devinxerat, ut quamvis ab illo suppliciter exoratus, facultatem ad suas sedes se conferendi umquam Pontifex ei concedere voluerit, quam tamen postea ab Innocentii successore Alexandro VII mense iulii an. 1655 impetravit. Summa cum prudentiae et aequitatis laude Castellanam, atque Hortanam Ecclesiam administravit usque ad an. 1685, quo ovibus suis optimus pastor virtutum suarum desiderium reliquit Ortiae occumbens die 27 augusti, aetatis suae an. 85. *Multa scripsisse fertur, eaque ms. reliquisse*, quae tamen reperire non valui. Haec omnia ex Continuatore Chronistoriae Sacrarum Apostolice Angeli Rocca, p. 359 et ex Ughellio, T. I, col. 603 in additionibus et ex aliis.

Amadei Fr. Fridericus, Urbevitanus, ortus saec. XVII labente, an. 1706 erat cursor in nostro studio Senensi, et an. 1709 ibidem lector. Nominatus Respondens ac Baccalaureus, docuit Florentiae ac Pisis, ubi an. 1720 renuntiatus fuit Regens, et anno sequenti examinatus fuit Romae ad magisterium plenisque votis approbatus. Paulo post Papae subsacrista nominatus munus sibi demandatum studiose egit usque ad diem 14 ianuarii 1757, quo obiit. Extant ab eo scriptae: *Aegidianae Logico-physicae theses iuxta interpretationem Fr. Nicolai Gavardi*, Romae, 1703 in 4°.

(Cfr. D. A. Perini, l. c. p. 68).

Amalfi Ven. Fr. Fidelis, natus Lacusliberi dioeceseos Policastren. in Lucania, S. Theol. Bacc. iam inde ab incepto Augustinianae Religionis tyrocino usque ad suae vitae terminum, eximiis claruit religiosae perfectionis exemplis. Praecipuae autem eius virtutes illae fuerunt, quae sunt

caeterarum fundamentum nimirum pietas et caritas. Facta post generalem suppressionem Ordinum regularium restitutione, quia homines pietate praediti nihil antiquius habent, quam ut ad suum institutum reversionem faciant, noster Amalfi primus fuit qui in Neapolitano S. Augustini maiori coenobio Augustinianum vexillum iterum erexit, ut dispersos Israël congregaret. Piae cuiusdam foeminae, Mariae Josephae Crosta, vocationi morem gerens, tum propria parsimonia, qua etiam sibi necessaria subtrahebat, tum fidelium oblata colligendo Neapoli apud S. Ephrem monasterium fundavit nostrarum Mantellatarum, quod etiam nunc partim monialium, partimque alumnarum familiam numerosam continet. [Pag. 27] Obiit Neapoli septuagenarius cum magna opinione sanctitatis an. 1839. Demortui corpus flexibile, vultuque hilari apparuit, atque etiam post quartum ab obitu diem pluries chirurgico scalpello incisum purpureum cruorem emisit ... Eius cadaver prius in comuni coemeterio postea ad ecclesiam S. Augustini translatum, ibique eius tumulus hac inscriptione indigitatur: Hic iacet corpus servi Dei P. Fidelis Amalfi Ord. Erem. S. Augustini. Obiit die 2 mensis aprilis an. 1839. Ita Lanteri, in *Postr. Saec. Sex Relig. Aug.*, T. III, p. 247. Reliquit mss. quae nunc asservantur in Archivo Curiae Archidioeceseos Neapolitanae sub rubrica: «Fedele Amalfi - Canonizzazione del Servo di Dio», 4 fasc. 27, et sunt sequentes orationes:

1. *Sette discorsi del Settenario che precede la festività di S. Nicola da Tolentino.*
2. *Nove prediche quaresimali che trattano: a-b) della Bestemmia; c) delle civili conversazioni; d) del rispetto che deve ai sacerdoti; e) dell'educazione che i genitori debbono dare ai loro figliuoli; f) della divina legge; g) delle doti del corpo glorioso; h) dell'eterna salute; i) proemio da premettersi alla predica dei Sacerdoti.*

(Cfr. Lanza, *Memorie storiche intorno al Servo di Dio P. Fedele d'Amalfi, Sacerdote professore dell'Ord. Erem. di S. Agostino*. Napoli, 1891, in Append.).

Amandulensis Fr. Angelus, Picenus, alumnus Congregationis Insubriae, floruit saec. XVI labente, et XVII ineunte. Vir fuit variarum scientiarum notitia ciarus. Herrera, *Alphabetum August.*, T. I, p. 64; Elssius, *Encoiniasticon Aug.*, p. 59; Ossinger, *Bibliotheca Aug.*, p. 28; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 390; et Vecchiotti in *Biblioteca Picena*, Vol. I, p. 146, testantur ipsum scripsisse, atque ad publicum commodum evulgavisse *vitam B. Antonii de Amandula* an. 1604.

Amaroni Fr. Christophorus, Senensis, S. Theol. Mag., vixit saec. XVII. Anno 1558 Cursor Bononiae, anno insequenti mittitur Patavium, an. 1562 fit ibidem Lector et an. 1563 Mediolani Baccalaureus. Peracto rigoroso examine mense maio an. 1564 renuntiatur Senis S. Theol. Doctor. Docuit postea Arimini, Pisis, Florentiae et Senis. An. 1574, dum esset Florentiae concionator annualis orationem funebrem habuit in obitu Antonii Altovitae, Archiepiscopi Fiorentini; et anno 1578 extitit Archiepiscopi Cusentini theologus. Me latet quandonam obierit. Quae typis evulgavit, inscribuntur:

1. *Oratio funebris habita Florentiae in Aede SS. Apostolorum in obitum Antonii Altovitae Archiepiscopi Fiorentini*, Florentiae, 1574, Typis Georgii Marescotti, in 4°; et eadem italice, prout sequitur:
2. *Oratione funebre nel sacro tempio de' SS. Apostoli di Firenze nell'esequie dell'Ill.mo e Rev.mo Mons. Antonio Altoviti Arciv. di Firenze presente il defunto, del P. M. F. Cristoforo Amaroni*,

predicatore della Chiesa di S. Spirito primo in lingua latina e poi in lingua italiana tradotta a comune intelligenza. ibidem in 4°. Reperitur in Bibl. Angelica Urbis sub sign. O. 3. 21. [Pag. 28]

(Cfr. Ossinger, 1. c. p. 28; Moreni, *Bibliografia Storico-Ragionata della Toscana*, Firenze, 1805, Vol. I, p. 29; Mazzuchelli, 1. c. Vol. I, p. 576; Lanteri in *Additam. ad Crusenii Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 727; et *Ordinis Regesta*).

Amiani Fr. Joannes a S. Augustino, Genuensis, discalceatus Ordinis nostri, in saeculo Petrus vocatus, sancto fine qievit in Frosunonensi coenobio anno 1690. Scripsit quae sequuntur:

1. *Summa historica et chronologica eiusdem Ordinis Augustiniensium.*

2. *Vitae et virtutes variorum fratrum excalceatorum eiusdem Ordinis.*

(Cfr. Tani, *Commentaria Episcop. et Script. Ord. Erem. Discalc. S. P. Augustini*, Romae, 1881, p. 113, et Lopez, *Addit. ad Crusenii Monasticon*, T. II, p. 223).

Ambrosius a S. Andrea, vide: **Salvi Fr. Ambrosius Benedictus**.

Ambrosius a S. Carolo, vide: **De Nobili Fr. Ambrosius**.

Amici Fr. Joannes Georgius, alumnus Provinciae Spoletanae seu Umbriae; filius coenobii Cassiani ad S. Augustinum, vixit saec. XVI. Fuit S. Theol. Magister atque in theologis disciplinis et studiis historicis valde laudabilis. Extabat ab eo exarata:

Vita della B. Rita da Cascia, Viterbo, 1600 in 4°.

(Cfr Herrera, op. cit., T. I, p. 475; Elssius op. cit., p. 377, qui dicit illum floruisse circa an. 1560; Jacobilli, *Biblioth. Umbriae*, Fulginii, 1658, p. 160; Ossinger, op. cit., p. 31; Mazzuchelli, *Scrit. d'It.*, T. II, Part. I, p. 622. Notandum vero est nullum exemplar memoratae vitae in Bibliothecis Urbis inveniri a me potuisse, sed illa recensetur a Cavallucci in praefatione Vitae eiusdem Beatae ab ipso conscripta, ac, in latinum versa, edita in *Actis Sanctorum*, maii, T. V, p. 222 et seqq.).

Amidani Fr. Guillelmus de Cremona, qui a nostrate Coriolano in *Chronicis Ordinis* dicitur «homo eloquentissimus et in disputando acerrimus», sanctimoniam cum doctrina coniunxit, ita ut et Doctor et Beatus nuncupari meruerit. Circa illius genus discrepant scriptores; alii enim eum assignant nobili familiae de Amidanis, alii autem, praesertim Fr. Eimericus in suo *Dictionario Inquisitorum*: Part. II, familiae de Tocchis. Arisius tamen in sua *Cremona literata*, Cremonae, 1741, Vol. III, p. 350 evidenter probat illum fuisse de Amidanis. Lancetti vero, qui diffusissime in *Bibliografia Cremonese*, Milano, 1819, p. 216-227, de nostrate Guillelmo scribit, illum dicit filium Jacobi (v. Comino vel Giacomino) notarii, et Particari, *Difesa di Dante*, Venezia, 1835, Part. II, Vol. IV, p. 77, Guillelmurn primam lucem aspexisse coniiicit circa an. 1270. Tiraboschi, *Storia della Lett. Ital.*, Roma, 1783, lib. II, XVI, p. 234, citat quoddam antiquum chronicon, in conventu Cremonensi asservatum, in quo legebatur ipsum Cremonae nostrum habitum induisse die 1 apr. 1283. A puero igitur se Deo totum mancipavit, ac ita strenue in sacris studiis profecit, ut brevi

omnibus fere suae aetatis studiosis praeerit atque eximius evaserit S. Theol. Doctor et Professor, magistralem lauream summa cum laude consecutus. [Pag. 29] Fuit etiam admodum insignis concionatur, ab omnibus propterea Insubriae urbibus certatim expeditus, nec non iurisconsultus longe praestantissimus, adeo ut referant nonnulli scriptores ab Herrera et Ughellio laudati, illum quemadmodum in Theologia pares paucos, ita in iurisprudencia nullos superiores habuisse. Tanta virtutis ipsius, atque eruditionis fama permotus Galeatius I de Vicecomitibus, Mediolani Dominus, illum sibi confessarium adscivit, atque eo duce melius sibi, suisque subditis consuluit. An. 1326, die 28 febr. Florentiae in comitiis generaiibus Eremiticae Familiae gubernaculum sumpsit, atque rexit sapienter ac sancte 16 annos. A magna Ordinis unione fuit duodecimus Prior Generalis, et extitit, ut scribit noster Henricus de Urimaria in suo tractatu *De origine et progressu Ordinis Fratrum Erem. S. Augustini*: «vir providus, pius et rectus, pro cuius bonitate Deus istam Religionem benedixit et magnis gratiarum benedictionibus prevenit, qui in primo anno officii locum Papiensem et corpus beatissimi patris nostri Augustini, quod multis primo incredibile et prorsus incredibile videbatur seu impossibile, divino oraculo ipsum confortante ad perseverandum, prout ex eius ore audivi, a Sanctissimo Xpro. patre et domino Jo. papa XXII, gratiose impetravit. Cuius etiam concessionem idem summus pontifex multum secundo et gratioso privilegio communiavit». (Cfr. *Analecta Angust.*, Vol. IV, pp. 29 et 327). Referunt insuper alii historici quod cum ille statim ac ad supremum Ordinis fastigium evector fuisset pro Romana Ecclesia ad aliquos Reges et Principes iter perageret, ac validissime errores Marsilii de Padua et Joannis de Janduno oppugnasset, Joannes XXII eum sacro Cardinalium collegio adscribere voluit, at ipse, raro exemplo, hanc tam sublimem dignitatem recusavit, petita potius, atque obtenta a Pontifice facultate Augustinianum coenobium Papiae construendi iuxta ecclesiam S. P. Augustini in coelo Aureo. Miratus Pontifex tantam eximii viri humilitatem, per quam libentissime eius voluntati morem gessit; et tanto fervore (ait B. Jordanus de Saxonia, eius coetaneus, in *Vitas Fratrum*, cap. XVII) in Concistorio ad negotium est affectus, ut iam non iudex, sed advocatus et patronus videretur. An. 1327 Tolosae Guillelmus noster subscripsit pactioni factae cum Canonicis S. Stephani nomine papae Joannis XXII. An. 1329, die 8 novembris conveniunt PP. nostri Parisiis, ubi Guillelmo officium Generalatus prorogatur, ac multae ordinationes conditae fuere. An. 1332, celebratis Comitiis Generalibus Venetiis, et confirmato Guillelmo in officio, magna pecuniae summa colligitur pro magnifica extruptione Conventus Papiensis, quem his annis Generalis perfecit. Confirmatus inde fuit in officio an. 1335 in comitiis habitis Grassae in Provincia Provinciae, atque an. 1338 Senis celebratis, in quibus totus Ordo ei plurimum gratulatus est, ac merito, de conventus Papiensis adeptione ac celebri erectione: unde, ut Deo grates rependerentur, quotannis, die 5 iunii, indictum fuit festum reunionis, in memoriam scilicet coniunctionis membrorum ad caput: hoc autem festum post S. Nicolai de Tolentino canonizationem, quae eodem die incidit, intermissum fuit: ac tandem sexto confirmatus fuit Tolosae, die 27 maii an. 1341; [Pag. 30] et hoc in capitulo indictum est ut quotannis festum conversionis S. P. Augustini, die 5 maii celebraretur. An. 1343, die 7 iulii a Clemente VI Novariensi in Insubria episcopali infula insignitus fuit. Quid in Episcopatu egerit ita refert Ughellus, *Italia Sacra*, T. IV, col. 714, n.º 67: «Cum sui Ordinis generale magisterium cum laude gessisset, praclare se gessit in administratione hujus ecclesiae, substruxitque in eminentiori loco Episcopatus munitissimam arcem, et collabentia vitio vetustatis plura aedificia refecit. Novariae atque Cremonae sui Ordinis monasteria ampliavit, auxitque fortunis: suo ingenio digna plura monumerita reliquit: adauxit exornavitque Episcopale Palatium, alterumque in insula S. Julii a fundamentis exitavit, ut episcopo divertenti pro domicilio esset: prodit hanc Guillelmi munificentiam inscriptus lapis in haec verba: «MCCCXLVI R. in Christo Pater Fr. Guillelmus de Cremona Ord. Eremitarum S. Augustini Episcopus Novariensis, et Comes fecit aedificari istud Palatium ad honorem Dei et Sanctae

Novariensis Ecclesiae». In pago vero Vespalato alterum construxit palatium an. 1351; ubi in turre Episcopalis Castelli haec marmorea inscriptio legitur: «Istud P. aedificari fecit R. P. D. Fr. G. Episcopus Novariensis de Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini sub A. D. MCCCLI». Ecclesiasticos suae dictionis compulit, ut bona, quae possidebant, scripto mandarent, uno deinde volumine digerenda, inque Archivo Cathedralis asservanda. Clericorum vitam moresque optimis decretis instituit, plurimis sublatis abusibus. Evulganda Cathedralis statuta curavit: Canonicosque Regulares Ecclesiae S. Matthaei prope Novariam ad puriores mores traduxit.

Insuper nolens, propter Episcopatum, fratrum suorum communionem deserere, duodecim fratres eiusdem Ordinis secum in domo Episcopali semper habuit, quibus de victu et vestitu providebat: cum quibus ipse in capella Episcopali divinum officium diurnum pariter et nocturnum (sicut antea in Ordine consueverat) omni nocte surgens ad Matutinum persolvebat. Multa alia denique suo Ordini beneficia contulit, et plenus meritis e vivis exemptus est an. 1356, die 29 ianuarii. Eius corpus delatum Papiam, ex testamento conditum fuit in Ecclesia S. Augustini ad dexteram sacelli eiusdem, sine ullo Epitaphio. Anno vero 1608 Fratres eiusdem coenobii tanti Praesulis memoriam excitarunt, hoc in marmore exculpto epitaphio: - D. O. M. Guillelmo Amidano, viro nobili Cremonensi, totius Augustinianorum Familiae Priori Generali, Novariae demum Episcopo, hic sine memoria dormienti, qui memoratu dignissimus, hoc S. Augustini Monasterium a Joanne XXII Pont. Max. iam concessum MCCCXXXI primus aedificabat: Prior et Fratres beneficentiae memores tanto Antistiti meritissimo P. P. Anno MDCVIII. - In palatio autem Episcopali Novariense eius spectabatur effigies, atque stemmata, quae ad votum populi sibi composuit: insignia scilicet Guelficae et Ghibellinae partis in scuto hinc inde divisa, ut eo commento intuentes moneret, ad eo se nulli partium studuisse, ut etiam tamquam communis Pater, acriter dissidentes curaverit in unum foedus coire. Quae scripta ab eo fuerunt, sunt: [\[Pag. 31\]](#)

1. *Reprobatio sex errorum, sive de Auctoritate Apostolica libri II. Pro Joanne pp. XXII.* Hoc opus est in Biblioth. Angelica Urbis in cod. 1028 (R. 7. 9) membr. in 4°, saec. XIV, binis col. inter ff. 1-29, post Isidori, Episc. Hispalensis, Sententiarum theologiarum libr. III. Item in eadem Bibliotheca in cod. 367 (D. 1. 13) saec. XVII, in 4°, cuius tit.: «Reprobatio errorum sequentium ex praecepto Domini Papae facta per Fr. Guillelmum de Cremona...»; et in Vaticana in cod. Vat. Lat. 6270, in fol., atque in Inventario eiusdem Bibl. opus ita describitur: «*Fratris Guilielmi de Cremona Fr.um Eremitar. Ord. S. Aug. Reprobatio errorum quorundam Magistrorum contra Joannem XXII per quaestiones disposita*: videlicet: 1a quaestio: Utrum omnia temporalia Ecc. subsint Imperatori et an ea possit accipere ut sua. 2a quaestio: An ad Imperatorem spectat Papam corrigere, et punire, instituere et destituere. 3a quaestio: Utrum B. Petrus fuerit plus caput Ecclesiae, quam quilibet aliorum Apostolorum, vel plus auctoritatis habuerit, quam alii Apostoli; et an Christus dimiserit aliquod caput Ecclesiae, vel fecerit aliquem suum Vicarium. 4a quaestio: An omnes sacerdotes, sive Episcopus, sive Archiepiscopus, sive Sacerdos simplex sint aequales auctoritate, et iurisdictione ex institutione Christi: et an si unus plus alio habeat auctoritatis et iurisdictionis sit ex eo quod Imperator plus vel minus concesserit, et sicut concessit revocare possit. 5a quaestio: Utrum Papa, vel Ecclesia simul sumpta, possit aliquem hominem sceleratum punire punitione coactiva, nisi Imperator daret eis auctoritatem puniendi. 6a quaestio: An quilibet presbiter possit ita plene a quolibet crimine, et ab omni sententia, seu a quocumque absolvere, sicut potest Papa». - *Richardus Scholz* copiose loquitur de nostrate Amidano in *Urbekannte Kirchenpolitische Streitschriften aus der Zeit Ludwigs des Bayern (1327-1354, Bibliothek des Kgl. Preussischen Historischen Instituts in*

Rom. Band IX-X), I (1911) inter pp. 13-22; et ibidem, II (1914), pp. 16-28 ab eodem in lucem profertur, sed non absolute, *Reprobatio errorum*, de qua supra, ex cod. Bibl. Angel. 1028, ff. 1-29.

2. *Reprobatio errorum Fraticellorum tractatus*. Asservatur in Bibl. Vaticana et est in cod. Miscell. Vat. Lat. 6211.

3. *Tractatus de Jure Monarchiae*. Est in eadem Vaticana Bibl. in cod. Vat. Lat. 5488.

4. *Expositiones super quatuor Evangelia*, libri IV.

5. *Commentaria super quatuor libros Sententiarum*, libri IV.

6. *Sermones varii*, lib. I.

7. *Orationes elegantes*, lib. I. Reperiebatur hic liber iuxta Tiraboschi (*Storia della Lett. Ital.*, Roma, 1783, Vol. 5, libr. II, XVI, p. 136) in nostra olim Bibliotheca Cremonensi, (in qua extabant etiam caetera eius manuscripta) sub hac rubrica: *Istae sunt orationes elegantissimae, quas habuit ad Principes et Magnates R. P. Mag. de Villana*. (Ita enim etiam appellatur Guillelmus noster, ut videri fas est te in cod. Q. 10 Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis, in quo continetur, sub nomine Fr. Guillelmi de Villana Cremonensis, Theologi Augustiniani, opus *de Reprobatione sex errorum* superius n° 1 recensitum). In codice Cremonensi post dictas orationes aderat insuper eiusdem Guillelmi quaedam: [Pag. 32]

8. *Silva poëmatum latinorum atque italicorum*, ast fere illegibilium. Quaedam eius Poesis, v. *Sonetto*, ex cod. Vat. Lat. 3214, f. 145, edita fuit a Crescimbeni, *Storia della Volgar Poesia*, Venezia, 1830, Vol. II, Part. II, lib. II, p. 93; a Peticari, l. c.; a Mattioli, *Antologia Agostiniana*, Vol. II, *Il Beato Simone Fidati da Cascia*, Roma, 1898, p. 92; a Gel. Lepore in *Ephemeride: La Madre del Buon Consiglio*, an. II, n. 1-5, et fortasse ab aliis.

9. *Decreta generalia ad Clerum Novariensem an. 1347*, in Archivo S. Julii Novariae.

10. *Additiones ad Statuta Ecclesiae S. Julii in Insula*. Ibidem.

11. *Decreta ad perfectam disciplinam*.

12. *Liber de bonis Ecclesiarum Dioecesis Novariae*, in Archivo Cathedralis Novariae.

13. *Statuta Plebis Gandiani*, 1345.

14. *Quaedam Decreta, Acta et Epistolae datae pro Ordine*, quae editae fuerunt a Lancetti loco cit.; a P. Henrico Denifle, *Ord. Praed.* in suo *Chartulario Universitatis Parisiensis*, Parisiis, 1891, T. II passim; in *Analectis August.*, Vol. IV, pp. 29, 57 et 106, et in cod. 770 Biblioth. Angel. Urbis, f. 45.

(Cfr. praeter citatos, Torelli, *Secoli Agost.*, T. V, passim, et T. VI, p. 5-13; Fabricium-Mansi, *Biblioth. cit.*, T. III, p. 136; Pamphilum, l. c., p. 46; Elssium, op. cit., p. 257; Possevinum et Cangium, qui Guillelmum nostrum inter cardinales computant; Campi, *Historia Placentiae*, Part.

III, lib. XXI, p. 73; Gandolphum, op. cit., p. 144; Ossinger, op. cit., p. 31; Lanteri, *Postr. Saec. sex*, Vol. I, p. 111, et in *Erem. Sacr. Aug.*, Part. I, p. 123, et alios, qui apud eosdem scriptores memorantur).

Ammiani Fr. Nicolaus, patria Fanensis, prima medietate saec. XVI ortus, in patrio de Brictinis coenobio, ac ideo Fanen. et Brictinen. etiam vocatus, Augustinianam cucullam induit. An. 1550-1552 in nostro studio Perusino, et an. 1553 in Neapolitano versatus est; an. 1555 Venetiis in S. Stephani coenobio reperitur, ex quo uti cursor Mediolanum missus fuit, et duos post annos Arimini a studiis absolvitur. Evasit inde S.. Theol. Magister atque verbi Dei praeco non vulgaris. An. 1585 adhuc vitam agebat. Scripsit: *Esposizione del Salmo: Notus in Judea Deus, anno iubilei a perpetua memoria de n.ro SS.mo Papa Gregorio XIII pontefice massimo del R. P. M. Nicola Amiani da Fano de l'ordine di Santo Agostino novamente data in luce 1581*. Asservatur in Bibl. Vaticana in cod. Lat. 5672 in fol. ff. 32, cum variis figuris, quarum prima representat auctorem offerentem suum librum Pontifici Gregorio XIII super throno sedenti. Inc: «O di salvezza o novo raggio visto». Vecchietti in sua *Biblioteca Picena*, Osimo, 1790, T. I., p. 101, quamvis erret circa illius professionem eum adscribens Ordini Praedicatorum (videtur enim illum non observasse Codicem Vaticanum), tamen hanc nobis praebet notitiam: «Alla pag. 45 della *Storia ms. Fanese* presso Monsignor Bertozzi si ha essere stato: Maestro Nicola, fratello del sopradetto Sebastiano (vide postea), buon teologo, e predicatore, e fu sentito con gusto nel Duomo di Fano l'anno 1585. Finalmente passò a miglior vita in Puglia [Pag. 33] con opinione di Santità». De illo vide quae diligenti studio scripta fuere a P. Aug. Pellegrini in «*Studia Picena*», Vol. II, Fani, Tip. Sonciniana, 1926.

Ammiraglia Fr. Nicolaus, S. Theol. Magister, ortum habuit Forani in Sabinis die 11 novembris 1852. Ordinem nostrum ingressus est die 1 febr. 1870, et votorum professione emissa anno insequenti, ad Melitae insulam missus fuit, ut studia philosophica atque theologica iam incepta, perficeret. Illic an. 1875 sacerdos ordinatus, quatuor post annos Lector renunciatus est, ibique per tres circiter annos docuit, usque ad mensem iulii 1881, quo Romam accersitus, Genastanum missus fuit. Cum in sermone disertus esset ac eloquentia clarus, in praecipuis Italiae urbibus, vocatus, praedicavit. E Genestano fuit postea Viterbium missus, et die 19 aprilis 1896 S. Theologiae Magister renunciatus. Fuit dein ibidem Prior et procurator, an. 1904 Liguriae Provinciae praeficitur, ac tandem Monialium nostrarum confessarius Cassiae deputatur. Ab infirmitatibus fractus, Viterbii piissime obiit die 20 aprilis an. 1914. Scripsit:

1. *Maria del Buon Consiglio nelle famiglie cristiane, sive Maria del Buon Consiglio ed i bisogni della famiglia* in Ephemeride *La Madre del Buon Consiglio nelle famiglie cristiane*. An. IV, Roma, Tip. Cuggiani an. 1897-1900.

2. *L'Eco di S. Maria da Cascia O.S.A. Periodico mensile*. Cascia, 1909-10.

Mss. reliquit: *Prediche quaresimali - Prediche pel mese di Maggio et Panegirici*.

(Cfr. *Analecta August.*, Vol. V, anno 1914, p. 358, et Perini l. c. p. 77).

Ammiani Fr. Sebastianus, Fanensis, a nonnullis scriptoribus nescimus qua de causa, Broilus dictus, claruit multiplici eruditione atque singulari vitae bonitate. A pueritia Ordini Eremitano nomen dedit, et anno 1547, studens, erat in nostro Gymnasio Romano; dein anno 1551 ad

cursoratum promotus in Bononiensi coenobio locatur, ubi, an. 1554 lector creatus, Papiam mittitur sub Raphaelae Patavino Magistro Regenti. An. 1557 ad Baccalaureatus gradum promotus, Tarvisium ivit, ubi, cum iam esset licentiatuS, S. Theol. Magister renunciatus est, ac paullo post Romam accitus ad officium Secretarii Ordinis assumitur. Anno 1563 interfuit Concilio Tridentino, ibique ab Aversano Episcopo Doctoratus insignia accepit. Ab Herrera in suo *Alphabeto Augustiniano* dicitur: «vir admodum religiosus, rerum plurimarum notitia atque intelligentia magni faciendus»; et ab Ossinger in *Biblioth. August.*, p. 161: «famosus theologus et magnus ecclesiastes». E vivis sublatus fuit die 30 iulii an. 1568. Opera eius sunt:

1. *Summa theologiae ab Universitate Theologorum Parisiensium iam olim ultra 100 an. a quatuor libris sententiarum Mag. Petri Lombardi excerpta*. Venetiis 1559, 1 vol, in 8°. (Cfr. Bocca, catal. 228, n.° 221).

2. *Discorsi predicabili per documento del viver christiano*. In Venetia, appresso Francesco Rampazzetto, a istantia de Antonio degli Antonii, 1562 in 8°: opus sub die 20 septembr. 1561 e Mediolano dicatum fuit D.nae Clarici Columnae, abatissae Monasterii S. Mariae in Campo Martio, et iterum atque iterum Venetiis recusum: [Pag. 34] appresso Giov. Battista Somasco, 1583; appresso Andrea Arrivabene, 1563, in 8°; presso Francesco Rampazzetto, 1563, T. III in 8°; per gli eredi di Marchio Sessa, 1567, Tom. III in 8°; presso Pietro Dusinellii, 1570 in 8°; 1576, 1578; appresso Giov. Battista Somasco, 1587, et 1589, Tom. III in 8°; (Cfr. Mazzuchelii, *Scritt. d'It.*, Vol. I, Part. II, p. 634 et seqq.).

3. *La seconda parte delli Discorsi Predicabili per documento del viver cristiano con alcuni Discorsi contra molte bestemmie di Paolo Vergerio... da varii luoghi raccolti per il R. P. M. Sebastiano degli Amiani da Fano, scrittore de' Frati Eremitani di S. Agostino*. In Venetia per Francesco Rampazzetto, 1563 in 8°. (Cfr. Zeno in annotazionibus Bibliothecae clarissimi Fontanini T. II, p. 447). Sebastianus noster ad scribendum hoc opus incitatus fuit ab Hippolyto Chizzuola Brixiano Canonico Regul. Lateranense, qui et ipse in Pauli Vergerii blasfemias scripserat.

4. *Christiana institutio virtutum et vitiorum, sacri verbi Dei declamantibus admodum utilis, et necessaria, per Fratrem Sebastianum Ammianum Fanensis Ord. Erem. S. Aug. vulgata*. Venetiis, 1562 in 12°; et ibidem, an. 1567 apud Andream Arrivabenum in 12°, ff. 230; an. 1571, an. 1572 in 12°, et Parisiis in 8°. Opus dicatum fuit E.mo Hieronymo Seripando Paduae sub die 10 Octobris 1562.

5. *Doctrina Christiana et Catholica sacri verbi Dei praedicatoribus valde utilis et necessaria, nunc primum in lucem edita per R. P. Mag. Seb. Fan. Ord. Erem. S. Aug. et eiusdem Ordinis a Secretis*. Venetiis apud Jo. Baptistam Somascum et fratres, in 8°, ff. 166. Praecedunt litterae nuncupatoriae R.mo DD. Hippolyto Capilupio Mantuano Episcopo Fanensi. Dat. Romae 20 ian. 1566. Non potui me certiorari an hoc opus idem sit ac praecedens.

6. *Thomae ab Argentina Erem. Divi Augustini Prioris Generalis Vita praemissa Commentariis eiusdem Thomae in IIII libros Sententiarum*. Venetiis, ex officina Stellae Jordani Ziletti, 1564, et Genuae apud Antonium Orerium, an. 1585 in fol. (Cfr. Herrera, l. c., T. II, p. 401).

7. *Conclusiones Catholicae ex D. Augustini dictis, quibus ostenduntur Lutheranorum mendacia.* Imp. Ita Elssius, l. c., p. 619.

8. *Vita B. Thomae a Villanova.* Ita Elssius et Ossinger, l. c., p. 161.

9. *Descrizione della Città di Fano divisa in 5 capitoli*, ms. in Archivio Civitatis Fanen. n. 27, XIX. (Cfr. *Bollettino Stor. Agost.* An. II, p. 36 et seqq.) ubi fuse scribitur de Sebastiano Amiani).

10. Antonius Dom. Gandolphus in suo opere: *Dissertatio historica de 200 August. Scriptoribus*, p. 321, enumerans opera a B. Simone de Cascia conscripta, inter alia haec habet: «*De stultitiis imprudentium in bello spirituali* edidit lingua italica M. Sebastianus Broilus Fanensis Secretarius Ordinis ac Tridentini Concilii Theologus, Mediolani apud Moschenos, 1556. *De disciplina spiritualium* lib. 1, super verba S. Pauli: Si spiritu vivimus. *De doctrina cristiana* lib. 1. Haec duo opuscula quam primum edere sperabat notatus M. Broilus in epistola praeliminari ad Christophorum Patavinum ante librum de stultiis affirmavit».

11. *Regesta R.mi Christophori Patavini* ab. an. 1558 ad an. 1560, quae sunt [Pag. 35] in Arch. Ord., Dd. 28 et 29, ab eodem Sebastiano conscripta, dum munere Secretarii fungeretur.

12. Scripsit etiam: *de Antiquitatibus Urbis Romae*, sed librum non absolvit morte praeventus. Ita Elssius l. c.

(Cfr. insuper Gratianum, *Anastasis August.*, p. 162; Petr. Amiani, *Memorie Storic. di Fano*, Part. II, p. 192; Vecchiotti, *Biblioth. Picena*, Vol. I, p. 99-101; Lanteri, *Postr. Saec. sex.*, T. II, p. 448, et T. III, p. 189).

Amoretti Fr. Carolus, Ligur ex Onelia, ortum habuit die 13 martii 1741. A teneris annis Genuae in nostro conventu S. Mariae Consolationis religiosum habitum suscepit, atque anno 1756, sacris votis Deo nuncupatis, promotus fuit ad studium Papiae, quo permansit usque ad an. 1762. Hoc anno Parmam missus, inibi die 5 decembris 1764 renuntiatus fuit Lector et an. 1767 Baccaliaureus. Duobus annis post ivit ad Burgum S. Donnini publicus theologiae professor et studiorum Vice-Praeses. Potissimum claruit physicarum scientiarum peritia; at praesertim coluit paleographiam, linguas modernas, atque ius canonicum, cuius professorem egit Parmae. Eiectis e conventibus in Ducatu Parmensi a Ducis ministro Du Tillot religiosus, Carolus noster habitum dimisit manens extra claustra. Inde, ut verbis utar Hieronymi Boccoardo in sua *Nuova Enciclopedia Italiana*, Torino, 1875, Vol. I, p. 1144: «tra il 1778 pubblicò a Milano ventisette volumi in 4° con incisioni, sotto il titolo di *Nuova scelta di opuscoli interessanti sulle scienze e sulle arti*, opera nella quale ebbe parecchi amici e collaboratori. Nel 1779 pubblicò una traduzione italiana della *Storia dell'arte presso gli antichi* del Wihekelmann (Milano, 2 vol. in 4°) e nel 1797 divenne uno dei conservatori della Biblioteca Ambrosiana. Nel 1809, stampò il suo *Viaggio da Milano ai tre laghi Maggiore, di Lucano e di Como, e nei monti che li circondano*; opera che contiene una descrizione esatta e curiosa di tutte le sostanze minerali che si trovano ne' luoghi visitati dall'autore. Le sue cognizioni in mineralogia gli ottennero, nel 1808, un posto nel consiglio delle miniere. Come conservatore dell'Ambrosiana incoraggiò una diligente disamina dei tesori di quella biblioteca, nel che il Mai si esercitò poscia con tanto buon esito. Ciò fu cagione che si pubblicassero le opere seguenti: *Primo viaggio attorno al globo terraqueo di Antonio Pigafetta da Vicenza dal 1519 al 1522*; ed un

Trattato intorno alla navigazione dello stesso; Viaggio dal mare Atlantico al Pacifico per la via del Nord-Ovest del Capitano Ferrer Maldonado, stampato nel 1811; *Trattato della pittura di Leonardo da Vinci* colle Memorie storiche del medesimo, venuti in luce il 1° nel 1804 ed il 2° nel 1816. Finalmente il *Codice Sant'Ambrosiano delle carte dell'ottavo e nono secolo illustrato con note da Angelo Famagalli*, 1805 in 4°. Della sua grand'opera: *Elettrometria animale, ricerche fisiche e storiche*, Milano 1816, egli pubblicò nel 1816 un compendio sotto il titolo di: *Elementi di elettrometria animale*. Si leggono pure varie sue scritture nelle memorie dell'Accademia Reale di Torino di cui fu socio fin dal 1794». A scriptoribus recensentur etiam eiusdem sequentia alia opera, videlicet: [Pag. 36] *Le guide des étrangers dans Milan et aux environs*, Milan, 1805; *Della torba e della lignite*, Milano, 1810; *Della ricerca del carbon fossile, suoi vantaggi e suo uso nel regno d'Italia*, Milano, 1811. Obiit Mediolani, die 25 martii an. 1816.

(Cfr. *Libr. Studentium Prov. VII* ab an. 1730 ad an. 1785 asserv. in Arch. Ordinis, et *Ordinis Regesta*; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. Aug.*, T. III, p. 301, et *Encyclopaediam Gallicam saec. 19*, Parisiis an. 1838 editam; Lombardi, *Storia della letteratura Ital. nel secolo XVIII*, Modena, 1858, T. II, p. 72-74).

Amoretti Fr. Franc. Xaverius, Ligur ex Onelia, in religione Nepesinus dictus, cum Nepete habitum nostrum an 1774 sumpsisset ac illius coenobii adfiliationem accepisset. Facta religiosa professione Viterbium mittitur; an. autem 1780 Cornetum, et an. 1782 Ameriam. Die 24 iunii 1783 fit ibidem Lector, die 21 maii 1788 renuntiatur Regens, et die 18 iulii 1792. S. Theol. Magister. Inde ab anno 1793 ad an. 1798 constitutus fuit Prior S. Augustini de Urbe. Fuit postea aliorum conventuum Prior, Postulator in causis Sanctorum ac Beatorum Ordinis quod munus magno cum zelo gessit, et an. 1855 Ordinis Procurator Generalis. Ex hac vita migravit Suriani, quo valetudinis causa sese receperat, die 30 iunii 1839. Ab eo extant: *Res ab eodem gestae in munere Procuratoris Generalis*, ms. asserv. in Arch. Ordinis sub litt. Bb. 101.

(Cfr. Lanteri, *Erem. Sacr. August.*, T. II, p. 238, et *Regesta* Rev.mi P. G. lis Angelucci, Dd. 254, p. 27, qui scribens Prioribus Provincialibus illius mortem annuntians: «non solum, aiebat (ut una simul de eius morte doleamus) verum siquidem quia virum doctrina, pietate, et experientia amissimus»).

Amorosi Fr. Thomas, a Tauromenio, Panormitani S. Augustini coenobii alumnus, adhuc ephebus, e Sicilia Romam ductus fuit ab Ordinis Generale P. Fulgentio Travalloni, peracta in ea insula Sacra Visitatione. Missus postea Mediolanum atque Florentiam studiorum causa, die 24 septembris 1699 renuntiatus fuit conventus Eugubini Regens. In patriam deinceps reversus, S. Theologiae doctor fuit creatus, atque in progressu Sacrae Inquisitionis Qualificator et Consultor. Cum autem inter litterarum professores sermonem de humanis divinisque litteris pluries instituisset, magnam in se retulit laudem. Erat enim ingenio acri, sermone liberali praeditus atque ad explicanda difficillima expers. Unde sicut abstrusa quaeque penetrabat, ita facili negotio ab operosis opinantium tricis, expediebat. Oratoriam artem callens, inter Ciceronianos magni nominis recensitus est. Carissimus fuit Archiep. Panormitano Josepho Gasch et eiusdem Vicario Generali Josepho Stella. Ad Siciliae et coenobii S. Augustini praefecturam evector, verbo et exemplo regularem observantiam promovere contendit. Postremo ad superos vocatus, piissimam mortem oppetiit, die 15 aprilis 1733, aetatis suae anno 65. Reliquit ms. *orationes panegyricas*, quas typis anno 1742 edere curavit P. Mag. Bonaventura Attardi.

(Cfr. *Il monachismo in Sicilia discifrato dell'Ord. del S. P. Agost.*, Palermo, 1711, p. 214). [Pag. 37]

de **Ancona Fr. Antonius**, Provinciae Marchiae Anconitanae alumnus, atque Anconitani S. Augustini conventus filius, vir fuit moribus, doctrina et pietate conspicuus. Extitit etiam in Universitate Patavina publicus lector, at quo tempore floruenit, mihi ignotum est; videtur tamen illum vixisse saec. XV, et scripsisse: *Quaestiones in Epistolam S. Jacobi*, quae mss. asservabantur in Bibliotheca SS. Joannis et Pauli Venetiis. Nonnulli Bibliographi tamen animadvertunt adesse scriptores, qui praefatum opus tribuunt celeberrimo Augustino Triumpho de Ancona, de quo suo loco; ast quaestio non facile determinari potest nisi examinetur codex. Sed quidquid de hoc sit, certum est ipsum in Gymnasio Patavino Sophisticam Aristotelis docuisse.

(Cfr. Ossinger, op. cit., p. 44; Tomassini, *Biblioth. Veneta ms.*, p. 27; Fabric.-Mansi, *Bibl. Lat. mediae et infimae aetatis*, edit. Florentiae, 1858, T. I, p. 114; Le Long, *Biblioth. Sacra*, Vol. I, p. 611; Facciolati, *Fasti Gymnasii Patavini*, p. 119; Vecchiotti, op. cit., p. 184, et alios).

de **Ancona Fr. Guillelmus**, cognomento de Bomplanis, alumnus Provinciae Marchiae Anconitanae, vixit saec. XIII labente. Patruus fuit B. Augustini Triumpho, qui adhortationibus et eius consiliis Augustiniana Religioni nomen dare non dubitavit. Guillelmus ob suam sanctimoniam et sacram doctrinam E.mo S. R. E. Cardinali Hugoni acceptus fuit. Teste Hieronymo Roman in codicibus mss. eius corpus in ecclesia conventus nostri Anconitani sub altari S. Catharinae quiescit. In lucem dedit: *Librum de poenitentia*.

(Cfr. Pamphilum, f. 31; Gratianum, p. 83; Herrera, T. I, p. 228; Torelli, T. IV, p. 790; Ossinger, p. 49; et Leoni, *Ancona illustr.*, T. I, p. 151).

de **Ancona Fr. Nicolaus**, Sacrae Theol. Magister, floruit saec. XV labente. Nostratibus historicis testibus, ipse fuit fervidus Religionis nostrae defensor. Eius speciatim meminit cum laude Joannes Paltz, doctor theologus, in sua *Coelifodina* praelo tradita an. 1511 in supplemento libri fol. 124 in haec verba: «Legat Defensorium Ordinis Eremitarum S. Augustini insignissimi Doctoris Nicolai de Ancona, qui omnia dicta sua et adversariorum argumenta, copiose, veraciter, fundamentaliter et magistraliter probat et solvit». Posteris itaque dedit: *Defensorium Ordinis nostri*.

(Cfr. Herrera, T. II, p. 195; Torelli, *Secoli Agostiniani*, T. VII, p. 516; Elssium, p. 555; Ossinger, p. 49, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex Religionis August.*, T. II, p. 185).

Andreas a S. Thoma, vide: **Lavaretti Fr. Andreas**.

Angelica Fr. Alphonsus, S. Theol. Baccal., Siculus, in Augustiniana familia conventus Messanensis filius, natus e nobili genere cum domo *Bonfiglio* cognatione coniunctus, claris ornatus virtutibus et magna in rebus implicatis dexteritate praestans, multa sustinuit in sedandis patriae turbis in seditiones trusus. Saepius ab excelso Messanensi Senatu missus fuit ad gravia negotia pertractanda et ad patriae tranquillitatem [Pag. 38] restituendam. Florebat circa an. 1667. Scripsit: *Raccolta de' rimarchevoli avvenimenti accaduti ne' suoi tempi*.

Haec autem collectio extabat ms. in Biblioth. nostri conventus Messanensis; nunc autem a terrae motu an. 1918 destructa fuit sicut et caetera omnia.

Angelier Fr. Bernardus, nobilis florentinus, iam ab an. 1359 ad petitionem venerabilis Mag. Francisci de Nerlis in nostro Florentino conventu studens a Generali Matthaeo Asculano constitutus fuerat. (Cfr. Reg. Dd. I, p. 261). Dein amplissimis eius meritis tum suam ipsius prosapiam, tum Eremitarum Ordinem magis ac magis nobilitavit. Non solum enim mira morum probitate, verum etiam divinarum litterarum scientia longe ah aliis excellebat. Quam huiusmodi harum virtutum excellentia apud Ordinem existimationem sibi conciliarit, vel ex eo patet, quod ante magistralem lauream accepta, Procuratoris generalis officium illi commissum fuerit. Tale enim munere ab an. 1384 usque ad Capitulum Generale Imolae celebratum mense maio 1384, ipse maxima commendatione functus est. Ast, cum ad id officium fuit assumptus, quamvis S. Theol. Mag. adhuc non esset, erat tamen et Lector et Biblicus et Baccalaureus, ita ut merito post Capitulum Generale Imolense, ab eo munere absolutus, ad lecturam Sententiarum in Universitate Oxoniensi, et consequenter ad gradum Magisterii in eadem adipiscendum, destinatus extiterit. Quem quidem gradum Angelerius anno insequenti 1389 mense iulii iam consequutus fuerat. Postea an. 1390 Priorem institutus fuit conventus Florentini, deinde ibidem studiorum Magister Regens; an. 1393 eodem cum munere in conventu Pisano; ac tandem praefectus est suae Pisarum Provinciae, dignum se provincialatum gerens. Neque tamen Augustinianae Religioni tantum, sed externis etiam, egregiis animi dotibus, Angelerius noster, plurimum profuit, praesertim bonis exemplis atque excellentissimis concionibus, ac valde utilissimo libro evulgato, cui titulus: *Speculum caritatis*, qui inc.: «Nihil dignus quam Creator ametur a creatura», quique olim ms. asservabantur Florentiae in nostra Biblioth. conventus S. Spiritus.

(Cfr. Pamphilum, *Chronica Ordinis*, f. 54; Torelli, *Sec. Agostiniani*, T. VI, p. 216; Herrera, op. cit., T. I, p. 112; Empoli., in *Bullario Ordinis*, qui perperam illum dicit Gallum; Negri, *Historia degli Scritt. Fiorentini*, Ferrara, 1722, p. 10; Ossinger, op. cit., p. 53; Mazzuchelli, op. cit., T. I, Part. II, p. 707; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, cit. T. I, p. 260, ac praesertim R.um Eustasium Esteban, in *Anatectis August.*, Vol. V, (an. 1913), pp. 159-163).

Angelini Fr. Hieronymus, ex oppido vulgo *Capradosso* apud Ripam (v. *Ripatransone*) in Piceno, vixit saec. XVII. Vir fuit moribus ac litteris spectabilis. Cum enim ipse adhuc aetatis suae tamquam in vere esset, praesertim Florentiae, in qua nostrae iuventae magistrum egit, magnam tum philosophiae et theologiae, cum sacrae antiquitatis atque historiae notitiam sibi comparavit, evadens in his peritus ac insuper disertus atque eloquens poeta. Scripsit itaque italice vario metro, potissimum versu hendecasyllabo, puro utens sermone: [Pag. 39] ast si eius dicendi genus minus esset opimum, carmina heroica ab ipso composita, essent certe culta lyra. Acceptissimus fuit E.mo D.no Francisco Cardinali Barberini, cui nuncupavit opus:

1. *Martina trionfante: Poema in ottava rima*. Hoc Poema est divisum in quatuor Epos, et primum inscribitur: «La Chiesa militante»; secundum: «La pugna del Tiranno»; tertium: «La vittoria della Martire»; et quartum: «Il Campidoglio celeste». Asservatur in Vaticana in Cod. Lat. Barberino 3824 in fol. pp. 290 et seqq. ac inc.: «S'apre l'Empireo e del gran Pindo Eterno». Expl.: «E l'accolse al gran trionfo eterno». Scripsit insuper:

2. *Gli applausi del Quirinale per la recuperata sanità di Urbano VIII, versi di Girolamo Angelini dalla Ripa, Agostiniano*. Extant ibidem in Cod. Lat. Barber. 3811, in fol. Inc.: «Con piede augusto il fondator di Roma», atque dicatum fuit hoc Epos eidem Cardinali.

3. *Il calcio. Poesia del Capradosso* (ita etiam se nominabat) *Agostiniano*, Maestro di studio in Santo Spirito di Firenze. *All'Il.mo Sig. Pietro Bardi conte di Vernio*. Sunt duo *Cammina (Canzoni)* et unum *Epigramma (Sonetto)* atque reperiuntur Florentiae in Biblioth. Nation. Palatina sub n° 298. Praeunt litterae nuncupatoriae datae: «di Firenze 2 Febraio 1620».

(Cfr. Vecchiotti, *Biblioteca Picena*, Vol. I, p. 128, et Cantalamessa, *Memorie di Ascoli*, p. 162). Ascoli, p. 162, necnon Palermo, *Mss. Palat.*, I, 510).

Angelucci Fr. Hieronymus, Auximanus, inter suos honestissime natus, Augustinianorum familiae adolescentulus nomen dedit, et cum eius aetas in magnos theologos incidisset, is ita theologicis scientiis operam navavit, ut non inferior caeteris aliquando evaderet. Non enim facile quem dixerim plus studii, quam illum ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse. Auctor est Thomas Herrera, rerum nostrarum diligentissimus scriptor, Cosimum I, statim ac cognovit de renovanda Pisas Academia, illum vocasse Pisas eo consilio, ut divinos libros interpretaretur; ast ne id susciperet onus, effecit Seripandus, qui tunc universae Augustinianorum familiae praefecturam gerebat, ut ab eo se abstineret, ea fortasse de causa, quia tunc, multis errorum monstris exortis, ardebat omnibus animus ad aliena dicta reprehendenda, et invidiam concitandam. His enim verbis ad illum scripsit: «sibi non placere, ut aliquis sui Ordinis legeret Scripturam Sacram praecipue ad concurrentiam ob invidiam et oppositionem, quae semper inter tales esse solet, quapropter omnem aliam lectionem praeter eam legeret». Addit autem Herrera: mense decembri an. 1546, Praepositum ipsum, motum Cosmi precibus, permisisse se Hieronymo, ut Pisas rediret, philosophiam, vel theologiam professurum. Et hanc quidem disciplinam sic docuit ad totum usque annum 1548, ut plurima apud nos *doctrinae suae monumenta reliqueret*. Cum anno ante ad comitia venisset familiae suae, quae habita sunt Recineti, *de laudis hujus urbis orationem dixit*, ex qua cognosci potuit, quod si exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad eloquentiam traduxisset, facile illum in bonis oratoribus numeratum. Ita ex Hist. *Academiae Pisanae* Angeli Fabroni, Vol. II, p. 109. [Pag. 40]

Angelucci Fr. Philippus, primam lucem aspexit Mathelicae in Piceno die 1 iunii an. 1784, atque in baptismatis fonte Adrianus vocatus est. Iam inde ab adolescentia in Mondulphensi coenobio Eremitano Ordini adscriptus, ibidem professionem religiosam an. 1802 emisit, seque spectabilem reddidit, cum ingenii praestantia tum morum integritate. Recineti atque Firmi studia, quae dicuntur passiva, cum laude cucurrit, et in coenobio prioris civitatis die 27 iulii 1808 fuit Lector declaratus. Deinc docuit Perusiae, Viterbii et praesertim Romae, qua sequens accepit a P. Thoma Moralia illius studii Magistro Regente, bonum testimonium, datum sub die 19 ianuarii 1819: «Integritate morum, ita de illo aiebat, et facili ingenio praeditus, adversa licet valetudine, evasit in virum, maxime doctrina et sapientia laudandum, aliosque regendi dignum». Docuit postea aliis in locis, atque dum Perusiae moraretur, die 22 iulii 1825 S. Theologiae Magister renuntiatur. Mathelicae postea publicam utriusque Theologiae cathedram multos per annos cum omnium plausu tenuit, ibique non paucos virtute ac doctrina conspicuos viros inter alumnos habuit, e quibus non defuerunt, qui etiam episcopales infulas promeruerunt. Cum iam summam industriam atque dexteritatem, nec non pervigilem regularis observantiae zelo in trieterico Provinciae Picenae regimine ostendisset, a

Gregorio XVI Romam accersitus, universo Ordini praeficitur. Sub illius diuturno undecim annorum Generalatu Augustinianus Ordo novam faciem induit, atque ad vegetiorem, ut ita dicam, reffloruit. Ipse enim collapsam disciplinam restauravit, abusus abolevit, frugi confirmavit, nequam elatam cervicem depressit, delinquentibus perniciosam veniae spem ademit, opportunas utilesque leges tulit, earumque custodiae sedulo invigilavit, studia provexit, atque adolescentium optima institutioni providit. Talem autem se in moderanda Augustiniana Familia, ostendit, qualem Rev.mus P. M. Joseph Palermo in epistola necrologica (Cfr. eius *Regestum* Dd. 257, p. I) illum describit: «christianis, nempe, virtutibus exornatum, pium, prudentem, modestum, sobrium, pudicum, humilem in prosperis, in adversis constantem, in pauperes liberalem, erga inimicos benevolum, regularis disciplinae custodiendae assidue intentum, in corrigendis subditorum moribus temperanter severum, in obeundo demum pastoralis officio adeo sollicitum, ut proximae elapso infaustae recordationis anno (1849), Romae armis quaquaversus obstrepentibus, et huc illucque civium sanguine cruentatis viis, periclitantem gregis sui partem ibi solam non dereliquit, ingruentia sibi mala haudquaquam formidans». Nil mirum itaque si talis ac tantus vir semel ac iterum in generalibus comitiis (an. 1841 et 1847) fuerit Romae supremus Ordinis Antistes confirmatus, fueritque etiam Romanae Curiae Praelatis, S. Card. Collegio, ac summis Pontificibus Gregorio XVI et Pio IX acceptissimus, a quorum primo pluries illi oblatam episcopalem dignitatem modeste recusavit. Tandem an. 1850, cum Tolentinum a visitanda Romandiola provincia perveniret, die 14 octobris ex renum morbo in coenobio S. Nicolai, mortem in osculo Domini oppetiit. Reliquit: *Regesta sui officii generalatus*, quae tribus magnis tomis sub sig. Dd. 254, 255, 256 mss. [Pag. 41] in Archivo Ordinis asservantur.

(Cfr. Lanteri, *Eremitae Sacrae August.*, Part. I, p. 347; eiusdem *Laudationem Funebrem habit. Aesii in Comitibus Provincialibus die XI Aprilis 1856, et Postr. Saec. saec. Sex Rel. Aust.*, T. III, p. 369).

Anguisciola Pelo Fr. Spiritus, etiam Angosciolus vocatus, Vicentiae in Venetorum Republica, anno 1534 ortum habuit Ordinemque Augustinianum, Rev.mo Seripando gubernante, in patrio coenobio Provinciae Tarvisinae admodum iuvenis ingreditur, atque an. 1554 die 23 augusti adscribitur. Fuit inde inter cursores die 12 maii adnumeratus, ac die 20 ian. an. 1560 Neapoli fit Lector. Duobus post annis die 15 octobris ad magisterium licentiatur, ac die 11 maii 1563, iam Baccalaureus, ad magistralem lauream accipiendam facultate donatur. Romam accersitus, dum coram Pio V Pont. Max. et Cardinalibus sermones aliquot haberet electissimis verbis, gravissimisque sententiis ornatos, in eruditione et dicendi arte non tam specie et opinione vulgi quam re et iudiciis prudentum, summa cum sui et Ordinis lande primatum obtinuit. Die 27 novembr. 1565 cum ad negotia quorundam illustrium Neapolitanorum Equitum Melitensium de Pignatellis in insulam Melitensem apud Magnum Magistrum expedienda delegatus esset, Vicarius Generalis in conventibus illius insulae instituitur, ibique biennium moratus est. Hac temporis intercapedine tum generalibus eiusdem Ordinis comitiis interfuit, tum etiam universis Equitibus insignem de Turcarum tyranno reportatam victoriam loculentissima oratione gratulatus fuit, tum dein cum de mutanda Ordinis sede ageretur propter Turcarum metum, magni Magistri iussu omnium Equitum animos in magno ipsorum concilio mira eloquentia confirmavit. An. 1569 deputatus fuit in conventu Paulae Commissarius Generalis; die 19 martii eiusdem anni Praeses Capituli Provinciae Calabriae, et die 21 novembr. 1570 Vicarius Generalis in conventu Bononiensi. Anno insequenti a P. Thaddaeo Perusino, Ordinis supremo praesule, socius et sui familiaris adsciscitur, eumque comitavit in sacram Hispaniae et Lusitaniae visitationem. Cum in conventu Eborensi an. 1573 moraretur, et in eo capella regia haberetur, adessetque solemnitati Rex Lusitaniae

et Algarbiorum Sebastianus I, Anguisciola noster concionem habuit idiomate italico (ut Ordinis Regesta aiunt) cum magna satisfactione et applausu Regis et populi. Comitiorum Generalium tempore an. 1575 in festo Pentecostes, die 22 maii in capella Pontificis sermonem habuit, et eodem anno die 22 iulii, ad Episcopatum Nepesinum die 20 eiusdem mensis Alexio Stradella Fivixanensi promotus, in eius locum Procurator Generalis declaratur, cum Romae sacras litteras publice interpretaretur. Eius labore et opera an. 1577, dum munus Procuratoris Generalis ageret, decisa fuit controversia de statu et professione B. Clarae de Montefalco in favorem Ordinis Augustiniani contra Minorem Ordinem. An. 1582 die 2 iunii Comitii Romae habitis, quibus Mag. Andreas Fivixanus, Vic. Generalis et Pontificis Sacrista, Apostolica Auctoritate praeerat, communi Patrum consensu in Generalem electus fuit Mag. Spiritus Vicentinus [Pag. 42] (ut Regesta habent) theologus et orator insignis, qui eodem sabbato mira dicendi venustate orationem habuerat de recta ratione gubernandi. Dum autem Provincias Ordinis lustraret, Bononiae prius in gravem morbum incidit, et postea in sepulcrum descendit die 7 maii 1586 vix 52 annorum aetatis suae. Reliquit sequentia, quae mss. asservantur in nostra Bibliotheca Patavina et a Possevino perfecta fuere:

1. *Orationes quamplurimae, quas coram Summis Pontificibus, Regibus et Princibus et in Tridentina Synodo peroravit.* ms. Ex his orationibus duo asservantur Florentiae in Biblioth. Nation. in cod. II, IV. 500 (Magliab. Cl. XXXVII n. 92) saec. XVI, et sunt: I *Orazione nella fondazione della nuova città di Massa di Fr. Spirito Pelo Angossola* (sic); II *Orazione dello stesso fatta dinanzi al Gran Maestro dell'Ordine di S. Giovanni Gerosolimitano, in commemorazione della vittoria sui Turchi e della liberazione di Malta l'anno 1565.*

2. *Explicationes sacrorum aliquot poematum,* ms. In cod. Vat. Capponi n. 223, f. 72 adest: *Sonetto di Martio Rutilio (?) al Rev. Spirito Anguisciola* (sic) *Pelo* et inc.: «Spirito gentil che sì soavemente». Id certe indicat illum etiam poesis artem escoluisse.

3. *Tractatus aliquot rerum theologicarum,* ms.

4. *Regesta Generalatus eiusdem* asservata in Arch. Ordinis, Dd. 39. Quaedam eius *litterae ad universum Ordinem* editae fuerunt in *Analectis August.* Anno X, p. 132 et seqq.

(Cfr. Pamphilum, *Chron. Ord.*, f. 131; Herrera, 1. c. T. II, p. 390; Elssium, 1. c. p. 630; Marzari, *Hist. Vicent.* (Vicentiae, 1654), libr. III, p. 203; Ossinger, 1. c. p. 865; Lanteri, *Postr. Saec. sex*, T. II, p. 370, et *Erem. Sacr. August.*, T. I, p. 310 et alios).

Anselmi Fr. Carolus, Amerinus, S. Theol. Lector, natus est an. 1842. Ordini nostro an. 1860 nomen dedit ac anno insequenti professionem emisit. Magistris Guillelmo D'Ambrogi et Aloysio Lupidi, Romae tum in conventu S. Mariae de Populo, tum ad S. Augustini studiorum curricula perfecit. Die 11 aprilis 1887 Lector renuntiatus, paulo post Genuam mittitur. Fuit postea Provinciae Liguria incorporatus, in qua et prior conventus S. Mariae de Consolatione Savonae, et Provinciae Definitor, an., videlicet, 1880 et 83 evasit. Ob eius dulcissimos mores ac vitae honestatem plurimum a suis confratribus dilectus fuit. Pientissime Savonae obiit mense iunuii 1894. Scripsit ac edidit:

1. *Brevi cenni intorno alla vita della monaca Salesiana Suor Anna Xaveria nel secolo Marchesa Maria Giustiniani*, Oneglia, tip. Giov. Ghilini, 1876.

2. *La Madonna di Taggia, orazione panegirica... detta nell'insigne collegiata Taliense il dì 11 marzo 1879.* Oneglia, Tipo-Litografia G. Ghilini, 1879.

(Cfr. Perini, *Augustiniani Scriptores*, Romae, 1911, p. 102).

Anselmus ab Epiphania, Bergomensis, Congregationis Augustiniensium excalceatorum Italiae, fuit variorum coenobiorum Prior et suae Provinciae Neapolitanae Praefectus. Item potissimum claruit sacrarum litterarum eruditione nec non peculiari erga B. Mariam Virginem devotione. Officium parochi aliquandiu [Pag. 43] etiam exercuit, et ex hac vita migravit an. 1757. Ab eo extant: *Orazioni panegiriche specialmente della Vergine Madre di Dio*, typis datae an. 1747.

(Cfr. Tani Coelest., *Commentaria Episc. et Script. Ord. Erem. Discalceat. S. P. Augustini*, Romae, 1881, p. 67).

Anterus M. a S. Bonaventura, vide: **Micconi Fr. Io. Baptista**.

Antolini Fr. Thomas, patriam habuit Philotranum Piceni oppidum, quo primam aspexit lucem an. 1763. Nostrum Er. Ord. amplexus, quippe qui raro pollebat ingenio, morumque probitate praestabat, vir primi subselli evasit. Regentis munus cum laude exercuit Bononiae, Florentiae et Anconae, ac deinde, iam magistrali laurea insignitus, rhetoricam in Amerino philosophiam clericorum collegio docuit, utrobique sui desiderium relinquens, suique nominis gratam memoriam. Fuit Prior Ameriae et Perusiae, Ordinis secretarius, et Provinciae Umbriae Provincialis. An. 1822, die 29 augusti eligitur Proc. Generalis, quod officium per integrum sexennium et amplius magna cum laude exercuit. Consultor item fuit Sacrarum Congregationum SS. Rituum, Indulgentiarum et SS. Reliquiarum, apud quas sua doctrina atque prudentia immortale sibi nomen comparavit. Plurima enim *eius vota sive dissertationes* tum de re liturgica tum de sanctorum gestis scripta collocata fuerunt apud illas a Summo Pontifice Pio VIII, illius conterraneo, edendorum librorum iudex constitus, atque Commendatarius maximi Xenodochii S. Spiritus in Saxia nominatus, ac tandem in locum nostratis Generalis Mistretta, sponte abdicantis, an. 1829 die 6 iunii, Vicarii generalis nomine suffectus. Carissimus fuit et Leoni XII, et Cardinalibus et summis in re litteraria viris. Occubuit Genuae die 23 augusti 1830, ac tumulatus fuit ante altare Deiparae de Salute. Ita fere ad verbum Lanteri, *Erem. Sacr. Aug.* T. I, p. 344 ex Regesto Ordinis an. 1830, Dd., 250, p. 242. Reliquit mss.:

1. *Eius Procurationis Acta* ab an. 1822 ad an. 1828 asservata in Archivo Ordinis, Vol, in fol., Bb. 100.

2. *Eius Vicariae Generalis Regesta* in eodem archivio sub Dd. 250 in fol.

Antonelli Rosa Ven. Monica, de Aquila in Vestinis, cum invita, parentum violentia, terreno sponso nupsisset, post hujus obitum inter nostrates S. Luciae moniales cum tribus filiabus sese recepit, ibique vitae sanctitate, spiritu profetiae aliisque coelestibus favoribus claruit. Ante obitum Angelorum contentus ad coelum illam invitatum audire promeruit. Obdormivit in Domino die 28 octobris 1616, aetatis suae 76. *Opera poetica ab illa composita* asservabantur admodum religiose in praefato S. Luciae monasterio. Eius vitam conscripsit R. P. Bacc. Camillus Thoma Aesinas, quae ms. conservabatur apud nostratam Gandolphum, uti ab eodem testatur in *Dissertatione de 200*

celebr. Aug. Scriptoribus, p. 378, et eiusdem Monicae filiam Evangelistam monialem ibid., quae *Historiam aliarum piaram et venerabilium monialium* eiusdem monasterii conscripsit.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. sex Relig. August.*, T. II, p. 461). [Pag. 44]

Antoni Fr. Franciscus Xaverius, Lucensis, vixit saec. XIX. Ex eo extant: *De Christi satisfactione theses selectae*. - *Quas Viterbii in Ecclesia SS.mae Trinitatis defendit anno 1844, cathedram moderante P. Mag. Caietano Corleo, studiorum Regente*. Viterbii, typis Monarchii, 1844.

Antonucci Fr. Joan. Baptista, Eugubii in aedibus paternis natus est die Natali Jesu Christi an. 1532, atque die 8 jan. insequentis anni baptizatus, Joan. Baptista est vocatus. Puer doctorem audivit Sebastianum Piccolellium. Ab adolescentia cum Augustinianis versatus, ac decimum annum agens, in coenobio S. Catharinae Eremitano Ordini nomen dedit. Iuvenis ingenio gravitate et sermone praestans brevi prae caeteris excelluit, Graecas, praeter scientias philosophicas ac theologicas, atque Caldaicas litteras discens. Papias, per tres vel quatuor annos commorans, ius pontificium edidit, ac postea gymnasii Veneti nostri Ordinis Regens eiectus est. Cum Neapolim pergeret, Cardinalem Paulum Aretium comitatus, ut curae Dioecesis esset atque consilio, Catechesim, quam Placentiae composuerat, edidit. In eius vita nulla fere hora erat ei vacua ab exercitationibus christianis; cogitabat, agebat ut ad aliquid agendum natus. Erat vita intiger, severus, misericors, ac temperans. Statura fuit regularis; habitus, oris ac vultu non opimus; color vultus suavis inter album et nigrum; nasum habuit regularem, barbam intonsam, at non prolixam. Mortuus est Romae III kal. novembris an. 1585, magno cum omnium dolore. Eius opera sunt:

1. *Catechesis sive institutio civitatis ac dioecesis Neapolitanae cunctis initiandis Confessariis, Parochis ceterisque Christianis accomodata et utilissima*. Neapoli, 1573, et ibidem pluries, videlicet: apud Horatium Salvianum, 1577 tertio in lucem edita; apud Haeredes Mathiae Concer, 1587, in 8°, pp. 1-94 et 446 una cum auctoris vita a Davide Romeo conscripta, qua asseritur auctorem theologum fuisse Neapoli etiam Archiepiscopi Annibalis Capuani; an. 1591 et an. 1622, Typis Dominici Macaroni, in 4°.

2. *Eadem Catechesis, sed non parum diversa, seu instructio a RR. DD. Examinatoribus Placentinae Dioecesis promulgata, cunctis ad Parochiales Ecclesias assumendis accommodata, una cum additione a R. P. M. Fr. Johanne Baptista Antonuccio Eugubino compilata*. Placentiae, apud Franciscum Comitem, 1574, et item ibidem, apud Johannem Bazachium, 1576, 1578 et 1582 in 8°.

3. *Lectiones super indulgentias*, uti refert Elssius, p. 355.

(Cfr. Toppi, *Biblioth. Neapol.*, p. 129, qui falso Antoniuccium putat esse neapolitanum; Pamphilum, f. 152; Giacobilli, p. 151; Aprosio, *Biblioth. Aprosiana*, p. 52; Ossinger, p. 60; Mazzuchelli, Vol. 1, Part. II, p. 884; Lanteri, *Postr. Saec. sex.*, vol. II, p. 425, ubi testatur Antoniuccium «Neapoli linguam hebraicam publice docuisse, multosque hebreos ad christiam fidem convertisse», et alios).

Apollonius a SS. Trinitate, Siculus, e nostra Congregatione Discalceatorum Italiae, vixit saec. XVII. Dicitur ab Ossinger, p. 902, «vir rarae pietatis, integerrimae vitae et singularis doctrinae».

Decem et octo annos apud nostrates [Pag. 45] in coenobio Panormitano lectoris theologiae moralis munere functus est, ac Panormitanam provinciam prudenter rexit, librumque composuit lingua italica, cuius titulus: *Examinatorio, o modo di confessarsi con puntualità e speditamente*.

(Cfr. Tani, Op. cit., p. 70, ex Mongitore et Jöcher).

Aproso Fr. Angelicus, ortum habuit Vintimilii in Liguria occidentali a Marco et Petronilla de gente Aprosia die 29 octobris 1607, atque adhuc adolescens, aetate scilicet annorum 15, apud Genuensem S. Mariae de Consolatione Congregationem, non vero Insubricam ut scribit Lanteri, Eremitarum Ordinem est amplexatus. Genuae primum usque ad an. 1625, Senis postea usque ad an. 1632, sub magistris Petro Ricci, Octavio Martini et Angelo de Aquipendio, iuvenis praeclaro ingenio praestans, mirum in litteris atque in profanis divinisque scientiis profectum fecit, adeo ut inter primiores sui aevi viros doctrina praestantes iure recenseri meritis sit. Mense iunii 1632 ad Lectoratus gradum promotus, locatus fuit in conventu Montis S. Sabini ut logicam nostratem pubem doceret. Tribus ibi mansit annis ac Baccalaureus declaratus, ad sacram se dedit praedicationem. Ad praestantissimos illius temporis viros suam amicitiam atque necessitudinem adiunxit. Ingentem notionum suarum thesaurum locupletiolem reddere cupiens plura per Italiam itinera fecit; qua de causa praecipuas Hetruriae, Insubriae atque ditionis Venetae urbes invisit. Venetiis, Uneliae, Vintimilii ac Genuae praecipue moratus est. Insignem in patrio Ordinis coenobio bibliothecam fundavit, Aprosianam a suo cognomine nuncupatam, quae tempore Gallici Gubernii publicae Genuensi bibliothecae unita fuit. Vixit vir, revera singularis, atque omni nationi carissimus usque ad an. 1681, quo die 23 febr. ex vita migravit. Multa typis edidit, pleraque sub alieno vel ficto nomine, italico sermone exarata magni pretii volumina. Nam modo Masotti vel Caroli Galistoni, modoque Cornelii Aspasii, nunc Thomae, nunc autem Caroli Stigliani, quandoque Scipionis Glareani, atque alias demum Oldauri Scioppii nomina sibi imponebat, in iis praesertim operibus, quae saecularem virum magis quam coenobitam decere videbatur. At priusquam illius operum catalogum reddamus, notari fas est quod Aprosius noster praecurendo celeberrimum Mazzuchellium, in animo cogitaverat opus conscribendi, quo contineri debebant scriptorum omnium italicorum notitiae, cui titulus: *Athenae Italicae, sive de viris qui ingenio et scriptis Italiam illustrarunt*. Multa ad hunc finem collegit, sed ubinam reperiantur nescimus; certo in lucem non prodire, eo quod auctor aliis laboribus distractus operi finem non posuit. Excussit ac edidit aliud opus sub anagrammate Jo. Petri Jacobi Villani, cui titulus: *La visiera alzata*, Parmae, 1689, quo verum quamplurimum scriptorum nomen indicat, qui eorum opera anonyma typis mandarunt, et Meltius ingenue testatus est ideam operis sui: *Dizionario di opere anonime e pseudonime* ex lectione hujus Aprosianae opellae hausisse. Adjuvit etiam Leonem Allacci in conscribendo opus nuncupatum: *Drammaturgia*. Itaque praeter citata opera etiam edidit: [Pag. 46]

1. *Il vaglio critico di Masotto Galistoni da Teramo sopra il mondo nuovo del Cavalier Tommaso Stigliani da Matera*. In Rostock [Treviso] per Willelmo Wollop [Girolamo Righettini], 1637, in 12°. (Cum Thomas Stigliani quamdam suam opellam contra Adonem, opus poeticum Jo. Baptistae Marini, in lucem dedisset undiqueversum aggressores sensit. Inter hos nemo magis quam Aprosius, maiori zelo et ardore in favorem Marini calamum arripuit; qui, tum enunciato opere cum sequentibus recensentibus, «ebbe più che altro (ut ait quidam modernus criticus) lo scopo di mostrare la sua sterminata, ma faraginoso, erudizione».

2. *Il Buratto. Replica di Carlo Calistoni [Aprosio] al Mulino del Signor Stigliani.* In Venezia nella Stamperia Sarziniana presso Taddeo Pavoni, 1642, in 12°.
3. *L'occhiale stritolato di Scipio Glareano per risposta al Signor Cavaliere Tomasso Stigliani.* In Venezia, pel Pavoni, 1641, in 12°.
4. *La Sferza poetica di Saprício Sapríci [Aprosio] lo scantonato Accademico Eteroclito per risposta alla 1a censura dell'Adone del Cavalier Marino, fatta dal Cavalier Tomasso Stigliani.* In Venetia, 1643, in 12°. (Constat hoc opusculum 27 capitibus, quorum quidque ex eruditis uni tunc temporis dicatum est).
5. *Del Veratro. Apologia di Saprício Sapríci per risposta alla 2a censura dell'Adone del Cavalier Marino, fatta dal Cavalier Tomasso Stigliani.* In Venezia, Parte la per Matteo Seni, 1645, in 12°; Parte 2a in Venezia, 1647, in 12°. (Hoc opusculum est ultimum quod Aprosius in lucem emisit contra Thomam Stigliani)
6. *Annotazioni di Oldauro Scioppio [Aprosio] all'arte degli amanti dell'illustr. Signor Pietro Michiele, nobile Veneto.* In Venezia per Guerigli, 1642, in 12°.
7. *Sermoni di tutte le Domeniche e Festività de' Santi, che occorrono nell'Avvento del Signore fino alla Purificazione della Vergine, disposti in varie risoluzioni morali per opera di P. Agostino Osorio, Provinc. Agost. ne' regni della Corona d'Aragona trasportati dalla Spagnola nell'italiana favella da Oldauro Scioppio [Aprosio].* In Venezia presso Guerigli, 1643, in 4°.
8. *Lo scudo di Rinaldo, ovvero lo Specchio del disinganno, opera di Scipio Glareano [Aprosio].* In Venezia nella Stamperia appresso Giovan Giacomo Hertz, an. 1642, in 12°. (Opus morale, cuius etiam secundum volumen paraverat, quod tamen non fuit impressum. Hujus secundi Voluminis capitulorum titulos habes in *Bibliotheca Aprosiana*, p. 225).
9. *Discorsi predicabili del M. R. Signor Constanzio Talpiteo da Contilmanno professore di Sacra Teologia sopra le Domeniche e feste dell'Avvento fino a Quaresima pubblicati da Scipio Glareano [Aprosio].* In Venezia, 1642, in 4°. (Auctor huius operis est noster Fr. Augustinus Paoletti, anagrammatice Constantius Talpiteus dictus, quod Aprosius in lucem prodire fecit).
10. *In praecipua Deiparae Virginis festa Discursus varios.* (Ita Maracci in appendice Bibliothecae Marianae, p. 13).
11. *Le bellezze della Belisa, tragedia dell'Illustr. Signor D. Antonio Muscettola, abbozzate da Oldauro Scoppio [Aprosio] accademico incognito e geniale.* Lovanio per Giov. Tomasso Rossi, 1664, in 12°. [Pag. 47]
12. *Della vita, origine e patria di Aulo Persio Flacco, dissertazioni di Ludovico Aprosio, accademico Incognito di Venezia, Geniale di Codogno, Apatista di Firenze, e Animoso di Gubbio cavata dal libro primo delle ore pomeridiane del medesimo.* In Genova, Giov. Galeazzi, 1664 in 8° et ibidem an. 1667.

13. *Le vigilie di Capricorno, note tumultuarie di Paolo Gennaro da Scio* [Aprosio] *accademico di Venezia all'epistole eroiche, poesie del famosissimo ed eruditissimo Lorenzo Grosso, avvocato Napoletano*. In Venezia, per li Combi e la Naù, 1667, in 12° et ibidem, 1678.

14. *La Grillaia, cioè la prima Pentecoste dei Grilli, Curiosità erudite di Scipio Glareano*. In Napoli per Novello de Bonis, 1668, in 12°, ac: in Bologna per Giov. Recaldini, 1675, ast mutila.

15. *La Biblioteca Aprosiana passatempo autunnale di Cornelio Aspasio Antivilgirmi* [Angelico Aprosio da Ventimiglia] *tra vagabondi di Tabbia detto l'Aggirato. All'Ill.mo e Generosissimo Sig. Giov. Niccolò Cavana Patrizio Genovese*. In Bologna, per li Manolessi, 1673, in 12°. Extat hoc opus Romae in Biblioth. Angelica sub sign. ZZ. 8. 15 ac in linguam latinam versum fuit sub hoc tit.: *Bibliotheca Aprosiana liber rarissimus, et a nonnullis inter anegdotos numeratus, iam ex lingua italica in latinam conversus. Praemisit praefationem notasque nonnullas addidit Joan. Christoph. Wolfius*, etc. Hamburgi literis Abrami Vandenhoeck, 1734, in 8°. Videtur Aprosium exarasse etiam hujus operis tomum secundum, nam citatur a Libanorio Part. III, p. 159 operis *Ferrara d'oro*.

16. *La visiera alzata* (de qua supra). *Hecatoste di scrittori che vaghi di andare in maschera fuor del tempo di carnevale, sono scoperti da Gianpietro Giacomo Villani* [Angelico Aprosio]. Parma, 1689, in 12°. Opus rarum, quo detecuntur vera nomina plus quam centum auctorum, et impressum fuit, post auctoris mortem, a Magliabecchio, cui ab Aprosio ipse transmissum fuerat cum littera nuncupatoria, quod postea insertum fuit a Vincentio Ploccio in suo opere: *Theatrum Anonymorum et Pseudonymorum*.

17. *Trentasette lettere* (Genova 24 Luglio 1649 - Dicembre 1664). Sunt in cod. 270 (Albani 1976) Bibliothecae Scholae Medicinae Montispeulani (v. Montpellier).

18. Nonnullae eius *poëses*, patria lingua scriptae, editae fuerunt in *Poesie degli Accademici infecondi di Roma*. In Venezia per Niccolò Pezzana, 1678, et in *Fiori Poetici dell'Eremo Agostiniano* editi a nostrate Gandolpho, Genova per il Franchelli, 1682, p. 55 et seqq. cum nonnullis eius epistolis. Habentur etiam mss. alia eiusdem opera, videlicet: a) *Ozi estivi*; b) *Il Batto*; c) *La lettera al Marino*; d) *Diporti Villarecci*; e) *La maschera scoperta*; f) *Lo scudo di Rinaldo, Part. II*; g) *Le ore pomeridiane, quesiti poetici, critici e filologici*; h) *Le tableaux de la Penitence pour Mons. Godean* in lingua italicam versae; i) *La talpa plagiaria ovvero la cornacchia Esopiana di Nicolò Paragerio, osservazioni sopra il mondo smascherato del Co. Glemogillo Talpi*; [Pag. 48] k) *Comento di Saprício Saprıcı sopra una lettera di Virgilio Benamati in lode di Guglielmo Plati*; l) *La Poliantea Italiana*; m) *Lezioni sacre sopra Giona dette da lui nella Chiesa di S. Maria della Consolazione di Genova gli anni 1649-1650*; n) *La Spugna*. Edidit insuper opus *Venetia Eterna*, P. Petri Romero Ord. Praedicatorum.

(Cfr. omnes nostrates, praesertim Ossinger, *Bibliotheca August.* p. 58, ac insuper Soprani, *Gli Scrittori della Liguria*; Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, T. II, Part. I, pp. 887-896; Melzi, *Vocabolario di opere Anonime e Pseudonime*, T. III, p. 221; Manacorda G., *Dai carteggi Allacciani note bibliografiche*, Vol. IV, p. 37, 157, 242 et seq.; Boccardo G., *Nuova Enciclopedia Italiana*, Vol. II, p. 394 et alios).

de **Aquila Fr. Jacobus** de gente Oliva, S. Theol. Mag., an. 1430 in Neapolitana Universitate publice Sententiarum libros exponebat, et an. 1445 erat capellanus honorarius Summi Pontificis, necnon collector decimarum Apostolicarum in tota Mediolanensi Provincia. An. 1459, die 15 Iulii, constitus fuit Procurator Generalis Ordinis, et a Callisto III an. 1457 Rector parochialis Ecclesiae S. Mariae in Vallicella, cum antea, anno scilicet 1455 a P. Generale facultatem obtinisset manendi cum socio in aedibus S. Onuphrii, cuius Ecclesiae item rectorem agebat. Ad instantiam Regis Aragoniae, cui propter eius eximias virtutes, atque insigne concionatoris nomen acceptissimus erat, die 4 iunii 1457 designatus fuit rector conventus S. Crucis de Monte Marsico in Suessae districtu, ut propter infirmitatem ac senectutem illuc se recipere, et commodius vitam ducere posset. Interim hoc tempore ab anno videlicet 1456 ad an. 1470 Procuratoris Generalis munere functus est. Tandem an. 1470, die 9 iulii, vir aetate gravis, adhuc tamen vegetis viribus praeditus, Bononiae ad supremam Ordinis fastigium vehitur, vixitque magna cum prudentia et sanctitatis laude usque ad an. 1476, quo Romae, die 28 martii, naturae satisfacit, annos natus 92, regiminis 5 et amplius. Ex tanto viro adhuc remanet: *Litterarum sui Generalatus Regesta*, asservata in Archivo Ordinis sub sign.: Dd., 7.

(Cfr. Herrera, T. II, p. 436; Elssium, p. 307; Lanteri, *Eremi Sacrae Aug.*, I, p. 289, ubi errato dicitur Nicolaus, et T. II, p. 230).

de **Aquila Fr. Spiritus**, Aquilae in a Vestinis, unde nomen accepit, ortum habuit an. 1572. Sexdecim annos agens patrio Eremitarum S. Augustini coenobio nomen dedit, et postquam in divinis litteris fuit institutus in nostris gymnasiis Aquilano, Perusino, Bononiensi atque Papiensi, an. 1598 Studii Magister fuit nominatus, deinc Lector, et an. 1603 in Domino obiit. Evasit in humanis divinisque litteris valde eruditus, atque eximius in primis concionator. Eius extant quae sequuntur:

1. *Oratio habita Papiae mense octobris an. 1603 tempore visitationis sacrae Rev.mi P. M. Hippolyti Ravennatis*. Papiae apud Petrum Bartoli, 1603, in 4°.

2. *Itinerarium coeleste sive Quadragesimale*, Teate apud Isidorum Facium, 1611, in 4°.

[Pag. 49]

Aquilinus a S. Petro, vide: **Sertori Fr. Aquilinus**

de **Aquis Taurinis (v. Acquapendente) Fr. Aurelius**, vixit saec. XVI ineunte. Die 30 maii 1515 ab Aegidio Viterbiensi Gener. fuit cursor nominatus. Ex eo habentur tresdecim *Epistolae Em. Cornelio Agrippae datae* annis 1527-1528, editae Libro V Epistolarum eiusdem Agrippae.

de **Aquis Taurinis (v. Acquapendente) Fr. Nicolaus**, Provinciae Romanae alumnus, vixit saec. XV. Mag. Ambrosius Coriolanus in *Chronicis Ordinis*, editis an. 1481, enumerans eiusdem viros doctos et sapientes, de hoc fratre Nicolao haec habet: «Trigesimus quintus fuit Magister Nicolaus de Aquapendente praeco maximus divini verbi. Hic *de baptismo; de peccato originali; de penitentia; de inferno; de limbo, et purgatorio; de mercatura; de sortilegiis; de evitanda ingratitude dignos tractatus fecit: festivum sanctorum et quadragesimale optimum, et alios sermones multos de diversis materiebus confecit*». Hujus clari viri *Quadragesimales sermones* et *Tractatus de Convenientia et Disconvenientia Evangelistarum* asservantur in codice 1005 (G, III,

7), chart. saec. XV, cc. 302 Bibliothecae Nation. Taurinensis. Hic Nicolaus, iuxta Ordinis Regesta et librum expensarum Provinciae Romanae asservatum in Archivio Ordinis, Ji. 8, f. 72 et seqq., an. 1447 erat Lector in studio Romano, et an. 1449 iam S. Theol. magister, electus fuit supremus provinciae suae praesul. An. 1451, die 6 augusti in Prov. Capitulo, Suriani celebrato, eiusdem Capituli praeses constituitur, atque an. 1454 iterum in Provinciale electus evasit. Obiit iuxta Elssium, l. c., p. 501, qui videtur de illo verius prae aliis scripsisse, die 8 maii 1456. Verendum interim est, ne iste Nicolaus confundatur, uti fecerunt Pamphilus in *Chronicis Ordinis*, p. 99; Angelus Rocca in *Chronistoriis de Apostolico Sacrario* (eiusdem *Opera omnia* T. I, p. 342-344) et alii cum altero Nicolao de Aquapendente e familia Foresia, qui vixit eodem saeculo, sed paulo post, cuique tribuerunt eadem opera; nam verba Coriolani evidenter hoc excludunt. Et revera: Foresius an. 1469 extabat cursor in studio perusino, renuntiatusque est S. Theologiae Doctor an. 1479, et an. 1487 Provinciae Romanae Moderator. Deinde, defuncto Zacharia Saonensi et Ventura Episcopo Massensi, Sacristae munere abdicante, Sacrarii Apostolici Praefecturae eidem cura demandata fuit, Kalendisque septembris 1505, secreto in Concistorio a Julio II Episcopus Dyranchiensis fuit nominatus, obiitque in non longaeva aetate, die 15 octobris 1507. Nunc clare elucet Coriolanum scribere non potuisse de Foresio tamquam de mortuo, cum, illo scribente, esset adhuc in viridi aetate. Ast utcumque res se habet, hi sunt qui de illis scripserunt, id est: Augustinus Fontana, *Alphabetum Legale*, Part. I, p. 4 et Part. IV, p. 13; Possevinus in *Apparatu Sacro*, Vol. II, p. 478; Gesner et Simler, *Bibliotheca*, p. 515; Fabricius-Mansi, *Biblioth. Lat. mediae et infimae aetatis*, T. IV, p. 10; Maraccius, *Bibl. Marian.* T. II, p. 157; Gandolphus, l. c., p. 272; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. Aug.*, T. II, p. 132, et alii. [Pag. 50]

Archangelus ab Assumptione, Laudensis qui suae Pedemontanae Provinciae fuit moderator, quo in munere magna gubernandi dexteritate claruit. Obiit anno 1757. Typis evulgavit anno 1748 *Decem sermones B. Mariae Virginis*. Ita laudatus Tani, p. 71.

Archangelus ab. Epiphania, alumnus Congregationis Discalceatorum Italiae, provinciae Genuensis, floruit saec. XVIII. Typis mandavit:

1. *Vita del gran servo di Dio venerabile P. Antero Maria di S. Bonaventura*. Roma, G. Vanacci, 1691, in 4°.

2. *Conferenze di vita spirituale e stato mistico in guida delle anime incamminate a Dio per le tre vie purgativa, illuminativa, uninitiva, ordinate in otto trattati*. Genova, G. B. Sconico, 1709, in 4°. Reperiuntur Romae in Biblioth. Casanaten.

(Cfr. Tani, op. cit. p. 71).

Archangelus a S. Nicolao, vide: **Moltrasi Fr. Archangelus**

Arconati Fr. Luchinus, dictus de Aretio, patria tamen fuit Mediolanensis, atque ex nobili et illustri de Arconatis genere ortus. Iam domi humanioribus litteris ac pietate egregie institutus, familiae splendorem atque opulentiam flocci faciens, 22 annos natus in patrio S. mae Coronatae Coenobio Augustiniana de Lombardia Congregationi an. 1446 nomen dedit. Ibidem iuvenis praeclari ingenii brevi in scholasticis studiis mirum profectum fecit. Postea tum D. Pauli Epistolis tum S. P. Augustini voluminibus pervolutandis ita totum se addixit, ut ex divinis hisce coelestis

sapientiae fontibus locupletissimos evangelicae doctrinae thesauros sibi comparaverit. Hujusmodi penu affatim instructus, sacra rostra conscendere coepit, caeteris quae ipse recluserat panditurus. Quo in munere ita se egregie gerebat, ut praecipuae Italiae urbes illum in suum Evangelii praeconem certatim exoptarent. Quamobrem inter quatuor suae Congregationis concionatores privilegio munitos primo loco adnumeratus fuit. Quippe qui magna etiam industria atque prudentia praeditus erat, praecipua suae Congregationis obtinuit officia; fuit enim ter Savonensis S. Augustini coenobii Prior, semel Visitor, et Praeses, decies Definitor, atque bis (videlicet an. 1486 et 1497) Vicarius Generalis. Talia toto vitae suae tempore religiosae perfectionis specimina exhibuit, ut post obitum *Venerabilis* titulus adeptus fuerit. Tandem obiit senio confectus in praefato Mediolanensi coenobio, 77 aetatis suae, Christi vero an. 1501. Eum inter Beatos numerant nostrates Herrera, T. II, p. 7; Torelli, *Sec. Agost.*, T. VII, p. 523, aliique Ordinis scriptores, et in Theatro Augustiniano hoc elogio decoratur: «B. Luchinus Mediolan. post religionis significationes, nomine miraculorum ingens, atque sanctitate clarus». Scripsit quae sequuntur, quaeque Mss. visa fuere ab Argelato in Bibliotheca conventus S. M. Coronatae Mediolani:

1. *Summa Moralis, Canonica atque Dogmatica*. Ms. autographus ingentis molis optime exaratus in 4°.
2. *Sermones Latini*. Ms. autogr. litteris rubro-nigris in 4°.
3. *Conciones per totam Quadragesimam et anni Dominicas*. Tomi 2. [Pag. 51]
4. *Manipulus Episcopalis officii, et Regiminis auctore Dominico tit. S. Crucis in Hierusalem Presb. Card. et Poenitentiario, nec non Ecclesiae Firmanae administratore, scriptus a Fr. Luchino Mediol. anno MID in Patria*. Ms. optimae notae in 4°.
5. *Opusculum de prologis seu prooemiis sermonum quadragesimalium, materna lingua accuratissime conscriptis: deservientibus per totam quadragesimam predicare volentibus: quibus adiuncti sunt alii centum quinque diversis materiis opportuni per Rev. P. Fr. Luchinum de Aretio Mediolanen. Regularis observantiae S. Ordinis Heremitarum S. Augustini Congreg. Lombardiae*. Venetiis, Bernardinus de Vitalibus s. a. (c. 1500) in 8° char. goth.; 86 ff. Asservatur Romae in Bibl. Vitt. Em. 70. 2. A. 25. Idem, Mediolani, an. iubilaei 1500, Alexander Minutianus typ., char. goth., 124 ff. et haec editio est in Biblioth. Nat. Panormitana, V. A. 51. Cfr. Hain-Copinger, n. 1634; Copinger, n. 601, et Proctor n. 5542.

(Cfr. Calvi, *Delle Mem. Hist. della Congr. Osserv. di Lombardia*, p. 128; Argelati, *Bibl. Script. Mediol.*, T. I, part. II p. 83; Morigia, *De Nobil. Urbis Mediolan.*, libr. I, cap. II; Ossinger, p. 69; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, T. II, p. 118, et alios).

de **Aretio Fr. Guido**, cuius aevum, quo vixit, latet, mss. sermones reliquit, qui iuxta Thomassinium in sua *Bibliotheca Patavina Manuscripta*, p. 74, reperiebantur Patavii in Bibliotheca Fratrum Eremitarum S. P. Augustini, sub hoc titulo: *Sermones Fr. Guidonis de Aretio Ordinis Eremitarum*, fol. M.

de **Aretio Fr. Leonardus**, ortum habuit prima medietate saec. XVI, et incorporatus fuit, postquam habitum Augustinianum susceperat, Conventui S. Augustini Senarum, ubi die 4

septembris 1538 creatus fuit cursor, et anno sequente magister Studii. An. 1540 facultatem a Supremo Ordinis Praesule obtinuit praedicandi quocumque vellet. Deinc Lector fuit renuntiatus, et die 22 iulii 1543 in Studio Florentino S. Theologiae Baccalaureus Mense maio 1545 Auctoritate Apostolica, una cum P. Augustino de Buggiano, insignia magistralia obtinuit, et ibidem inter seniores patres adnumeratus. Interfuit Concilio Tridentino, quo tertia Adventus Dominica an 1551 ad Patres orationem habuit. Anno 1554 erat apud Eugubinos sacrae Scripturae interpres, et Concionator, accepta a Summo Pontifice licentia manendi extra Claustra, in domo Canonicorum Regularium S. P. Augustini, apud quos, forsan, supremum diem obiit. Scripsit typisque mandavit sequentem egregiam orationem, cui titulus: *De Christiana Professione oratio et ad Sanctissimum magni illius Praecursoris Servatoris nostri imitandum exemplar in tertia Adventus Dominica an. 1551 viro christiano a sancta Ecclesia propositum, et recitatum, humilis et pia hortatio, ab Augustinensis familiae Ordinis Heremitarum religioso Fr. Leonardo Aretino habita ad amplissimos Patres Concilii Tridentini.* Venetiis ad signum Spei, 1552. Reperitur Romae in Biblioth. Casanaten. et Vallicelliana, et apud Labbeum et Gabr. Cossarticum, *Sacrosanta Concilia*, T. XIV, col. 1073 et seqq. Lutetiae Parisiorum, 1572. [Pag. 52]

(Cfr. *Ordinis Regesta* et Lanteri in *Addit. ad Crusenii Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 738).

de **Aretio Fr. Petrus Donatus**, theologus et concionator egregius, *nonnulla opuscula* edidit, quae Romae in Monasterio S. P. Augustini mss. custodiri dicuntur. Pamphilus in *Chronicis Ordinis*, Romae, 1581, f. 48, affirmat mss. haec, eiusdem Petri Donati *sermones* complecti, eumque floruisse, an. 1335. At, subiungit Herrera, T. II, p. 277, ni duos Petros Donatos de Aretio velimus constituere, is aliquando recentior est. Eius enim fit mentio in Registris Ordinis die 12 martii et die 9 iulii an. 1388 atque die 12 iunii 1389. Lanteri vero in *Postr. Saec. Sex Relig. Augustinianae*, T. I, p. 377, autumat illum edidisse valde eruditum *Quadragesimale* et varias *Orationes funebres*, in quibus pie ac docte multa pertractat de arte bene moriendi ac de coelesti vita. Ubinam autem haec mss. nunc reperiantur nescimus, cum de hiis in catalogo Mss. Bibliothecae Angelicae Urbis minime fiat mentio, nisi unus ex tantis codicibus Sermonum sit, qui anonymi inibi asservantur.

(Cfr. etiam Gratianum, *Anastasis August.*, p. 152; Gandolphum, 1. c., p. 299, et Ossinger, 1. c., p. 70).

de **Aretio Fr. Theophilus**, Ordinis Erem. S. August. vixit saec. XV. Reliquit mss. *Disputationes* quae sunt in cod. Miscell. Arm. X. 68, Biblioth. Vaticanae.

Aretusi Fr. Andreas, Bononiensis, floruit circa an. 1397. Fuit orator atque poeta clarus. Scripsit: *Vitam S. Catherinae Virg. et Mart.*

(Cfr. Torelli, *Sec. Agost.*, I. IV, p. 701, n. 35; Fantuzzi, *Notizie degli Scrittori Bolognesi*, T. I, p. 273, et Ossinger, 1. c., p. 71).

de **Arimino Fr. Gerardus**, Sacrae Theol. Doctor, vir non minus religione quam scientia insignis, praefuit Provinciae Romandiolae ab an. 1419 ad an. 1421. Inde eum esset conventus Ariminensis Prior, an. 1422. Praeses extitit Capituli Provinciae Pisarum et an. 1423 Capituli Provinciae Romandiolae. An. 1426 Regens Bononiensis constituitur et an. 1427 Ariminensem Prioratum renuntiavit. Vacaverat eo tempore Caesenate Ecelesia et a Clero et populo illius Dioeceseos, ut

ex Registris nostrorum Generalium constat, Gerardus an. 1431, concordi suffragio et acclamatione in Episcopum Caesenatensem electus fuit. Sed cum ad Urbem pro Bullarum expeditione venisset, tum Pontifici cum Patribus purpuratis aliter visum fuit. Episcopatus quippe Caesena in commendam collatus fuit B. Augustino Romano ad Archiepiscopatum Nazarenum advecto, Supremi Ordinis magistratu dimisso, et Gerardo eiusdem Ordinis gubernium concreditum. Fuit igitur prius Vicarius Generalis ac postea in Comitibus Mantuanis an. 1434 Prior Generalis fuit acclamatus. Concilio Basiliensi, dum Concilium fuit et auctoritate Summi Pontificis celebrabatur, adfuit an. 1433 et 1434; cum vero Ferrariam translatus fuit, illuc advolavit una cum duodecim aliis Ordinis insignibus S. Theol. Magistris, illudque subscripsit. Ordinem Gerardus gubernavit difficillimis temporibus, quae tam facile schismaticis perturbationibus obnoxia erant; [Pag. 53] ast ipse omni ope atque opere satagit, ut omnes Augustiniana Familia sodales, ipsius exemplum imitantes, legitimo Summo Pontifici arctissime adhaerent, pietatem colerent, regularem disciplinam observarent, haereses compescerent, abusus tollerent. Demum, cum Ordinem annis duodecim sancte et prudenter administrasset propter senium an. 1443 onus dimisit, eodemque anno cum sanctitatis opinione ex hac vita migravit. Haec de illo a Pamphilo f. 36, Herrera, T. I, p. 297, et ex Lanteri, *Erem. Sacrae August.*, Part. I, p. 288 accepimus. *Suorum Gestorum Acta* sive *Sui Generalatus Litterarum Registrum* asservatur in Archivo Ordinis sub sign. Dd. 5, ex quibus quaedam edita fuerunt in *Analectis August.*, Vol. VI.

de **Arimino B. Gregorius**, a Lanteri cognomento Tortorici dictus, alumnus Provinciae Romandiolae, «vir fuit, - ait B. Iordanus de Saxonia in libro qui dicitur *Vitas Fratrum* - magnae scientiae et vitae sanctae, singulariter Parisiis honoratus a tota Universitate propter opera sua notabilia, audiebatur libenter et omnibus erat speculum tam in moribus quam in scientia». Is adolescentiam nondum egressus, Eremitarum Ordinem ingreditur, ibique talis postea evasit, qualem universalis ipsius historica fama ubique gentium declarat. In Italia primum Parisiis postea, quo an. 1323 se contulerat ut Sorbonicam Universitatem frequentaret, sublimiores disciplinas impense coluit. Per sex annos continuos mansit in Parisino Studio; ac postmodum ad natalem solum rediens, Bononiae, Paduae et Perusii cathedram tenuit principalem. Uti suae Provinciae Definitor, an. 1333, interfuit Capitulo Generali Senis celebrato, et an. 1340. Parisios iterum se contulit ut ea in Universitate Sententias legeret, quarum lecturam annis quatuor commendabiliter consumavit. Instante Gocio tituli S. Priscae presbytero Cardinali, mense februario an. 1345, S. Thelogiae Magister fuit renuntiatus Immo tanta nominis fama illac cathedram rexerat, ut inter nominalium principes numeraretur, et lucerna splendens, doctor acutus, et praesertim *doctor authenticus* cognominaretur. Anno 1351 in Capitulo Generali Basileae habito, institutus fuit Studii Regens in Ariminensi suo coenobio, eidemque fuit commissum illius conventus priorem absolvere, aliumque in gubernio praeficere. Per obitum Ven. Thomae de Argentina, an. 1356 fit Vicarius Generalis Ordinis, ac die 28 maii insequentis anni in Monte-Pessulano, apud Narbonensem Galliae provinciam, comitiis habitis, omnium Patrum consensu Generalis declaratus fuit. Brevi tempore sui gubernii multa praeclare gessit in Religionis utilitatem, praecipue ad novam fabricam nobilissimi Monasterii Papiensis erigendam multum contulit. Ea de causa cum Ioannes Paleologus Marchio Montisferrati et Papias Vicarius Imperialis amplas stipes largitus fuisset, prudens Gregorius non solum eloquenti epistola a Torelli in *Saeculis Augustinianis*, T. VI, p. 39 reportata, gratias egit humiles, sed eum quoque ad Ordinis spiritualem affiliationem admisit. Denique Viennam Austriae petens, ad religionem inibi ampliandam et illustrandam, summo doctorum et bonorum virorum moerore extremum die obiit prope finem an. 1358; [Pag. 54] nam die 20 novembris eiusdem anni, ut erui potest ex eius *Litterarum Regesto*, asservato in Archivo Ordinis sub sign. Dd. I, f. 332, adhuc

vivebat. Commune sepulchrum habuit cum eius antecessore Thoma de Argentina. Emendandi ergo sunt qui circa tempus eiusdem obitus aliter scribunt. «Vidimus, ait Herrera in suo *Alphabeto August.*, Gregorii excussam effigiem titulo et radiis Beatorum coruscantem». Innumeri prope sunt qui de illo verba faciunt. Placet hic referre quae eruditissimus Franciscus Macedo exaravit in *Conventu Euchologico*, p. 442: «Insignis hic doctor, vere aquilae Augustini pullus, ad eum et cum eo semper volat. Nemo eo Augustini mentem accuratius inquirat, nemo facilius invenit, nemo verius intellexit, nemo fidelius exponit: ubique magistrum eum suum, et profitetur, et sequitur, eique se discipulum praebet, nihil nisi praeindicatum ab Augustino definit, eiusque doctrinam cum Pauli doctrina coniungit». Abbas vero Spanheimensis in suo opere *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, haec de illo habet: «Vir in divinis scripturis doctissimus, et in philosophia scholastica multum eruditus, ingenuo et eloquio clarus, in gymnasio Parisiensi magnam eruditionis suae gloriam ab omnibus commeruit, quippe qui vita et doctrina celeberrimus effulsit». Tandem, ne in longum abeam, noster Cardinalis Norisius in *Vindiciis Augustinianis*, p. 68 affirmat quod «Nullus veterum scholasticorum in Augustini lectione Gregorium superavit», eorumque retundit calumniam, qui scripserunt illum in suis scriptis Baianismi et Iansenismi semina praeiecisse. Inter hos eminent Fontana qui in *Constitutione - Unigenitus - theologice propugnata*, T. I, ad prop. 44, cui videtur accedere H. Hurter S. I. in *Nomenclatore Litterario*, T. IV, col. 509, qui et affirmat: «Gregorium nostrum secutum fuisse placita duriora et singularia, et ob suam duriorum de infantium non baptizatorum sorte opinionem, cui favebat, dictum fuisse infantium tortorem». At insignis doctor Petrus de Aragon in epistola ad lectorem sui libri *De Fide, Spe et Charitate* (Venetiis, 1655 ex Mancio Dominicano, primario professore Salmanticensi, exposuit: «Gregorii acutissimum ingenium, et acutum dicendi ac disputandi stylum Theobogi admirantur; et si D. Augustinus, e superis vocatus, suum de Gregorio ferret iudicium, diceret plane a paucis se tam esse lectitatum, pervolutum, et penetratum, quam a Gregorio»). Extat illius herma marmoreus cum apposito epitaphio prope ianuam lateralem Ecclesiae S. Augustini de Urbe. Et nunc en eius scripta:

1. *Lectura in primum et secundum Sententiarum*, Parisiis, s. typ. (Lud. Martineau) 1482, Goth., ff. 332, binis col., 47 II. in fol. (*In I.^m Sententiarum*, in fine) Explicit lectura primi Sententiarum fratris Gregorii de Arimino sacri ordinis heremitarum Sancti Aug. Theologiae professoris praecellentissimi qui legit Parisius anno Domini 1344 per clarissimum universitatis parisiensis M. Guliermum Militis maxima diligentia emendata: et parisius impressa anno D.ni 1485, 9 augusti: 1^o f. verso quaedam disticha «Per eloquentissimum Oratorem ac Poetam laureatum Comitemque palatinum Dominicum Mancinum» in laudem ipsius Gregorii. (Cfr. Hain - Copinger, 1645-6, Proctor, 7921, Pellechet, 1165, *La Bibliofilia*, Vol. V, p. 190, et Rosenthal, Katalog. 135, n. 125. [Pag. 55] In 2.^m *Sententiarum admiranda expositio*, Mediolani, per mag. Uldericum Scinzenzellen, an. 1494, 15 martii ope et impensis D.ni Petri Antonii de Castellione, maxima cum diligentia emandatum per mag. Franciscum de Busti Lauden. ord. Min.. Item in *I.^m Sententiarum*, impressum Valentiae per Christoph. de Alemannia, 1500, cura et studio R. P. Mag. Ioannis Verdu de Alcoldio ord. herem. S. Aug. (Cfr. Pellechet, n. 1166, et Reichling, n. 1452, qui describit exemplar Bibl. Universitatis Patavinae, n. 393; Haebler, *Bibliograph. Iberica*, p. 142; Gallardo, *Ensayo de la Bibl. Espanola*, T. I, p. 310, et *Serapeum* (1868, XXIX, p. 91-3); Venetiis, s. a. et typ. (1503 per Locatellum) curante Bacc. Fr. Paulo de Genazzano et Fr. Aegidio Viterbien. nuncupatum, I vol. Goth. in fol.; item Parisiis, Chevallon, 1520, 1 vol. Goth. in fol., suae integritati restituit. per Fr. Petrum Garamanta, August., Doct. Parisien.; nec non in *I.^m et 2.^m Sententiarum*, Venetiis, typ. Lucae Antonii de Giunta, 1522 in fol. per S. Theol. Mag. Fr. Augustinum Montisfaconium heremitam Augustinianum. Citantur etiam aliae editiones: Parisiis, 1484 et 1500. Codices existunt Parisiis in Bibl. vulgo *de*

Arsenal, cod. 452 (547, T. L.) continens in 1.^m et 2.^m Sententiarum olim conventus nostri Parisiensis, et in eadem Biblioth., ms. 512 (546, T. L) habet in 1.^m Sententiarum; item Parisiis in Biblioth. Mazarin, ms. 913 (372) et 914 (929) duobus vol. saec. XIV in fol. continent in 1.^m et 2.^m Sententiarum; item Burdigalae in Bibl. publica ms. 158, in fol. saec. XV continens tantum in 1.^m; item in Bibl. Taurinen. ms. lat. 788 (e. II. 24); item Viennae in Biblioth. Vindobonen. Codd. Dogm DXVIII, DXIX, et DXX; item Romae in Vaticana codd. Lat. 1104 et 1105, et aliis in Bibliothecis.

2. *Lectura in tertium et quartum Sententiarum*, vol. 2, quae vel anepigraphice in aliqua bibliotheca latent, vel, uti scribit supramemoratus Macedo: «Cum ille iustos Commentarios in 4 libros Sententiarum scripsisset, duo n 3.^m et 4.^m perierunt cum magno Theologicae Reipublicae detrimento».

3. *Quodlibeta*. Sunt ms. in Bibl. Nationale Parisiensi in cod. lat. 14526 in fol. et in cod. 119 Bibl. publ. Burdigalensis una cum Quodlibetis XXV Aegidii Romani.

4. *Epistolarum Divi Augustini tabula edita a Fr. Gregorio de Arimino Ord. Erem. S. Aug.* Extat in Bibl. Vaticana Chisiana in cod. 442.

5. *Tractatus de Imprestantiis Venetorum et de Usura*. In inclita civitate Regii Aemiliae (Regione Modenae) MDVIII, in 4^o; industria et correctione S. T. D. Fr. Antonii Melii Cremonensis, impensis D. Ludovici de Mazalis Rhegiensis; Arimini, 1522, et ibidem an. 1622 typis Selimbenii per Mag. Angelum Vancium.

6. *Quaestiones Theologiae*, Valentiae Typ. Christophori Cofman, 1500 in fol. Reperiuntur ms. in Bibl. Vat. Ottob. in cod. 69; in publica Burdigalensi cod. 119; in cod. Lat. 14526 Bibl. Nation. Parisien., et in publica civitatis Dolae in Gallia in cod. 99-106 inter ff. 8-245.

7. *Tractatus de Conceptione B. Mariae Virginis*. Asservatur ms. Mediolani in Bibl. Ambrosiana (Cfr. Montfancon, *Bibliotheca Bibliothecarum*, p. 515). [Pag. 56]

8. In omnes Divi Pauli epistolas libri XIV, qui videntur prodiisse Arimino, anno 1522, sicuti et quae subsequuntur opera: a) *Liber in Divi Jacobi Epistolam*; b) *De quatuor virtutibus cardinalibus*.

9. *Tractatus de intentione et remissione formarum corporalium*, reperitur Venetiis ad S. Marcum, in cod. 220-I, 290 [LVICLXI] Ma. inter ff. 79-108. (Cfr. Valentinelli, *Cat. Mss. Bibl. S. Marci*, T. IV, p. 166) et Mediolani in Bibl. Ambros. Inc.: «Circa secundam partem hujus distinctionis in qua Magister tractat de argumento charitatis...». Sub fine vero legitur: «Explicit tractatus de intentione et remissione formarum corporalium, quem edidit excellentissimus sacrae paginae doctor magister Gregorius de Arimino, in suo primo sententiarum in quaestionibus quartae distinctionis, quem ego Bartholomeus de Mantua scripsi an. 1384 et explevi die 27 augusti, Deo dante». Puto hic tractatus sit differens, vel saltem quaestio, de qua supra, enucleatius exarata videtur. Item: *Tractatus de intentione, rarefactione et contensatione formarum utilis ad totam phisicam intelligendam extractus a Gregorio de herimino (sic) et aliis doctoribus per Magistrum Petrum Tateret*, editus fuit s. l. a. et typ. n. sed Parisiis, prius per Andream Bocard, et postea per Petrum Le Dru, in 4^o, goth., 46 11., 8 ff., et ambae editiones sunt Vesuntii in Bibl. publica sub n. 808,899. (Cfr. Copinger, n. 5713-4).

10. *Tractatus de conditionibus Florentinorum*, ms.
11. *Quaestiones Metaphysicales*, quae olim asservabantur mss. in nostra Bibl. Parisiis ad S. Aug.
12. *Sermones de tempore*, ms.
13. *Sermones de Sanctis et de festis Deiparae*. Ms. (Cfr. Maracci, in *Bibliotheca Mariana* vol. I, p. 504).
14. *Carmina latina et italica*, quamplurima, uti refert Adimari in *Situ Ariminensi*, Brixiae, 1616, p. 76; Quadrio, *Storia e Ragione d'ogni poesia*, Milano, 1741, T. II, p. 170-172; et Tiraboschi, *Storia della Lett. Ital.*, T. V, Part. III, p. 676.
15. *Registrum Epistolarum sui Generalatus* ab an. 1357 ad an. 1358 in cod. coevo asservato in Archivio Ordinis, Dd. 1, ff. 325-432 et ff. 1-161. Nonnullae harum Epistolarum ad gubernium Ordinis spectantium, editae fuerunt a R.mo P. M. Eustasio Esteban in *Analectis Anugust.* vol. V.

(Cfr. Bayle, *Dict. crit.* (1741) IV, 56-8; Bellarmin-Labbe *Script. Eccles* (1728), p. 490; Brunet, *Manuel du Libraire* (1861) p. 1723; Budinszky, *Univ. Paris.* (1876), p. 189; Bulaeum, *Hist. Univ. Paris.* (1668), T. IV, p. 957; Dupin, B. A. E. (1701) T. XIV, p. 271; Hain, *Repert. Bibliogr.* (1826) T. I, p. 644-8; Le Long, *Bibl. Sacra*, T. I, p. 751; Tomassini, *Bibl. Patavina*, p. 73; Graesse, *Trésor des Livres*, T. VII, p. 341; Cave-Warton, *Historia Litteraria* (1744) T. II, Part. II, p. 751; *Conspect. Hist. Univers. Vien.*, Part. III, p. 202, ibi agitur de inspectione ad eius sepulchrum an. 1634 peracta; *Script. Univ.* part. I, p. 20; Jöcher, *Specul. Acad.*, p. 429, ubi mors Thomae de Argentina an. 1375 et mors Gregorii de Arimino an. 1385 prave adfigitur; Tritemium p. 619; Gratianum, p. 80; Curtium, p. 121, qua habetur eius effigies; Gandulphum, p. 138; Ossinger, p. 74; Lanteri, T. I, p. 287; Henricum Denifle, *Chartul. Parisiens.*, T. II, p. 557 et 606 [Pag. 57] et alios quamplurimos).

de **Arimino Fr. Michael**, vixit saec. XIV. Reliquit: *Scriptum super tertiam Sententiarum*. Reperitur in Biblioth. Angelica Urbis in cod. 135 (R. 4. 18), chart. saec. XV, in 4° minori, ff. 118, binis columnis exaratum. Inc.: «Cum venerit plenitudo temporis». Explicit: «Ad iustitiam disponendo etc. Amen. Explicit scriptum Fratris Michaelis Ariminensis super tertium Sententiarum. Quod scripsi ego frater Anselmus Ortanus ordinis Sancti Augustini, sub annis Domini MCCCCXXXVII dum essem studens in sacra pagina Florentiae, tempore Eugenii pp. IV». Subit tabula quaestionum, in cuius calce denuo habetur: «Explicit scriptum fratris Michaelis Arimin. Ord. fratrum heremit. super tertium Sententiarum etc. Amen». Hic ms. olim fuit Magistri Fr. Angeli Vancii, qui eum Romam misit pro Biblioth. Angelica an. 1638.

(Cfr. Narducci, *Catal. Codd. Mss. Biblioth. Angelicae*, p. 70, et Elssium, p. 476, qui in errore versatus, illum nominat Matthaei nomine, uti et Ossinger, p. 569, atque Lopez, p. 280).

de **Arimino Fr. Sanctes** e Guicciardi familia, alumnus Provinciae Romandiola, vir fuit in scholasticis litteris valde eruditus. Vixit saec. XVI, et in Ordinis Regestis legitur illum an. 1585 Bononiae extitisse studentem; anno insequenti Lectorem fuisse renuntiatum dum Tarvisii moraretur; an. 1587 in patriam cum rediisset Studii magistrum nominatum; an. 1588 Regentis gradu donatum Firmumque missum; atque tandem an. 1501 S. Theol. Magistrum promotum. Fuit postea Arimini,

Bononiae atque Romae, et an. 1602 uti discretus Provinciae Romanae interfuit Capitulo Generali hoc anno celebrato. Sex post annos insequenti Generali Capitulo Romae habito, plenis suffragiis electus fuit in Provinciam Aemiliae, hoc est, Romandiolae. Fuit in studio assiduus, in laboribus constans, in aerumnis atque aegritudinis patiens. Hoc clare evincitur ex sequenti suisipsum testimonio: «Praeclarum Gerardi Senensis, (scripsit ille ad Lectorem) in primum Sententiarum opus ecce prodit aliquando postquam ducentos et quinquaginta annos obscurissimis tenebrarum latebris, incredibili sane studiosorum omnium detrimento, tectum, ac pene sepultum iacuerat; e quibus ingenti labore, summoque studio, ac vigilantia illud tandem extraxi, et quam diligentissime potui, auctum, et perpolitum imprimendum curavi. Cum enim duo exemplaria ad manus meas pervenissent ea diligenter observavi, multa scriptorum negligentia depravata, adhibito gravissimorum virorum consilio, correxi, omniaque nativo candori, et verae lectioni, demptis tantummodo illis, quae iterata, superflueque repetita videbantur, restitui... Quot autem in omnibus conficiendis incommoda pertulerim, diuturnas, nocturnasque vigiliis et locubrationes, vel etiam periculosas aegritudines sim passus, fidissimo eorum, qui hac in re aliqua ex parte iuvarunt, testimonio relinquo». Quae ab eodem scripta fuerunt sunt sequentia:

1. *Gerardi Senensis Ordinis Erem. S. Augustini, in primum librum Sententiarum doctissimae quaestiones nunc primum opera fratris Sanctis Ariminensis Augustiniani in lucem editae*. Patavii ex Bibliotheca Petri Pauli Tozzii, 1598, 1 vol. in fol. [Pag. 58]
2. *Eiusdem Gerardi Senensis vita ex gravissimis scriptoribus in manu collecta, praefixa praecedenti operi*.
3. *Oratio funebris in exequiis R. P. Mauritii Tertii Parmensis*. S. T. D. Impressa Monachii an. 1594, et incipit: «Ecquis in tam flebili...».
4. *Litaniae S. P. Augustini*, quas edidit Crusenius in *Monast. Aug.*, Monachii, 1623, Part. I, pp. 30-31.
5. *Oratio habita Romae Dominica III.a Adventus coram SS.mo D. N. Clemente Papa VIII, et amplissimorum Cardinalium consensu, ad Ill.mum et Rev.mum Dominum S. R. E. Cardinalem Elparensensem* [Gregorium Petrocchinum Ord. Nostri]. Romae, Haeredes Nicolai Mutii, 1602.

(Cfr. Elssium, *Encom. August.*, p. 618 et alios).

Arminio-Monforte Fr. Fulgentius, nobilis Abellinas, S. Theol. Magister, a Mazzuchellio dicitur: «vir eloquentia sacra celebratissimus», qui magno cum zelo, ingentique eruditorum plausu multos annos in praecipuis Italiae urbibus concionatoris munus exercuit. An. 1649 interfuit Capitulo Generali Romano, ac die 5 maii in ecclesia Divi P. Augustini ipse, ut dicitur in actis «magna eruditione» praedicavit. Tunc erat S. Theol. Bacc.; fuit postea anno, scilicet, 1656 Prior Florentiae, ac Magni Etruriae Ducis theologus; deinde qualificator S. Officii in Regno Siciliae, nec non pro-cancellarius Neapolitani theologi collegii. Anno 1669, die 1 aprilis, ad Episcopatum Nusci in Principatu ulteriori fuit evector. Gratia atque amicitia fragravit apud praecipuos suae aetatis litteratos viros, atque Neapolitano Proregi fuit acceptissimus, qui propterea eum semper penes se habere cupiebat. Ut suae quieti consuleret an. 1680 pastorale pedum sponte deposuit, cum illud per

plures annos laudabiliter gestasset. An. 1690 iam e vivis sublatus fuerat. Quae exaravit sunt sequentia:

1. *Gli immortali cipressi, descrizione dei funerali di Antonio Carafa duca d'Andria*. Trani, 1645, in 4°.
2. *Le pompe della morte per la morte di Cornelia Giudici duchessa di Bisaccio*. Napoli, 1647, in 4°.
3. *La Repubblica, orazione recitata in Genova*. Genova, 1650, in 4°.
4. *Panegirici sacri, discorsi etc.*, Bologna, per Giacomo Monti, 1651, in 4°.
5. *Lettera nella quale si raccontano i prodigi fatti dalla statua di marmo di S. Nicola da Tolentino in Venetia nella chiesa di S. Stefano dei PP. Agostiniani l'anno 1652, stampata nella stessa città, ed approvata dai superiori*. (In fine): di Venetia, li 4 Agosto 1652, Tip. Turrini, in 4°.
6. *I tributi di riverenza alla Serenissima e sempre gloriosa Repubblica di Venetia, discorsi predicabili*. Venetia, per Gio. Battista Surian, 1652, in 12°.
7. *Il libro della grazia. Orazione per lo scioglimento del voto fatto all'Immacolata Concezione pel contagio della passata peste*. Napoli, presso Sebastiano Aleccio, 1660, in 12°. Est in Bibliotheca Angelica.
8. *Panegirico di S. Petronio Vesc. e protettore di Bologna*. Bologna, 1666, in 12°.
9. *L'ambasciata d'ubbidienza fatta [Pag. 59] alla Santità di Clemente X in nome di Carlo II il felice Re delle Spagne, e di Marianna d'Austria la prudente sua madre Regina governatrice, da D. Pietro Antonio d'Aragona, Viceré di Napoli, con le notizie delle solennità, con le quali fu eseguita, e del pomposo ricevimento fattogli da Don Antonio Pietro Alvarez Osorio Gomez e Toledo, Marchese d'Atorga ecc. Ambasciatore ordinario in Roma delle medesime maestà, nel mese di gennaio dell'an. 1671*. Roma, 1671, in 4°.
10. *Il Trionfo del dolore, funerali per D. Giovanna di Sangro Principessa di S. Severo*. Napoli, 1674, in 4°.
11. *Vitae, mortis et translationis Divi Stephani papae et martyris elogium*. Neapoli, 1683, in 4°.
12. *Oratio funebris in obitu Philippi IV, Regis Hispaniarum, cuius titulus: L'Eclissi cagionato dalla morte del sole delle grandezze*.
13. *Le glorie di S. Giovanni Battista*. Firenze, 1653, in 12°.
14. *Discorso per S. Maria del Soccorso*. Bologna, per i Barbieri, 1666, in 12°.

(Cfr. Mazzuchelli, op. cit., Vol. I, Par. I, p. 1167; Toppi, op. cit., p. 10; Ossinger, op. cit., p. 76; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, Vol. III, p. 52, et in *Erem. Sacr. Aug.*, Part. I, p. 127;

Giustiniani, *Epist. Memorabilium*, Part. III, p. 58; Crescimbeni, *Istoria della volgar Poesia*, T. V, p. 181; Moroni, *Dizionario*, Vol. 48, p. 178; Riccio Minieri, *Notizie cit.*, p. 63 et alios).

Arpe Fr. Augustinus, ortum habuit in oppido vulgo Levanto, Provinciae Genuensis, circa an. 1660. Vitam religiosam nostri Ordinis Genuae in conventu S. Mariae de Consolat. an. 1675 professus, studior. curriculum Viterbii ac Neapoli optima fruge complevit. Lector renunciatus in ipsa Neapol. civitate, a. 1680 Romam missus fuit ac deinceps Mediolanum, Suessam, Messanam, Aquilam, Anconam et Pisas, in quibus laudabiliter ac eruditissime nostram pubem scientias philosophicas ac theologicas docuit. Die 10 maii an. 1697 laurea magistrali decoratus, fuit etiam suae Genuensis Congregationis Vicarius Gen., illius Reipublicae insignis theologus, Ordinis historicus, et Genuae S. Officii consultor. Opera, quae proelo tradidit, testantur insuper ipsum et eximium poetam fuisse, et Augustinianum Ordinem huic viro plurimum debere; nam Eremitanos heroes carminibus celebravit, sanctos ac beatos eiusdem Ordinis piorum imitationi proposuit. E vita migravit, ut videtur, an. 1729. Locubrationes typis ab eo datae sunt:

1. *Memorie dell'Ordine Eremit. di S. Agostino*. Bologna, per gli eredi Pisazzi, 1699, in 8°.
2. *Memorie dei Beati Agostiniani* (s. l. t. et a.). Hoc opus est in Bibl. Angelica Urbis, T. 10, 36.
3. *Pantheon Augustinianum, sive, Elogia virorum illustrium Ord. Eremit. S. Augustini* (Versibus latinis exaratum). Genuae, typ. Joan. Franchelli, 1709, in 4°.
4. *Giornale dei Santi e Beati Agostiniani*. Genova, iisdem typis, 1722, Tom. 2, in 16°, et ex Italico idiomate Latinitati donatum a P. Mag. Fr. Benigno Sichorowsky, eiusdem Ord. S. Theol. Doctore, Ex Provinciale, et Assist. Generale emerito. Pragae, typis Wenceslai Urbani Suchy, 1735, I vol, in 12°, pp. 499. [Pag. 60]
5. *Summa totius Theologiae Aegidii Columnae Ord. Erem. S. Augustini et S. R. E. Card. ex doctrina eiusdem collecta*, in partes V distincta, quarum I in primum Sententiarum, II et III in secundum, IV in tertium, et V in quartum Sentent. Accedunt propositiones ultimo condemnatae a S. Sede ab Augustino et Aegidio praedemndatae. Tomi V in 12°, quorum l.us Bononiae apud Pisazzum, 1700, reliqui Genuae Typ. Antonii Casamarae, 1702, 1704 prodierunt.
6. Ex Regesto Rev.mi P. Generalis Fulgentii Bellelli, idem Augustinus Arpe sub die 15 iunii 1728 facultatem ab eodem Generale obtinuit imprimendi librum, cuius titulus: *Augustinus Magister morum*; an prodierit hoc opus nec ne, nescimus.

(Cfr. Ossinger, op. cit., p. 77; Lanteri, *Postr. Saec. sex Rel. Aug.*, T. III, p. 18; Hurter, *Nomenclator Litt.*, primae editionis, T. II, p. 651).

Arrighi Fr. Io. Baptista, Florentiae nobili genere ortus, non patriam tantum, latinamque, verum etiam graecam linguam exacte callebat, atque in philosophicis ac theologis studiis sese ardentem exercens ad sapientiae tenendam arcem pervenit. Tum nostratibus tum aliis in sublimioribus studiis fuit dux et institutor. Ipse enim an. 1551 erat Pisis studens; an. 1564, ian S. Theol. Mag. Prior Florentiae; anno insequenti in Collegium Universitatis Theologicae Florentinae cooptatur; an. 1575 nostri studii Perusini Magister Regens destinatur, ac in patria reversus an. 1570 praeficitur

gymnasiis Monachorum Vallisumbrosae, eosque ad plures annos docuit graecas litteras, sacram theologiam, caeterasque scientias. Anno autem 1578 ac duobus sequentibus in perantiquo monasterio Cryptae Ferratae Ordinis S. Basilii graecos poetas, oratores ac Patres monachis laicisque iuvenibus explicavit non absque magna auditorum suorum utilitate. Demandaverat illi hoc munus Abbas loci commendatarius Cardinalis Farnesius. Ubi rediit Florentiam, labente scilicet an. 1581, illius Universitatis theologicae renunciatus est decanus. Interim Monasterium Florentinum iterum, nec non Pisanam Provinciam sanctissime ac prudentissime rexit. Theologicas quoque, ab an. 1593 ad an. 1604, institutiones tradidit in celeberrima Universitate Bononiensi. Uti Definitor suae Pisanum Provinciae an. 1598 interfuit Romae Capitulo Generali. Eidem commissum fuit ut S. P. Augustini opera ad vetustos, ut melioris notae, codices emendaret, sed vix uno tomo ad lineam redacto, fatis cessit die 22 octobris an. 1607. Interfuere eius funeri, cum magna civium frequentia, Doctores omnes theologi, eiusque laudes complexus est eloquentissima oratione, celebris declamator. Castigandi sunt Elsius, aliique consignantes hujus viri obitum an. 1593, cum alius annus mortis illius innotescat ex Catalogis mortuorum atque theologorum Fastis. De illo haec Pocciantius: «Jo. Baptista Arrighius Eremitici Instituti pater venerabilis, vir utraque lingua cultus, eximia admodum doctrina refertus, et omni virtutum scientia exornatus». Auctor itidem Libri *De claris* viris civitatis Florentiae ita scribit: «Joannes Baptista de Arrighis Ord. Erem., Universitatis Florentinae ab an. 1565 perpetuus alumnus, [Pag. 61] utraque lingua tam Graeca quam Latina eruditus, omnique scientiarum genere ornatus, in Gymnasio Bonononensi Theologicam cathedram gloriose multos annos sustinuit et in locubrationibus assiduus, Libros quatuor edidit de Elementis sacrae theologiae, et praeter varias diversorum argumentorum elegantes orationes quae pro locorum et personarum opportunitatibus habuit, scientiarum quoque catalogum composuit, deque hominis beatitudine in ultima senecta fructuose speculatus interiit». Quae scripsit itaque sunt:

1. *Elementa Sacrae Theologiae libris quatuor edita*. Florentiae, 1569, in 8°.
2. *Axiomata theologica*, quorum titulus: *Simplex Catalogus scientiarum omnium et liberalium artium*. Florentiae.
3. *Tractatus de hominis beatitudine*, libri tres. Florentiae 1575.
4. *Orationes variae*, ms. inter quas una edita, nempe: *Laudatio ad Funebrem Concionem habita in templo S. Spiritus Florentiae in exequiis R. P. Mag. Adamantii Joannii (sic) Florentini Ord. Erem. S. Aug.* Florentiae, 1581, in 4° (rara).
5. *Satyrae et italice: Catalogo delle scienze e delle arti* mss.

(Cfr. Herrera, op. cit. T. I, p. 487; Ossinger, op. cit., p. 247; Hurter, *Nom. Litt. cit.*, T. I, p. 247; Moreni, *Bibliografia Stor. cit.*, Vol. I, p. 378 et alios).

Arsenius a S. Liberio, Augustinensium Discalceatorum Italiae alumnus, non spernendi nominis suae aetatis orator, vixit saec. XVIII tum Ferrariae cum Comacina magna probitate, pietatis fervore, atque Augustiniana Religione zelo clarus. Reliquit: *Lezioni scritturali sopra la divina scrittura*, Volumina 10, quae mss. asservantur in Bibliotheca Civica Ferrariensi sub N. 539, chart. in 4°, quaeque ita describuntur ab Antonelli in suo *Indice dei Mss. della Bibl. Civ. di Ferrara* (ibidem 1884) p. 267, videlicet: «Mss. in carattere corsivo, di pp. numerate, non compresi gl'indici 500, 581,

647, 465, 571, 409, 334, 498, 481 e 154. Nel frontespizio del 1° vol. si legge: Recitate in gran parte nel Duomo di Comacchio negli anni 1742, 43, 44, 45. I primi tre volumi contengono le Lezioni sulla Genesis: il 4° e 5° le lezioni sull'Esodo, recitate a religiosi suoi confratelli nel convento di S. Giuseppe di Ferrara negli anni 1751 e seguenti. Poi seguono: Lezioni sul Levitico e sui Numeri recitate gli anni 1753-54, Vol. 2; quattro Lezioni sul libro di Giosuè, recitate l'anno 1756; le Lezioni sul libro dei Giudici e su quello di Rut recitate negli anni 1756-57, e le Lezioni sul libro primo de' Re recitate nel 1758».

Artegianni Fr. Angelus Guillelmus, Rocchensis, sive de *Rocca Contrada*, Dioec. Senogalliensis, piis honestisque parentibus die 27 novembris an. 1683 ortum duxit, et admodum iuvenis, 16 annos agens, Augustinianum amplexus est institutum, tamquam alumnus, quem filium dicunt, conventus sui natalis. Post peractam solemnem professionem, non minus studiis quam pietati sedulam navavit operam in coenobiis Anconitano, Veneto et Patavino; quapropter sacris ac amoenioribus litteris excultus Lectoris prius, ad quem gradum evehctus fuit die 22 septembris an. 1717, Regentis [Pag. 62] postea munus obivit in Ordine non sine laude ac nostrae iuventutis profecto. Dum Paduae moraretur amicitiam, benevolentiam ac amorem percelebris Dominici Lazarini atque Antonii Vallisnieri, uti testantur eorum litterae in Bibliotheca Battistelli Fulginiae asservatae, sibi comparavit. Nec minus amatus ac existimatus fuit a suis confratribus et praesertim ab Ordinis superioribus, a quibus die 17 octobris 1723 laurea Magisterii est insignitus, et die 1 novembris an. 1726 ad secretarii Ordinis munus fungendum summis omnium votis adscitus, quod quidem munus retinuit usque ad eius mortem, quam Re.mus P. Bellelli in suis Regestis N. 171, f. 94 v. his verbis enarravit: «Die 30 maii 1730, ad primam noctis horam, in nostro Fulginiensi D. Nicolai coenobio, in quo ad urbem nos e sancta visitatione reduces, hanc prosequi volens, substinere coactus fuerat, post diurnam, gravissimamque corporis aegritudinem patientissime toleratam, ultimum diem obiit R. P. Mag. Angelus Guillelmus Artegianni Rocchensis, iam Ordinis nostri a secretis, probitate, ac doctrina, imprimisque politiori literatura vir maxime conspicuus: et quidem cum ingenti, non modo nostri, verum etiam fere totius eius civitatis moerore, ac dolore, praesertim vero Ill.mi et R.mi D.ni Josaphati Baptistelli, eiusdem civitatis dignissimi Praesulis. Ille enim ingenii, eloquentiae, ac aeruditionis defuncti, dum ibidem ipse nostri Gymnasii Rectoris munere fungeretur, vel in litteraria academia, monumenta suspexerat: hic virum eximium conterraneum suum, impense diligens, uti aegrotantem quotidie invisere atque animam agenti adsistere dedignatus haud erat, ita eius funeri non sine lacrymis interesse voluit». Plurium etiam Angelus Guillelmus noster academiarum, videlicet, Papiensis, Venetiarum, Patavinae *de' Ricovrati*, et Fulginiensis *de' Rin vigoriti*, in quibus nomen *Lo Scosso* assumpsit, extitit socius. En eius scriptorum catalogus:

1. *Theses de divinis ideis*, Patavii, 1716, in 4°.

2. *Dell'onestà d'amore, Orazione... detta nell'Accademia de' Rin vigoriti di Foligno il dì 4 Febbraio 1720 dedicata all'Ill.mo e Rev.mo Mons. Lazaro Pallavicini Genovese...* In Foligno, per Pompeo Campana, 1720, in 4°. De hac oratione loquitur Cinelli in sua *Bibliotheca*, Vol. I, p. 63, et Vallisnieri in quadam epistola data sub die 1 martii 1721.

3. *Dissertazione Istorica e Polemica sopra le settanta settimane di Daniello, del P. Tommaso Bouges, Agostiniano, Professore di Teologia in Tolosa, da un religioso dello stesso Ordine nuovamente dal Francese tradotta.* In Venezia, per Giuseppe Corona, 1721, in 8°. Etsi haec translatio sit anonyma, tamen ei tribuitur a clariss. Mazzuchellio in op. cit., Vol. I, Part. II, p. 1144.

4. *Il Quadriregio, Poema di Mons. Federico Frezzi, dell'Ordine de' Predicatori, cittadino e Vescovo di Foligno, corretto e con l'aiuto d'antichi codici mss. alla sua vera lezione ridotto, con le annotazioni del P. Maestro Angelo Guglielmo Artegiani... pubblicato dagli Accademici Rin vigoriti di Foligno.* In Foligno, per Pompeo Campana, 1725, T. II, in 4°. [Pag. 63]
5. *Descrizione dello Scheletro esistente nello studio del Sig. Antonio Rossi, Chirurgo Veneziano, estesa in una lettera all'Ill.mo Sig. Cavaliere Antonio Vallisnieri dal P. Angelo G. Artegiani (opus postumum).* Invenitur editum in Tom. VI. *Raccolta d'opuscoli scientifici clariss. P. Abbatis Calogerà*, p. 261 et seqq.
6. *Lettera di un Accademico Rin vigorito ad un Amico scritta sopra l'elezione del Ser. Principe di Venezia, caduta in persona dell'Eccell. Sig. Alvise Mocenigo li 24 Agosto 1722*, in 4°. Haec Ep. est anonyma, tamen constat illam scriptam fuisse ab Artegiani, cum ipse auctor eam misisset uti suam R.mo D.no Battistelli.
7. *Alcune considerazioni sopra la Causa ora pendente avanti Mons. Ill.mo e R.mo Vescovo di Pavia circa l'identità del Corpo di S. Agostino.* In Pavia, 1728, in fol. per Giov. Antonio Ghidini. Hoc opusculum una cum sequenti asservatur etiam Venetiis in Biblioth. Marciana, Cod. Ital. V. 58 (n. 5820) inter ff. 23-00.
8. *Della dichiarazione fatta dall'Ill.mo e R.mo Mons. Pertusati, Vescovo di Pavia circa il sacr. Deposito del Padre S. Agostino.... Lettera di Ragguaglio scritta all'Ill.mo e R.mo Mons. Battistelli, Vescovo di Foligno, dal P. Angelo G. Artegiani*, in 4° (s. l. et a.). Haec duo ultima opuscula inserta fuere in libro, cui titulus: *Collectio actorum atque allegatorum de inventione reliquiarum S. P. Augustini*, Venetiis, 1729, p. 22 et seqq.
9. *Lettera scritta ad un suo amico in prova che S. Filippo d'Agira fu mandato in Sicilia dal Principe degli Apostoli (s. l. et a.).* Servatur in Bibl. Angelica una cum *Bilancio della Verità, risposta al libro intitolato: Paulus Apostolus in mari quod nunc Venetus sinus dicitur* etc. Palertno, 1798, in 4° et in *Discorso istorico della S. Fede Cattolica in Sicilia*, Genova 1733, in 4°.
10. *Rime.* Haec illius poemata asservabantur in Biblioth. Battistelli, et nonnulla ex eis edita fuerunt ab Ab. Lancellotti, nec non in *Rime d'alcuni illustri Autori viventi, aggiunte alla scelta d'Agostino Goggi*, in Venezia, 1729, in 4°.
11. *Locubrationes theologicae.* Cod. Biblioth. Angelicae Urbis, 214 (B. 8. 18). Chart. in 4° ff. 180. Inc.: «Quoniam non ita pridem».
12. *Observationes theologicae*, Tom. I. Inc.: «Discussio altera» in eadem Biblioth. Cod. 74 (A. 7. 13), Chart. in 4° maiori, ff. 180.
13. *Earumdem observationum theologorum Tomus alter.* Ibidem, Cod. 75 (A. 7. 14), chart. in 4° maiori, ff. 180.
14. *Breve dissertazione in cui si cerca se S. M. Mad., Maria sorella di Lazzaro e la femmina peccatrice sieno tre femmine diverse o pur un sol personaggio.* In eodem codice.

15. *Divoto Esercizio per ottenere le divine grazie mediante la potentissima protezione del gloriosissimo S. Francesco di Paola. Parafrasato dall'istesso autore e dato alle stampe dall'Ill.mo Sig. Fulgenio Fossa nobile Esino an. 1725.* In eodem codice inter ff. 150-181.

16. *De philosophia et phisica tractatus.* Ibidem, ff. 198-211.

17. *Lettera agl'Ill.mi accademici Rin vigoriti di Foligno da Venezia, 30 Novembre 1722.* Ibidem.

18. *Theologicarum Institutionum libri III,IV, V, VI, VII et VIII una cum aliis theologicis quaestionibus praesertim contra hereticos.* Cod. Biblioth. [Pag. 64] Angelicae Urbis 221 (B. 8. 25) chart. in fol., ff. 166. Inc.: «Mentis hominum esse praesentissimum Deum».

19. *Propositiones Theologicae, quarum Syllabus subest.* Cod. eiusdem Biblioth. 1027 (R. 7. 8) in 4° pp. 208. Inc.: «De divina Scriptura». Praeficitur icon Benedicti P. XIII aere incisa.

20. *Observationes variae per alphabetum digestae, praevia icone S. Emidii, Episc. Asculani et Martyris, aere incisa.* Cod. eiusdem Biblioth. 1026 (R. 7. 7), chart. in 4° ff. 175. Inc.: «Attendere animis».

(Cfr. praeter citatos, etiam Vecchiotti, *Bibliotheca Picena*, Vol. I, pp. 223-225; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, Vol. III, p. 124; Narducci in *Catalogo Mss. Bibliothecae Angelicae Urbis*, nec non Ossinger, op. cit., p 78, cui Angelicae Biblioth. manuscripta non innotuerunt).

de **Asculo Fr. Augustinus**, Picens, S. Theol. doctor, in omni genere dicendi clarus, in concionando clarissimus, in studio Patavino professor ut ex eius mss. elucet. Is vere fuit de quo Herrera in suo *Alphabeto Aug.*, T. I, p. 49, scribit «Augustinus de Asculo an. 1297 a Bonifacio VIII constituitur in toto terrarum orbe confessor. Extat Papae rescriptum in archivio conventus Asculani. Aliunde Augustinum hunc sine non agnovimus». Bene non agnovisse confessus est; quia postea (ibidem p. 53) inter scriptores illum distinguit, putans diversum, et quod deterius est, confundit cum alio revera distincto, qui anno 1430, 34 et 36 fuit Praeses et Vic. Generalis deputatus Capitulorum Provinciae Marchiae Anconitanae, quique, quanta mea est cognitio, nihil edidit. Erravit quoque Pamphilus, et cum eo omnes scriptores Ordinis (praeter Coriolanum nihil de tempore afferentem) quia dixerunt Augustinum floruisse an. 1385; nam ipse plurium operum scriptor floruit annis 1294 et 1297, teste, inter alios Schiphonwero de Meppis, qui in *Chronicis Archicomitum Oldeburgensium* de illo haec habet: «Circa illa tempora (nempe Aegidii Romani) claruerunt quatuor doctores excellentissimi. Primus fuit Fr. Augustinus de Esculo doctor quidem in omni docendi genere clarus. Edidit super sententiis commentum dignissimum in moralibus et in Sacra Scriptura multa quidem digna opuscula». Eius itaque opera haec enumerantur:

1. *Sermones Fr. Augustini Esculani Ordinis Eremitarum S. Augustini ad instantiam Scholarium eiusdem Ordinis in studio Patavino an. 1294.* Codex chart. in 4° hos sermones continens erat in Bibliotheca conventus Eremitarum Patavii, uti testatus est Thomassinus in *Bibliotheca Patavina ms.*, p. 71. Sermonum codex alter membr. eiusdem Fr. Augustini iuxta eundem Thomassinum in *Biblioth. Veneta ms.* p. 22 erat in Bibliotheca SS. Ioannis et Pauli; an vero iidem praecedentes sint, nescimus.

2. *Postilla Fratris Augustini de Esculo Ord. Eremitar. S. Aug. mss. in. fol.*

3. *Expositio Evangeliorum domencialium per circuitum totius anni cum tubula secundum rubricam sancte romane ecclesie, Deo largiente, edita a fratre Augustino de Esculo Ordinis heremitarum, scripta per fratrem Johannem Bartoli de Beneventis de Flor.^a in conventu nostro Venetiarum, tunc ibi existentem predicatorem licet indignum. In postrema pagina legitur: «Hunc librum est Fr. Ioh. de Florentia». [Pag. 65]*

4. *Expositio Evangeliorum totius anni.*

5. *Super quatuor libros sententiarum libri quatuor.*

6. *Super libros Phisicorum Aristotelis.*

7. *Super Genesim quaedam moralia lib. 1 - 8.*

8. *Lectiones plures super Scripturam Sacram, lib. 1.*

de **Aste Fr. Antonius**, alumnus Prov. Longobardae, vir fuit sacrarum litterarum scientia, eruditione, et profunda theologica doctrina praeditus. Dicitur a scriptoribus eum floruisse saec. XIV, secus vero mihi occurrit; nam ex *Codice diplomatico Ord. Erem. S. Augustini*, ab an. 1401 ad an. 1500, Vol. II, Papias, 1906, comperies Fr. Augustinum de Aste vixisse saec. XV, et quidem secunda medietate. Anno igitur 1470 erat de familia Papias; an. 1473 erat ibidem Lector; an. 1475 renunciatus fuerat Baccalaureus, et an. 1479 S. Theologiae Magister. Vitam ducens fere semper Papias extitit pluries illius Studii Regens et conventus Prior. An. 1495 die 12 maii nominatus fuit ab ordinis Priore Generali Mariano de Genastano, Prior conventus de Padua, et an. 1498 reperitur inter Papiensis Universitatis professores. Cum an. 1500, mense maii, Fr. Angelus de Panizenibus de Alexandria, nostri eiusdem Ordinis, post actus scholasticos per eum in variis Studiis feliciter consummatos, deputatus fuisset ad legendas Sententias in conventu S. Augustini Papiensis, ac in illius publica Universitate sui periculum ad magisterium obtinendum laudabiliter exercuisset, Fr. Augustinus Astensis coram Doctorum Collegio, hac occasione, sermonem habuit, et birretum magistrale rotundum Fr. Angelo imposuit. Tandem an. 1508 ab Aegidio Viterbiensi constitutus fuit visitator et reformator generalis conventus S. Marci Mediolanensis. Quae scripsit sunt sequentia:

1. *De eius vita et varietate fortunae liber.* Asservatur ms. in cod. 1262. (H. IV. 5), chart. saec. XV, cc. 87, Biblioth. National. Taurinensis.

2. *In libros Sententiarum* volumen grande quod Mediolani in olim nostra bibliotheca ad S. Marcum adservabatur.

3. *Sermones super Evangelia Dominicalia a Paschate usque ad Adventum*, ms.

4. *Commentaria in Apocalypsim*, ms.

(Cfr. Ossinger, p. 84; Torelli, Vol. VII, p. 593; Elssium, p. 84; Pamphilum, p. 67; Mazzuchelli, T. I, Part. II, p. 1188; De Rolandis, *Notizie degli Scrittori Astigiani*, 1839, p. 12; Grazianum, p. 33, atque

Rossotto, in *Syllabo Script. Pedemontii*, p. 59 - 60, qui animadvertit: «tres reperiri scriptores sub hoc titulo Astensis: Unus est hic de quo in praesenti agimus, Antonius, Ordinis S. Augustini, qui floruit (ut disco ex Iosepho Pamphilo) anno Domini 1395 (?); alter est Astesanus Astensis, vel Astesanus de Astesanis. (Ordinis Minorum), qui scripsit *Summa casuum conscientiae*, vulgo *Summa Astesana*, qui claruit sub anno Domini 1330, ut colligo ex Miraeo et Brixio. Tertium admunerat Waddingus, quem parum post praecedentem asserit floruisse, cuius vult esse *Commentaria in Apocalypsim*, *Comment. in libros Sententiarum*, *Sermones de tempore* quae tum a Iosepho Pamphilo, tum a Gesnero et aliis Antonio Ord. S. Aug. tribuuntur. Dicendum igitur vel Waddingum ex Augustiniano franciscanum fecisse, vel duos fuisse qui *Comment.* et *Sermones* scripserint, vel ipsum confundere tertium cum primo, quod lectoris iudicio relinquendum duxi. Antonium tamen, de quo in praesenti, nusquam constat in *Apocalypsim* calamum tractasse. In Regia Sabaudi Bibliotheca extat ms. Antonii Astensis [Pag. 66] *Elegiacum Carmen de Rebus Astensium*. Utrum autem hic Antonius Augustinianus, aut Franciscanus fuerit mihi non constat»).

de **Aste Fr. Facinus**, patria Pedemontanus, vulgo Longobardus appellatur, eo quia religiosa professione ad Insubriae provinciam pertinuit. Is in Universitate Parisiensi S. Theologiae Doctor renuntiatus, floruit saec. XIV, promotusque fuit ad illam dignitatem ante annum 1373, ut nos docet Echardus, T. I, *Scriptorum Ordinis Praedicatorum*, p. 740, qui, pro candore suo, Facinum a Leandro Alberti, *De Viris Illustr. Ord. Praed.*, p. 139, male suis adscriptum nobis ostendit. Fuit Facinus sacrae scripturae cognitione admodum conspicuus, atque, uti notat Pamphilus fol. 69, Philosophia Aristotelica apprimum eruditus. Quoniam autem peracuta mentis perspicacia, magnoque ingenii acumine potissimum pollebat, idcirco in subtilissimis disputationibus pertractandis, atque implicatissimis difficultatibus enodandis pernavum se atque sagacissimum ostendit. Supra caetera autem spectatissima vitae ratione refulgebat, quapropter duplici, uno altero maiori, doctrinae atque probitatis honore commendabatur. E clarissimo Pedemontano Augustinensi haec habentur:

1. In 2.^{um} et 3.^{um} *Sententiarum*. Inc.: «Quia in prioribus dictum est de Deo quantum ad extrinseca...». In fine legitur: «Explicit 2.^{um}. et 3.^{um} *Sententiarum* Excellentissimi Sacrae Theologiae Doctoris Fratris Facini de Aste, Magistri Universitatis Parisiensis, qui duplicem lecturam super *Sententias* et super totam *Philosophiam* duplicata scripsit». Opus extabat Parisiis in cod. ms. Bibl. Navarrae in fol. medio membr.

2. In *libros de Anima Aristotelis Quaestiones*, quae olim asservabantur in nostra Bibl. conventus S. Marci, Mediolani.

3. *Quaestiones in libros Physicorum*, quas Bononiae Studentibus fratribus dicavit. Olim asservabantur Bononiae in Bibliotheca S. Dominici.

(Cfr. Petrum de Alva in *Bibliot. Conceptionis*, p. 374, qui de illo haec habet: «Facinus Astensis in 3.^{um} *Sententiarum* quaest. 6 asserit Virginem Mariam fuisse absque originali labe conceptam, ut refert Vitalis in *Defensorio* lib. 4 etc.»; Possevinum in *Apparatu Sacro*, T. I, 478; Rossottum, *De Script. Pedemontii*, p. 196; Iöcher, in *Laxico Eruditorum*, T. II, col. 498; Gratianum, p. 97; Herrera, T. I, p. 248; Elssium, p. 189; Torelli, T. VI, p. 270; Gandolphum, p. 119; Ossinger, p. 325; Mazzuchelli, Vol. I, Part. II; Lanteri, a quo, quae supra, accepimus, *Postr. Saec. Sex Relig. Aug.*, T. I, p. 272; De Rolandis, *Scrittori Asteg.*, p. 105, et alios).

de **Aste Fr. Innocentius**, filius coenobii Astensis, vixit saec. XVI. Fuit S. Theologiae Professor, et publicus Lector in Gymnasio Parisiensi an. 1505, et an. 1514 S. Theol. Magister in nostro Studio Papiensi. Dum esset Parisiis, ei noster Antonius Melius, qui tunc ut theologus Legati Venetiarum Parisiis versabatur, doctissimum librum Magistri Gregorii Ariminensis *De imprestantiis Venetorum et de usura*, nuncupavit. Teste eodem Melio, in epistola nuncupatoria, ex Innocentii ingenio habetur: *Liber disputatarum quaestionum*.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 373; Torelli, T. VIII, p. 26 et Ossinger, p. 84).

de **Aste Fr. Ioannes Baptista**, Albingauni in occidentali Liguria, ex nobilibus genitoribus Nicolao de Aste et Agnete Collata prodiit in lucem an. 1566. In conventu Salmanticensi in Hispania valde pure habitum Augustinianum induit, ubi postea die 8 septembris 1585 solemnem professionem emisit. [Pag. 67] Sacram Theolog. in alma illa Universitate cum ad stuporem usque didicisset, eam, in Italiam reversus, in pluribus civitatibus et Romae praecipue, cum tanta nominis sui fama perdocuit, ut theologorum phoenix haberetur: dicendi quoque artem cum egregie calleret, non minus insignis orator, quam theologus longe lateque refulsit. Docuit igitur ac praedicavit Firmi, Licini, Genuae, Patavii ac bis Romae. An. 1603 erat Prior Romae ad S. Augustinum et an. 1607 Regens Romanus, quo tempore a Paulo V, qui eum iam pridie perorantem audierat, suffectus est Generali Hippolyto Fabriani Ravennati ad Fescenniae et Hortae Episcopatum evecto. Pridie promotionis suae ad Vicariatum Apostolicum orationem habuerat coram Papa in Pontificia Capella, universis, qui aderant, applaudentibus. Interim Comitii Generalibus convocatis, ad quae convenerunt Patres 1500 et vocales 116, Romae die 22 maii 1608, omnium suffragiis, communi inspiratione, Prior Generalis renuntiatus fuit. Sapientiae ipse et virtutum amans, litterarum cultum, ac regularem observantiam in Ordine et promovit et auxit. In Provinciarum Galliarum, Hispaniarum, Lusitaniae et Italiae visitatione multa reliquit prudentiae, zeli, iustitiae et paterni amoris monumenta, quibus religiosorum animos vel terruit vel allicuit. Expleto Generalatus sexennio, ad conventum S. Augustini Genuensem an. 1614 se transtulit, ubi dum solitudini, litteris et quieti hilari animo vacabat, iterum Romae redire an. 1620 coactus fuit, cum ob mortem Angeli Rocca a Paulo V et sacrarii Pontificii Praefectus et Episcopus Tagastensis electus fuerit. Episcopatus consecrationem accepit per manus Cardinalis Mellini, Dominica infra octavam Ascensionis; at die 20 septembris, quinto mense labente suae Praefecturae, ex hac vita migravit, atque in Ecclesia S. Augustini de Urbe sepultus, in cuius perennem memoriam Gregorius de Aste, defuncti frater, ipsius effigiem in columna Sacelli B. Mariae Virginis de Rosa ad vivum depingi et sub eam pulcrum epitaphium incidi mandavit. Haec ex P. Iosepho Lanteri, *Erem. Sacr. Aug.*; Part. I, p. 220. Quae scriptis, sunt:

1. *Sui Generalatus Gesta*. Extant in Archivo Ordinis sub Dd. 55,56, et 37.

2. *Acta et Decreta per Rev.m P. Mag. Fr. Ioannem Baptistam de Aste totius Ord. Erem. S. Aug. Priorem Gener. et Comm. Apostolicum SS.mi D.mi N. Pauli Pp. Quinti in Comitii Prov. Baeticae*. Cordubae: ex officina Francisci de Cea, an. D.ni 1609, in 4°: (Cfr. *La Ciudad de Dios*, Vol. 70 p. 491).

3. *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*.

4. *Commentaria in Philosophiam Aristotelis*.

Utrum haec postrema opera in lucem prodierint nec ne, mihi non constat. Eius commentaria in IV libros Sententiarum memorat Ossinger in sua *Bibl. Aug.* p. 85, at ubi inveniuntur non docet. Ipsa, quamvis incompleta, reperiuntur ms. in Bibliotheca Angelica, et in eius Narducciano Indice, ita indigitantur: *R. P. Magistri Ioannis Baptistae de' Aste, Albiganensis Conventus S. Augustini Genuensis Alumni, in primum librum sententiarum Distinctiones 24.* Cod. 91 (A. 8.3) chart. in fol., ff. 509.

Eiusdem operis Distinctiones 55-48. Explic.: «et haec dicta sint prop^o. sententiarum ad laudem Dei et B. Virginis Mariae et S. P. Augustini. Finis primi libri Sententiarum». Subiicitur: «Huic 2^o volumini quod continet viginti quatuor Distinctiones finem imposuimus die 29 mensis Augusti 1618». Cod. 92 (A. 8. 4), chart. in fol. ff. 526. [Pag. 68]

Eiusdem Io. Baptistae de Aste *In tertium librum Sententiarum de Misterio Incarnationis Disputationes 11*, Cod. 93, in fol., ff. 492.

Eiusdem operis Distinctiones 12-22, et capitula 2, videlicet: «De Christi resurrectione et ascensione et de iudiciaria Christi domini potestate». Cod. 94 (A. 8. 6), chart. in fol., ff. 483. Desunt, ut videtur, in 2.^{um} et 4.^{um} Sententiarum distinctiones.

5. *Acta Capituli Generalis anno 1608 Romae celebrati*, Romae, Apud Bartholomaem Zanettum MDCVIII et in *Analectis August.*, Vol, X, pp. 296-309.

(Cfr. *Ordinis Regesta* Dd. 55 p. 1; Herrera, T. I, p. 444, Elssium, p. 327; Oldoinum in *Athenaeo Ligust.* p. 310; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. Aug.* Vol. III, p. 300; Ang. Rocca, *Opera omnia* (Romae 1719), T. I., p. 355, Hurter, *Nomencl. Lit.*, T. I (primae ed.), p. 293 et alios).

Astengo Fr. Stephanus Aloysius, die 13 ianuarii 1880 Savonae primam accepit lucem, humanarumque litterarum atque philosophica studia in patrio seminario explevit. Cum autem vita monastica se allicere sentiret, illam quaesivit ac in Carpinetano S. Augustini coenobio nostrum sanctum habitum induit die 24 martii 1904. Professione religiosa emissa studiorum curricula tum Romae cum Viterbii perfecit, ubi postea etiam docuit. Varios conventus, praesertim Genuensem ac Bononiensem, deinc incoluit, ac acri et versatili ingenio pollens, saepe saepius sacrum sugestum diversis in civitatibus, cum animarum fructu ascendit. Scripsit quae sequuntur:

1. *Le feste Cristiane* (saggi). Genova tip. G. Moscarello, 1914.
2. *N. Signora di Misericordia e il suo culto da Genova a Savona* (Pagine di storia e di arte). Viterbo. G. Agnesotti, 1915.
3. *S. Agostino di Ancona*. Monografia pubblicata nel «Picenum» Rivista Marchigiana illustrata, 1915, an. XII, fasc. VII - VIII.
4. *Arte e Cristianesimo* (Conferenza). Palermo, G. di Giorgi, 1915.
5. *Dagli Ulivi alla Gloria*. Viterbo, G. Agnesotti, 1916.

6. *Maria nella Divina Commedia* (Conferenza) Palermo, G. Luminario, 1917.

7. *Hugo Van der Goës, O.S.A. Vita e opere*, sub hoc ficto nomine: Gino Sabazio. Firenze, tip. Arcivescovile, 1925 et alia.

Athanasius a S. Carolo, vide: **Beccaria Fr. Athanasius**.

Attardi Fr. Bonaventura in civitate Agyrina, sive S. Philippi Trinacriae insulae, ortum habuit, et a puero Ordinem Augustinianum ingreditur. An. 1696 erat Messanae studens, an. 1701 cursor Panormi, et anno postero mittitur Senas, ubi an. 1704 fit Lector, et an. 1706 Baccalaureus. Anno sequenti, die 10 maii Romae examinatur ad Collegium, ac, cum essent septem examinatores, retulit puncta triginta. Regens deinc Romae, Panormi atque Senis, an. 1714 Romam accersitur, et die 24 aprilis una cum P. Felice Leoni, qui paucis post annis fuit Ordinis Generalis, examinatus fuit ad Magisterium, atque plenis suffragiis approbatus. Moderavit postea Ordinis gymnasia nec non siculam Provinciam. Fuit in Catanensi Atheneo publicus historiae sacrae professor, atque Sacrae Inquisitionis Siciliae Consultor. Laudatur ab Ossinger in *Bibliotheca Auuast.*, pag. 86 ob singularem ingenii praestantiam, atque insignem eruditionem. Obit an. 1760. Typis ab eo sequentia data fuere:

1. *Bilancia della verità, risposta al libro intitolato: Paulus Apostolus in mari, quod nunc Venetus Sinus dicitur, naufragus*, [Pag. 69] del P. Ignazio Giorgio Benedettino della Congregazione di Ragusa. Palermo, Tip. Gramignani, 1738, 1 vol. in 4: una cum diagrammate geographico.

2. *Lettera scritta ad un suo amico in prova che S. Filippo d'Aggira fu mandato in Sicilia dal Principe degli Apostoli S. Pietro*. In Palermo, 1728, nella Stamperia di Stefano Amato, in 4°. (Cfr. Gilasco Entelicense, *Biblioteca Volante*, Scanzia XXIII, in Roma, 1739, pag. 31). *Lettera polemica sopra la controversia mossa da Domenico di Leo intorno al primo Vescovo di Sicilia*, Palermo, 1736 in 4°. Tuetur unicum Episcopum a S. Petro in Siciliam missum fuisse S. Paneratum (Cfr. Hurter, *Nomenclator Lit.*, T. IV, (1910), col. 1486).

4. *Il Monachismo in Sicilia discifrato dell'Ordine del P. S. Agostino*. Palermo, Tip. Gramignani, 1741, vol, in 4°, pp. 313.

5. *La risposta senza maschera ad D. Lud. Ant. Muratori, in qua defenditur votam sanguinarium, seu fundendi sanguinem pro sustinenda B. M. Virginis immacolata Conceptione*. Panormi, 1742.

6. *La storia della città di S. Filippo*, 1742.

7. *Li Panegirici* del R. P. Maestro Amorosi, 1742.

(Cfr. Mazzuchelii, T. I, Part. 1, p. 1206; Ossinger, p. 86; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, Vol. III, p. 29; P. A. Rubolotta, *Storia di S. Filippo d'Agira*, Malta, 1876, p. 71; et *Ordinis Regesta*).

Augustoni Fr. Augustinus, Prior Provincialis Provinciae Romandiolae, vixit saec. XVII, atque edidit: *Opere complete del Cavalier Niccolò Corradini*. In Vicenza per gli eredi di Domenico Amadio, 1630, in 12.°

(Cfr. Tiraboschi, *Biblioteca Modenese*, Modena, 1782, Vol. II, p. 87).

Augustoni Fr. Io. Petrus, italicus, ex Helvetia; uti scribit Lanteri, *Eremitae S. Augustini*, T. I., p. 237, oriundus, natus est Firmi in Piceno die 13 septembris an. 1779, et ubi decimum quintum attigit annum in coenobio Mondulphi an. 1786 Erem. Ordini nomen dedit. Fani deinde philosophicis disciplinis ac postea Anconae theologicis sedulam navavit operam. Lectoris officium an. 1794 Bononiae, Respondentis an. 1796 Firmi, ac Regentis ibidem et Florentiae magno cum plausu exercuit. Magistrali laurea die 4 maii 1805 decoratus, eximii oratoris nomen sibi comparavit, quod munus triginta plus annos laudabiliter gessit. Apud Ordinem nobiliora officia obtinuit. Nam fuit Provincialis Marchiae Anconitanae, Commissarius Generalis pro illius provinciae coenobiis restituendis, e quorum numero post improbos labores saltem viginti recuperare valuit. Egit postea in romano S. Augustini coenobio studiorum Regentem; an. 1822 Hispaniarum Assistentem, et an. 1829 Procuratorem Generalem. Extra Ordinem autem fuit Firmi in publica Universitate, et in Seminario Dogmaticae professor et examinatus prosinodalis, et Romae Consultor S. Congr. Indulgentiarum et SS. Reliquiarum necnon Card. Frosini et Castiglioni theologus. Hic sub nomine Pii VIII ad Summi Pontificatus apicem evectus, Augustonium nostrum die 4 augusti an. 1829 Sacratio Apostolico praefecit, atque paulo post, nempe die 28 sept., Porphyriensem Episcopum renunciavit. Interfuit Conclavi in quo Summus Pontifex electus fuit Gregorius XVI, cui acceptissimum se reddidit, et cuius etiam saepe saepius confessarium egit. Vixit cum magna doctrinae atque virtutis et praesertim insignis pietatis, singularis affabilitatis; rarae modestiae, atque eximiae caritatis laude usque ad an. 1839 quo a Quirinali Palatio die 23 martii ad meliorem vitam transivit. [Pag. 70] Illius corpus in templo S. Augustini humatum fuit. Meritissimus Praesul iugi amore fragrans erga Augustinianum nomen, Firmanum coenobium pretiosa suppellectile ditavit, in eoque, undique suis sumptibus omnigenis libris comparatis, praeclaram bibliothecam erexit, quae in Ordinum Religiosorum suppressione penitus evanuit. Ita ex praelaudato Lanteri fere iisdem verbis. Scripsit:

1. *Acta sui officii Procuratoris Generalis* asservata in Archivo Ordinis.
2. *Voto sopra l'asserto martire Prisco mandato alla S. Congregazione dell'Indulgenze SS. Reliquie*. Ms. ff. 15 in eodem Archivo.
3. *Pro-Memoria circa gl'interessi del convento Agostiniano di Fermo mandato alla Congregazione del Buon Governo*. Asservatur ibidem ms.

(Cfr. Moroni, *Dizionario* cit., Vol. 60, p. 190; *Diarium Romanum*, an 1839; n. 25; *Orat. funebr.* editam Firmi a Franc. Michelesi et *Regest. P. Generalis Angelucci* ad an. 1839, fol. 9 et 10).

Augustinus Ord. Erem. S. Aug.; ignoti cognominis, patriae et provinciae, vixit saec. XVII et anno 1552 scripsit: *Tractatum de Praedestinatione contra curios* et incipit: «Deus qui fecit hominem rectum». Extabat iuxta Herreram, Elssium, p. 97, et Ossingerum, p. 87, ms. in Bibliotheca Angelica; at ego illum reperire, non potui.

Augustinus M.^a a S. Nicolao, Romanus, Congregationis Discalceatorum, floruit saec. XVII. In lucem edidit: *Genetliaco regio alla sacra Maestà di Giacomo II Re della Gran-Brettagna, per la nascita augusta di Giacomo principe di Wollia primogenito di S. R. M.* Roma, 1668 in fol. typis Ioannis Baptistae Molo. Asservatur Romae in Bibliotheca Casanatensi.

(Cfr. Tani, op. cit. p. 75).

Augustinus a S. Felice, Sacrae Theol. Mag., qui ad Congregationem Perusinam spectans, an. 1620 Definitorem Generalem illius egit, Generali Capitulo interfuit eodem anno celebrato. Ex eo habetur: *Vita S. Felicis Martyris*, edita Perusiae, an. 1603.

(Cfr. Elssium in *Encomiasticon*, p. 87 et Ossinger, p. 332).

de **Aventino Fr. Paulus Salomon**, vir in Sacra Scriptura et SS. Patribus admodum versatus, floruit saec. XVII et potissimum claruit eloquentis ac fervidi concionatoris nomine. Lingua patria typis evulgavit: *Assunti evangelici per tutte le Domeniche e feste mobili dell'anno*. In Venezia, 1651. Quod opus, ait Ossinger, op. cit., p. 788, asservabatur suo tempore in nostra Bibliotheca Monacensi.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. August.*, T. III, p. 182 et Lopez, op. cit., p. 307).

Averardi Fr. Caietanus. Interamnensis, vir sane omni litteratura excultus, floruit saec. XIX. Quodam tamen iuventae suae tempore illusionibus et nimis patriae amore deceptus, stulte se gessit. Nam iniquissimis dolis ac fraudibus quorundam Sicophantium sectatorum irretitus, suum nomen societati, quam *La giovane Italia* vocabant, inconsulto cum dedisset, ac in id per Pontificis satellites detectus fuisset, inopinato captus, in carcerem detrusus fuit, atque de crimine damnatus. Poena expiata, reliquo suae vitae tempore bene vixit, ac pie obiit. Scripsit quae sequuntur: [Pag. 71]

1. *Theses quas vindicandas suscepit in templo S. Augustini de Urbe an. 1833, tenente cathedram P. Mag. Iosepho Palermo Studiorum regente*. Romae sine Impressionis nota.

2. *Memorie d'un'epoca dolorosa*. Extant in cod. Vat. Lat. 10469, chart. in fol., saec. XIX, ff. 111, in quo eiusdem etiam extant: «*Memorie rattristanti*, f. 64; f. 88; *Zibaldoni o excerpta di detti, motti, sentenze, autorità, brevi anedoti* (sic), *figure, nomi di buoni autori che scrissero su varie materie*; ff. 92-96 inseruntur: *Sonetti ed altre brevi composizioni da me "Gaetano Averardi" scritte nelle pareti della segreta con un chiodo*, quorum initia sunt: a) "Castagno ho il crine, il ciglio, l'occhio, il mento"; b) "Se morte il brutto scherzo non mi fa"; c) "Giovin di fresca etate a te sacrai"; d) "Ancora a me saltò lo schiribizzo"; e) "Questo è luogo sacro al dolore"; J) "Piombi, gran Dio, coll'ira tua tremenda"; g) "Nell'anno ventisei della mia vita, l' mi rinvenni in orrida prigione"».

de **Aviliana Beatus Cherubinus** ex nobili Testarum familia in praefato Pedemontii oppido, ac propterea vulgo de Aviliana nuncupatus, ortum habuit an. 1451. Nostratis B. Adriani Berzetti Avilianensis coenobii fundatoris virtutibus atque exemplis illectus in eodem conventu Eremitanum Ordinem amplecti voluit. Ipsi monasticae vitae primordiis provectae perfectionis religiosus apparuit, atque insuper sicut inceperat, ita usque in finem irreprehensibiliter vivere perseveravit. Inter caeteras tamen praeclarissimas eius pietatis laudes nobiliori loco reponenda videtur flagrantissima ipsius erga Dominicam Passionem devotio, qua quotidie acerbissimos eius dolores contemplant, uberrimis lacrymis Crucifixi pedes madefaciebat. Praecipuam insuper mentionem meretur eius perpetuo illibata, atque vere angelica virginitas, cuius merito illius corpus suavissimum odorem diu post mortem exhalavit, liliumque candidissimum e latere germinavit. Extremum diem clausit Avilianae die 17 septembris an. 1479 aetatis suae 29, eiusque animam statim ad Superos

evolavit. Eius cultus immemorabilis approbatus fuit a Pio IX an. 1865, ac ita inter Beatos est relatus. Haec ex Lanteri, *Postr. Saec. sex Rel. Aug.*, T. II, p. 58. In Biblioth. Nat. Parisiensi sub sign L. ²⁷, n. 33581 habetur: *Sermo in festo sancti Ivonis advocati pauperum editus a venerabili fratre Cherubino ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini*. S. typ. n. (Edit. ital.) et s. an. (e. 1477) Cfr. Pellechet, n. 3540. Suspicio hunc Cherubinum alium non esse nisi praefatum Avilianensem, cum nullum alium huius nominis religiosum hoc tempore in nostro Ordine florentem invenerim. Dicitur sermo editus etiam fuit: s. typ. n. (Romae, Steph. Planck) et an.

(Cfr. Hain *Repertorium* cit. n. 4946, et Pellechet, n. 3541).

Avitaia Fr. Octavius, Neapolitanus, annos 18 agens in nostro coenobio S. Spei an. 1774 Augustinianum habitum sumpsit. Studiorum curricula in conventu S. Ioannis ad Carbonariam perfecit, atque ibidem an. 1782, die 22 novembris Lector renunciatus est. An. 1786 fit Baccalaureus; die 27 maii 1788 vocatur in Urbem pro examine ad Collegium et die 31 iulii, ob causam separationis Regularium Regni Neapolitani, obtenta prius super consueto examine dispensatione, Regens declaratur. Evasit postea in sua Congregatione S. Ioannis egregius praedicator, atque communi fato prima medietate saec XIX occubuit. Ab eo extant:

Theses theologicae de Messia. Neapoli, 1789 in 4; et sunt Romae in Bibl. Angelica sign. XI. 2. 28.

(Cfr. *Ordinis Regesta* temporis quo vixit). [Pag. 72]

Avogadro Fr. Archangelus, Ordinis Erem. S. Augustini praeclarus theologus, e nobilissima gente Avogadro del Cerreto saec. XVI ortus, Congregationis Insubricae eiusdem ordinis existit egregius alumnus. Fuit enim admodum in scientiis philosophicis atque theologicis valde eruditus atque excellens praedicator. Anno antem 1590 egregium *volumen sermonum* edidit.

(Cfr. Della Chiesa, *Catalogo degli scrittori Piemontesi* etc., Carmagnola, 1660, p. 29).

Azzoni Fr. Ioseph, Senensis, dicitur fuisse verae pietatis ex corde sectator. Primam aspexit lucem an. 1707. An. 1723 coenobium S. P. Augustini Senis ingressus, ac paulo post Bononiam missus, an. 1729 Florentiam petivit, et in atheneo S. Spiritus studentium magister, de familia collocatur. An. 1732 ad lectoratus gradum obtinendum examinatus atque approbatus, anno insequenti fit Baccalaureus et an. 1734 artium lector. Die 10 Iulii an. 1739, cum iam esset collegialis, suum periculum ad Regentiam adipiscendam coram quinque examinatorebus laudabiliter substituit, et die 2 Iunii 1745 fit S. Theol. magister. Progressu temporis Provincialis munere functus est, et an. 1759 ad cathedram theologicam regendam in Universitate Vindoboniensi noviter erectam vocatus fuit. Ibidem magno cum plausu docendo mansit usque ad an. 1763, quo Senas historiam ecclesiasticam professurus rediit. Quando Deo animam suam reddidit, nos latet. Edidit: *Principia iuris publici ecclesiastici catholicorum ad statum Germaniae accomodata in usum tironum*. Vindobonae, 1761.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 355, et Hurter, *Nom. Lit.*, T. V, p. 211).

B

Baccusi Fr. Hippolitus, Mantuanus, natus est circa medietatem saec. XVI, atque musices artis perinsignis evasit magister ut eius opera praeclara testantur. Ex primioribus is fuit, qui in ecclesiastico cantu introduxit instrumenta, ut voces sustinerentur. De eius religiosa vita fere nihii scimus: fuit certe Ordinis Erem. nobilis alumnus; ast in quo conventu receptus, quando monasticam vitam professus, ubinam sua studia peregerit nobis incompertum est. Ante annum 1570 fuit certissime in nostro S. Euphemiae coenobio Veronae, Cappellae musicae praefectus et ibidem pulcherrimam illam artem impense coluit, quo tempore et Cappellae magister Minorum de Spilimbergo renunciatus fuit. Circa an. 1577 Venetiis nostrum S. Stephani coenobium incoluit et an. 1585 Mantuae erat Ecclesiae Cathedralis Cappellae Magister, ubi mansisse videtur usque ad an. 1592 quo nominatus fuit musicus coripheus Ecclesiae Cathedralis Veronensis, hoc in munere manens usque ad eius obitum, qui accidit an. 1609. Eius opera principaliora sunt sequentia:

1. *Missarum c. 5 et 6 voc. lib. I.* Missa: *Illuminare Hierusalem.* Missa: *Aspice Domine.* Missa: *Tribularem.* Missa: *Standomi un giorno c. 6 vocibus.* Venetia, 1570. H. Scotus in 4°, C. 5.^{us} exstat in Bibl. de Könisberg.

2. *Il 1° lib. de' Madrigali a 5 et a 6 voc. con 2 a 7 et 8 novamente impresso.* Venetia, 1570. Gardano. 6 - Stb qu. 4°, 26 Nrn. Exstat Veronae in Bibl. Acad. Mus.

3. *Il 2° lib. de' Madrigali a 6 voci con una Canzone nella gran Vittoria contro i Turchi.* Venegia, 1572. Scotto in 4°. Reperitur Veronae et Bononiae. Opus dicat: «alli Illustri Signori Academici Philharmonici di Verona». et in frontispicio eiusdem se dicit: «maestro della Musica dell'illustri Signori di Spilimbergo». [Pag. 73]

4. *Motectorum cum 5, 6 et 8 vocib. lib. I.* Venetiis, 1579, Rampazettus. Dedic. «Aloysio Balbo Domino et patrono suo semper observantissimo». Reperitur Bononiae, Romae in Acad. S. Caeciliae, ubi adest et aliud exemplar quod affert an. 1580, et Caesanae.

5. *Madrigali lib. Terzo a 6 voc.* Venezia, Gardano, 1579. Reperitur Romae in Acad. S. Caeciliae, Miscel. C. S. o 2-D. 51. 7. 12.

6. *Ipoliti Baccusii Ecclesiae Cathedr. Mantuae Musices Magistri Missarum c. 5, 6 et 8 voc. lib. 2.^{us} nunc primum in lucem editus,* Venetiis apud Iac. Vincentinum et Ricc. Amadinum socios, 1585 in 4°. Missae in hoc vol. contentae sunt: *Missa S. Stephani a 5.* Missa: *Vestiva i colli a 5.* Missa: *Dolce fiammella a 6.* Missa: *Altro non è il mio amor a 8.* Reperitur Caesanae in Bibl. Com., Romae in Acad. S. Caeciliae et Bononiae.

7. *Il 4° libro de Madrigali a 6 voc.* Ven. 1587. Gardano. Asservatur Romae apud Acad. S. Caeciliae et Mutinae.

8. *Il 1° libro delle messe a 4 voci.* Venezia, 1588, Gardano in 4°. Reperitur Romae in Acad. S. Caeciliae et Mutinae.

9. *Missarum cum 5 et 9 voc. lib. 4. Missa: Intonuit a 5. Missa: Ne reminiscaris a 5. Missa: Benedicta es coelorum Regina a 5. Missa: Laudate Dominum de coelis a 9. Venetiis, 1593, Gardanus. Reperitur Bononiae.*
10. *Il 1° lib. de Madrigali a 3 voc. Venegia, 1594 in 4°. Asservatur in Bibl. Acad. S. Caeciliae Urbis.*
11. *Psalmi omnes, qui in Vesperis a Romana Ecclesia cum cantico Magnificat, a 4 voc. lib. 2, Venetiis, 1594, apud Amadinum. Asservatur Romae in Bibl. Acad. S. Caeciliae.*
12. *Psalmorum qui a S. Romana Eccl. ut plurimum in Vesperis decantantur triplici distinct. 4 voc. lib. 2. Veronae, Franc. a Donnis, 1594. Asservantur Romae apud Acad. S. Caeciliae.*
13. *Sacrae cantationes, Psalmi et omnia quae ad completorium pertinent. Venegia, Amadinus, 1596 in 4. Romae apud Acad. S. Caeciliae.*
14. *Missae tres.... 8 vocibus. Venetiis, 1596, Amadinus, Romae apud Acad. S. Caeciliae.*
15. *Baccusii Hppoliti Ecclesiae Cathedr. Veronae musices praefecti. Psalmi omnes qui a S. Romana Ecclesia in Solemnitatibus ad Vesperas decantari solent, cum duobus Magnificat. Tum viva voce, tum omni instrumentorum genere, cantata commodissimi. Cum octo vocibus. Nunc primam in lucem editi. Venetiis, apud Ricciardum Amadinum 1597 in 4. Opus est dicatum: «Reverendissimo Patri Magistro Angelo Rocchensi Augustiniano, Sanctissimi Domini nostri Sacristae meritissimo, cui scribit: Cum annis ab hinc circiter viginti Venetiis esse mihi contigisset, ubi tu quoque, Rev.me Pater, tunc temporis degebas, factum est, ut magna inter nos oriretur amicitia, cujus memoria, quanvis postea longo locorum, ac temporis intervallo disiuncti fuerimus, sanctissime tamen a me semper culta est; et ut mihi omnes tui in virtute ac honore progressus noti essent diligentissime curavi: et quoties aliquam tibi dignitatis accessionem factam esse audivi, perinde gavisus sum ac si ea dignitas in me ipsum collata esset. Ubi vero te ad Sacristae munus a Summo Pontifice vocatum esse intellexi, et ad eam dignitatem, quae supremae proxima est, quam citatissimo cursu contendere videam, dixi, ac cogitari quiquem potest, quam intimis sensibus gaudeam quantaque voluptate perfundar. Quam animi mei laetitiam, [Pag. 74] quoniam praesens (mea enim jam ingravescens aetas a tanto itinere capessendo deterreat) indicari tibi non possum, hosce Psalmos, musicis a me notatos rithmis, ad te allegare statui, ut id muneris pro me subeant: quod ut libentius facerem, ea etiam me cogitatio impulit, quod pium pia decent, te quae gravissimis interdum curis, ac laboribus pro Christiana Republ. susceptis, defessum hoc delectationis genere, quo nullum honestius, nullum viro Ecclesiastico convenientius, refici ac recreari solere scio; et quod officium hoc multo melius ipsi, quam egomet praestabunt, cum illi sint hilares, ac laeti, mihi autem omnem prope hilaritatem aetas ademertit. Hos tu, igitur, tamquam meos legatos accipe, et patere, ut te aliquando, dum rebus divinis interes exhilarent, et ad majorem animo concipiendam pietatem excitent, meique apud te memoriam identidem renovent, et in perpetuum teneantur. Quod si feceris magno me abs te beneficio affectum putabo. Vale teque iis, quibus tua virtus digna est, honoribus, pergat divina benignitas exornare. Veronae die 25 Aprilis 1597. Rev.mae Paternitatis tuae deditissimus Frater Hippolitus Baccusius».*
16. *Psalmi 5 vocibus. Venetiis apud Vincenti, 1602.*

17. *Le Vergini, Madrigali a 3 voci lib. 2° nuovamente composto e dato in luce.* Venetia, Amadino 1605. Asservatur Romae apud Acad. S. Caeciliae, et sequenti epistola opus nuncupatum fuit: «Alla Serenissima Regina del cielo Madre dello humanato Dio. Piacciati, Gloriosissima Vergine, ricevere queste mie poche balbutienti fatiche, da me cantate in quest'ultima parte de' miei giorni con quel più puro affetto che per me si è potuto: et se io pieno di macchie di peccati, ho havuto ardire spiegare queste tue sante lode, la tua gran benignità fia quella che scusi la mia imbecillità, et che mi doni tanta gratia, che io possi spendere in salute de l'anima mia, questo poco di vita che mi resta. Umilissimo, et devotissimo servo frate Ippolito Baccusi».
18. *Stanze dell'Ariosto e del Tasso a 3 voci.* Venezia, Riccardo Amadino, 1594, in 4°.
19. *Magnificat a 4 voci. Chorb. 1597.* Ms. Bononiae M.
20. *Missa a 8 voci del 5 tono.* Ms. Bononiae Catal. 2. 242.
21. *Si bona suscepimus a 6 voc.* Ms. 11 in Briey. et in Bibl. Rudolphina.
22. *Magnificat a 4 voci, 3 Madrigali, 1 Mottetto.* Ms. in Bibl. Monacensi 218, 53, n. 257.
23. *Missa: Aspice Domine.* Ms. in Bibl. Breslaviensi, ubi reperiuntur mss. etiam 8 *Mottetti*.
24. *Surrexit Christus, 6 vocibus.* Ms. in Bibl. de Gesellschaft der Musikfreunde, Viennae in Austria.
25. *Regulae spiritualis melodiae, seu liber spiritualium cantionum.* Antuerpiae, 1617. Sed haec est forsitan secunda editio.
26. *Questo è quel chiaro fonte,* in Collect.: *L'amorosa caccia* apud Ang. Gardano, 1588.
27. *Ninfe leggiadre a 9 voc.* in Collect.: *Dialoghi musicali* apud eundem Ang. Gardano, 1590.
28. *Canzoni a 5 voci* in Collect.: *I diporti* apud eundem Ang. Gardano, 1601, et aliae *Cantationes* in Collect.: *Il Trionfo di Dori* eiusdem Ang. Gardano, Venezia, 1592, et Antuerpiae 1596 apud Phalese.
29. *Io me ne vo, a 3 voci* in *Giardinetto*, editoris Bozi, 1588.
30. *Deh! torna a me, mio sol, a 3 voci* in *Fiori musicali.* G. Vincenti, 1592.
31. *De l'amato chi ama a 5 voci* in *De' floridi virtuosi*, 1590 eiusdem G. Vincenti.
32. *Madrigali - Un giorno a pale sacro; Misera non credea, 2° p.; Ma che squallido; Nuova Spoglia; l'Autunno* in collect *Fiori Musicali* G. Vincenti et Ang. Gardano, Venetia, 1588, 1590, 1592, 1598, 1601. [Pag. 75]
33. *Dolce mia pastorella* in *Florindo* apud Amadinum 1596; item in *Paradiso* apud Phalese, 1596 una cum *Qual presso e quel rubino a 5 voci*.

34. *Quattro madrigali: Solo e penoso: Si ch'io mi cred'homai: Occhi miei: lacrime in Paradiso* apud Phalese, 1601, Antuerpiae.

35. *Aliae Opellae Baccusianae* inveniuntur in collect. D. Andreae Ravernage sub titulo: *Harmonia celeste di diversi eccellentissimi musici*, Anverse, Pier Phalese, 1593 in 4°; in *Symphonia Angelica* edita ab Hubert Waelrat, Anverse, Pier Phalese, et Iean. Bellese, 1594 in obl.; in *Melodia Olympica* domini Pier Phillips angli, et in aliis collectionibus.

(Cfr. F. J. Fétis: *Biographie universelle de Musiciens*, Paris, 1860, T. 1, p. 183, Rob. Eitner, *Quellen Lexicon*, Leipsig, 1590. Vol. I, p. 257; Firmin Didot freres, *Nouvelle Biographie Generales*, Paris, 1858, T. IV, p. 45, ubi de Baccusio legitur: «Il fut maitre de chapelle de la Cathédrale de Verone verse 1592, et fut un des premiers musiciens qui, pour soutenir les voix dans la musique d'église, y iviguièrent de istruments jonant à l'unison des voix»).

Baduario-Peraga B. Bonaventura, quem et Badoer de Peraga vel etiam tantum Peraga nuncuparunt, ex nobilissima Baduaria-Peraghina comitum familia Patavi ortum duxit die 26 iunii an. 1332. Gandulphus vero noster (De 200 *Augustinianis Script.* p. 107) eius matrem fuisse putat ex domo Principum Carrariensium; ast quidquid de consanguineitate hac sit, certum est Bonaventuram in ipso adolescentiae fiore, paternae domus splendore ac divitiis contemptis, Augustinianum habitum in Patavino coenobio induisse. Postea iuramentorum vinculis iam Augustinianae Religioni perpetuo adstrictus, in patrio gymnasio omnium disciplinarum animum diligenter instruxit. Percelebris Gregorius Ariminensis, Ordinis Generalis, sub die 5 iulii an. 1358 in suo litterarum Registro (Dd, I, p. 52), in Ordinis Archivo asservato, eidem licentiam concessit ad se veniendi quandocumque sibi fuisset opportunum cum socio; et in eodem Registro (p. 202) in Actis Prioris Generalis Matthaei Asculani sub die 14 septembris 1359, haec leguntur: Concessimus fratri Bonaventurae, lectori de Padua, vocem perpetuam in nostris capitulis provincialibus de nostra gratia speciali. Eodem tempore frater Bonsemblantes, provincialis erat Provinciae Marchiae Tarvisinae ab ipso P. Generali Matthaeo Asculano, capitularium compromissorio, in provinciali capitulo electus (ibidem, p. 204). Parisiis inde, ut ex Registris Ordinis (ita Ios. Pamphilus saec. XVI scribebat) colligitur (nunc vero illa registra non amplius existunt), litteris operam dedit, ubi non solum doctoratus insigne suscepit, verum etiam in eodem gymnasio perplures annos Theologiam professus est. Unde vir magnae eloquentiae, magni studii atque consilii evasit. Quapropter an. 1362 ab Innocetio Pp, VI [= 1364 iussu Urbani V] inter novem eximios doctores adnumeratus fuit, qui ipsius iussu Bononiam convenerunt ad erigendum in illo celeberrimo athenaeo theologorum collegium. Quanto tempore Bonaventura Bononiae commoratus est? Non possumus id stricte determinare; hoc certum est an. 1366 Paduam illum iterum moram duxisse, atque ibi Francisco Petrarchae artissimae amicitiae vinculo ac necessitudinis glutino coniunctum extitisse. Eapropter tum ille in obitu fratris Bonsemblantis, Bonaventuram per epistolam plenam utriusque germani laudibus est consolatus tum iste vicissim anno 1374, die 18 iulii in frequentissimis illius exequiis [Pag. 76] eloquentissimam orationem funebrem tanto poeta, tantoque Oratore dignissimam recitavit. Sed accipe nunc epistolae consolatoriae Petrarchae ad Bonaventuram aliquantulam delibationem, cum ex ea clara illorum duorum illustrium fratrum elucescat figura. Et en excellentissimi poetae verba: «Magna ille [Bonsemblans] dudum gloria patriae, magnum Ordinis decus, et eximium fuit. Et quamvis tu supersis, non omittam tamen. Quis non hominum vos spectabat oculis, atque animo suspensus, praesertim ubi casus aliquis forte vos iugeret in consessu publico, aut in via? Quis non vos amabat, et laudabat, et mirabatur? Fraternitas ipsa miraculo addebat, ac raritas, par statura, eadem quasi

corporis habitudo, una prope duobus fratribus aetas erat, una certe professio, una conversatio, unus habitus, una Religio, unus ordo, unus splendor Magisterii; pluris existimabantur tales duo fratres, quam quatuor alii, pares licet. Felices parentes dicebantur, qui tale par hominum genuissent. Felix Patavium, ubi geniti essetis, et enutriti nihil est enim quod unamquamque patriam tam felicem faciat, quam suorum civium virtus, et gloria». Ex carentia documentorum parum scimus de eius vita ab anno 1366 ad annum 1379, quo, die 29 septembris ad supremum Ordinis fastigium in comitiis generalibus Veronae habitis fuit evectus. Ex paucis notitiis tamen colligere possumus illum quasi continuo natalem patriam incoluisse; in Patavina Universitate publice docuisse; in ecclesia S. Mariae de *Arquà* in solemnibus Petrarchae exequiis mense iulio 1374 loculentam habuisse orationem; an. 1375 a Gregorio XI ex Avenione ad Ludovicum Hungariae Regem, nuncium, ut illum ad bellum contra Turcos ineundum induceret fuisse missum, et ex his quae ex Litter. Registris successorum suorum (cum sua deperdita sint) in Generalatus officio colligi possunt, seu melius coniecturari, eiusdem suae Marchiae Tarvisinae provinciae habenas tenuisse una cum totius ordinis rectoratu. Successerat ipse hoc in munere Fr. Guidoni de Bellosguardo, qui, iuxta Crusenium, «sub initium februarii anno 1377 ex hac vita migravit in aliam» (Cfr. *Monast. Aug.*, Part. III (Vallisoleti, 1870), p. 55). In comitiis gen. Veronae habitis die 17 maii 1377 Prior Generalis fuit renuntiatus, naviterque Ordinem rexit per 16 menses. Post exortum, Urbano VI Pontifice, exitiosum Clementis VII pseudopontificatum, meritissimus Eremitarum Antistes Urbani partes totis viribus defendendas suscepit; quapropter a praefato legitimo Summo Pontifice, hortante etiam S. Catarina Senensi, Sacro Cardinalium Collegio die 28 septembris 1378 titulo S. Caeciliae adscriptus fuit. Purpurae fulgore honestatus, quippe qui vir erat magno consilio, multa prudentia, ac singulari animi constantia, summaque rerum gerendarum dexteritate praeditus, non semel a laudato Pontifice huc et illuc ad tollendos erumpentes schismatum tumultus missus fuit. Inter caeteras nostratis Bonaventurae honorificas legationes ea peculiarem mentionem meretur quam memorat Andreas de Gataris Patavinus, scriptor contemporaneus (Cfr. Muratori, *Rerum Ital. Script.*, Vol. XVII, col. 503) qui scribit: «Mandò (Urbanus VI) per Legato di quelle parti (in Poloniam ad Vladislaum Regem) il Reverendissimo Cardinale Frate Bonaventura della nobile prole di quelli da Peraga della città di Padova, huomo di quel tempo d'ottima e santa vita e di grandissima dottrina, il quale fu dal Re e dalla Regina di Polonia con ferma fede e devotione ricevuto, et in nome del Pontefice confermato il Matrimonio, e quanto era fatto. [Pag. 77] E poi in tutto il paese messe assai uomini di santa vita ad ammaestrare quelli che erano fatti cristiani sulla fede di Cristo, ed altri a battezzare quelli che mancavano; e battezzossi tutta Russia, Lituania e Polonia, che da quel tempo in qua sono state sotto il regimento et obbedienza della Sacrosanta Romana Chiesa. Fece il detto Cardinale in que' paesi molti Vescovadi, Abbazie, Priorati, et altri benefitii, i quali celebravano il Santo Ufficio di Dio. Dopo questo il detto Cardinale riconciliò insieme le due sorelle Regine, e Sigismondo con tutto il paese, et ivi stette fino che piacque al Papa». Anno 1381 una cum duobus aliis Cardinalibus, Dominicano uno, et Franciscano altero, eodem Pontifice mandante, leges composuit pro scholis theologicis Universitatum Italicarum, quae editae fuerunt a Re.mo P. M. Eustasio Esteban. in *Analectis Augustinianis*, Vol. V, p. 145 et seqq., atque insuper Bullam subscripsit eiusdem Urbani pro concedenda Carolo Duratio Regni Siciliae dominatione. Subscripsit autem tali forma: *Fr. Bonaventura Presbyter Cardinalis tit. S. Caeciliae*. Ioannes de Tritthehem in suo libro *De scriptoribus Ecclesiasticis* (Basileae, 1494, f. 82 v.) haec de eius morte habet: «Is fuit vir integerrimae vitae, et ecclesiasticae libertatis patronus constantissimus, utpote qui nihil veritus sit, pro tuenda ecclesiae libertate Francisco Carrariensi, tunc civitatis nostrae Principi, sese opponere, et postulationibus, quanta poterat animi constantia, et vi rationis obsistere. Quamobrem Carrariensis vehementer commotus, procuravit per occultos sicarios (id enim plerique suspicati sunt) ut

Bonaventura, tantae praestantiae vir, Romae impie et per quam nefarie occideretur. Is enim sagitta occulto per pontem sancti Angeli missa, immaniter transfixus occubuit: ita occulto, ut neque de homicida, neque de tanti sceleris auctore, pro certo quicquam scire potuit». Quare non pauci cum nostrates tum externi scriptores Baduario nostro martyrii palmam attribuunt, eo quia pro tuenda Ecclesiae libertate impiorum telis confossus occubuit. Contigit hoc facinus, iuxta nostrum Panvinium die 10 iunii an. 1389. Panvinium ego sequutus fui et ante me alii quamplurimi gravissimi historici; sed retinenda sententia illorum qui tenent B. Bonaventuram extremum diem obiisse an. 1385; nam et hoc affirmant inscriptiones eiusdem monumenti, quae erant in Coenobio et in Ecclesia S. Augustini Urbis (Cfr. opusculum meum. *Il B. Bonaventura Baduario-Peraga*, Roma, 1912, pp. 46 et 48) et Regestum Rev.mi P. Bartholomaei Veneti, eiusdem Bonaventurae in Generalatu Ordinis successoris, qui die 30 Martii 1386 loquitur de Bonaventura tamquam de persona «per bone memorie» (Cfr. *Analecta* cit. p. 83) id est demortua. Bartolomaeus Venetus, cum esset Tarvisii, videtur die 25 Iunii 1385 hujus mortis adhuc notitiam non habuisse; propterea mihi videtur verius illos dixisse, qui illam accidisse affirmant die 29 iulii vel 1 augusti 1385. Andreas Vittorellus et Augustinus Oldoininus in notis operis Alphonsi Ciaconii: *Vitae et Res gestae Pontif. Romanorum et S. R. E. Cardinalium* (Romae, 1677) Vol. II, col. 260, in B. nostri Bonaventurae vitae fine haec habet: «Romae in inferiori porticu Augustiniani coenobii optimi Cardinalis imaginem, palmam in manu tenentem, elogiumque martyrium et beatitudinem eius indicans adiectum aspicias»; et en hoc elogium: B. BONAVENTURA PATAVINUS GENERALIS MAGISTER ET CARDINALIS DUM ECCLESIASTICAM LIBERTATEM TUERETUR ROMAE SAGITTA CONFOSSUS PRO CHRISTI GLORIA SUPREMUM IN TERRIS DIEM GLORIOSISSIME CONCLUSIT ANNO 1385. [Pag. 78] Ex erudito libro Francisci Torrigio de Cryptis Vaticanis (in Roma, 1635, p. 380) discimus B. Ioannem Angelicum Dominicanum accersitum fuisse ad S. Laurentii Sacelli in Vaticano picturas faciendas a Nicolao V, ac ibi cum aliis sanctis nostrum Bonaventuram pinisse cum radiis beatorum. Merito igitur inter beatos ipse recensetur, meritoque de cultu illi praestito noster Herrera ait: «Ingens hujus cultus monumentum durat adhuc in veteri quodam Sacello [S. Laurentii et Stephani] in Palatio Vaticano, in quo Bonaventurae nostri effigies radiis Beatorum coruscat, et titulo Beati ab ipso fere mortis tempore honestatur». Ea, quae scripsit, sunt:

1. *Tractatus de conceptione b. Mariae Virginis*. Reperitur Cracoviae in Bibliotheca Jagellonica in cod. 1587. De hoc tractatu Ioannes De Meppis apud Petrum de Alva in *Biblioth. Conceptionis*, col. 1493, ita loquitur: «Hic eruditissimus doctor, scilicet Bonaventura de Peraga, compilavit Tractatum unum de Conceptione Immaculatae Virginis, qui ab aemulis in morte sua fuit subtractus, sed circa annum Domini 1468 per reverendum doctorem Ioannem de Agatiis, civem Pergamensem, reinventus fuit, et, ne nomen tanti doctoris ignotum remaneret, volui eius dicta in medium referre...», quod per plures paginas facit.

2. *Vita Christi* seu potius, *Meditationes devotae in Vitam Christi*, opus divisum in 95 capita, ac editum Nurembergae an. 1472. Reperitur inter D. Bonaventura e Balneoregensis opera, edit. Romana 1588-96, T. VI, p. 349 et seqq.; sed a P. Hyacinto Sbaralea, a P. Bernardino Bonello Ord. Min. et ab editoribus Venetis habitum ut opus spurium eiusdem Doctoris. Oudinus, *Commetaria de Script. Eccles.*, 1722, T. III, col. 405 ait: «hoc opus compositum circa medium vel finem saec. XIV et, spectare videtur ad Bonaventuram Baduarius a Peraga». W. A. Copinger, *Supplement to Hain's Repertorium Bibliographicum* n. 3564 haec habet: *Speculum vitae Christi*, [Westminster 1488? Sig. (a-t), 33 II., 148 ff... [Variously attributed to St. Bonaventura, to Cardinal Bonaventura Baduarius

and to J. Gorus]. Fabricius-Mansi, *Biblioth. Lat. mediae et inf. aet.*, Florentiae, 1858, T. I, p. 237, scripsit: «Eidem, videlicet Bonaventurae de Padua, *Meditationes de vita Christi et in libros sententiarum tomos quatuor* tribui video a Holano apud Miraeum in auctorio de S. E. 81, et a Philippo Elssio p. 131 *Encomiastici Augustiniani*». Existit ms. in Bibl. Iagellonica Cracoviae in cod. 1356, et in cod. 1322 Bibliothecae civitatis v. Troyes in Gallia.

3. *Commentaria in quatuor libros Sententiarum*. Eius biographi affirmant illa edita fuisse Nurembergae an. 1479 in 4 Tomos distincta, et ibidem an. 1491 in 2 tomos in 4.

4. *Speculum B. Mariae Virginis*, Ausburgi, 1476 et Strasburgi, 1476. Ms. reperitur in Bibl. Imperiali Viennensi atque in aliis bibl. Iuxta Oudinum, Gandolphum, Possevinum, Warton, Fabricium, Ossingerum, Dupin et alios, qui unanimiter hoc opus nostro Bonaventurae tribuunt, illud impressum fuisse aiunt una cum operibus Divi Bonaventurae Balneoregensis, ast memorati Editores Veneti, Hyacinthus Sbaralea, Bernadinus Bonelli atque R. Patres Ord. M. de Quaracchi illud inter opera spuria Serafici Doctoris, quamvis eius non indignum, reponunt. Primi editores huius opellae videntur etiam nostro Bonaventurae illam tribuere, vel saltem videntur incerti quoad eius attributionem, cum illam compilatam fuisse scribant «ab humili fratre Bonaventura» tantum. (Cfr. Hain, n° 3506 et n° 3567). [Pag. 79]

5. *Sermones de tempore*, impressi Zwoll, 1479 in fol.; Hagenaes et alibi. Ex his nonnulli sunt inter opera Doctoris Serafici; editores Veneti illos reponunt inter Serafici Doctoris opera spuria. Horum certe quamplurimi ad nostrum Bonaventuram Baduarium spectant.

6. *Sermones de Sanctis liber I*. Sunt editi inter opera S. Bonaventurae.

7. *Sermones in Evangelia totius anni*, ms.

8. *Sermones ad Clerum super diversas materias*. ms.

9. *Vitae Sanctorum*. ms.

10. *In canonicam D. Iacobi commentaria*. ms.

11. *Breviloquium* «ubi procedit, ait Gratianus in sua *Anastasi Augustiniana*, p. 53, subtilissimo modo theolog. a prima causa ad suos effectus, sicut contra philosophica deductio progreditur ab effectibus ad Deum». Tribuitur etiam hic tractatus tum Seraphico doctori tum Baduario. In Bibl. civitatis Galliae v. Troys asservatur cod. n° 1514, saec. XV, cui titulus: *Cardinalis Bonaventurae Dialogus, in quo anima devota meditando interrogat, et homo interior mentaliter respondet, sive breviliquium*. Catalogi illius Bibliothecae scriptores, operibus certis Divi Bonaventurae recensitis, illic mss. asservatis, supra enunciati operis auctorem ita indignant: *Bonaventurae*. (Le même?) (Cfr. Catalog. Général des mss. des Bibl. des Départements, Paris, 1851, T. II, 634 et p. 1044.

12. *In Canonicas D. Ioannis Commentaria*. ms.

13. *Ternarium sive trinum bonum regiminis conscientiae*. Opus quoque istud inter Seraphici Doctoris opera editum a nostris scriptoribus atque a nonnullis externis B. Baduario tribuitur, uti etiam *Itinerarium mentis ad Deum* atque *opuscula parva*, Coloniae 1499; Nurimbergae, 1499, Venetiis, 1478, Argentorati 1499 etc. Ad discernendum an enumerata opera reapse tribuenda sint Divo Bonaventurae vel Baduario, studium unius hominis forsitan non sufficeret, ac propterea id aliis relinquo.

14. *Sermo habitus in exequiis Domini Francisci Petrarcae Poetae laureati a Rev.mo Mag. Bonaventura de Padova Ordinis Erem. S. Augustini. Anno D.ni MCCCCLXXIII, qui postea e generali Ordinis factus est Patriarca Aquileiensis*. Hic sermo extabat ms. in Bibl. Univers. Taurinensis, atque editus ab Antonio Marsant an. 1836 in 4. Transcriptus fuerat a nostrate Gabriele Bucci, qui male scripsit illum exaratum ac recitatum fuisse an. 1474, dum constat id evenisse an. 1374 et unquam Baduarium Patriarcham fuisse Aquileiensem.

(Cfr. meum opusculum, *Il B. Bonaventura Baduario-Peraga*, Roma, 1912; Denifle, *Cartularium Parisiense*, T. II, p. 536; LeLong, *Bibl. Sacra*, 1723, T. II, p. 622, 644, 668; Gandolphum, *Dissert. Hist.*, 1704, p. 104-7; Warton-Cave, *Script. Ecc.*, 1744, T. II, part. II, p. 76; Du Pin, *Nouvelle Bibl.*, 1702, T. XI, p. 84; Ossinger, *Bibl. Aug.*, p. 94; Vedova, *Script. Padov.* 1836, T. II, p. 78-81; Ferrazzi, *Bibl. Petrarquesca*, p. 60; H. Hurter. *S. J. Nomenclator Litter.*, Oeniponte, 1899, T. IV, col. 554, aliosque multos).

B. a S. Faustino, Ord. Erem. S. Aug. Congregationis Discalceatorum Italiae et, ut videtur, Provinciae Mediolanensis, vixit saec. XVII, atque edidit: *De Divinae Pietatis vinculis*. Mediolani, 1668, 1. vol, in 4°.

Baduario-Peraga Ven. Bonsemblantes, Patavinus, Bonaventurae Cardinalis frater, a Josepho Pamphilo in Beatorum Ordinis indice enumeratur. Angelus Portenari, *Della Felicità di Padova*, p. 453, affirmat illum natum fuisse die 3 iunii an. 1327. Ex Brevi a Urbani Pp. V. Cancellario Eccl. Parisien. [Pag. 80] VIII Idus aprilis an. 1363 (Cfr. Parini, *Il B. Bonaventura Baduario-Peraga*, Roma, 1912, p. 8), scimus illum Paduae, Venetiis ac Tarvisii in iuventutis flore Lectorem egisse; deinde Marchiae Tarvisinae Provinciae an. 1359 Priorem Provinciale[m] extitisse; insuper duobus vicibus Capitulis Generalibus Definitorem interfuisse, ac tandem pluribus annis in Universitate Parisiensi ordinarie sententias legisse. Dispensatus itaque super legibus illius universitatis, ac rigoroso examine peracto, S. Theol. Doctor renuntiatus fuit. Franciscus Petrarca, cuius amicissimus fuit, illum appellavit: «Magnam gloriam suae patriae, magnum Ordinis sui decus, et eximium». Fuit sane noster Bonsemblans vir doctissimus, nec minus sanctus quam sapiens, ut videri fas est ex epistola dicti Francisci Petrarcae consolatoria ad ipsius fratrem Bonaventuram, data e domo rustica Collis Euganei prope Patavium die 1 novembris an. 1369, in qua inter caetera haec leguntur, relate ad eiusdem mortem: «Cum enim Missam devotissime celebrasset, non multo post seria inter verba cum amicis, repente se deficere cognoscens, suam in cellam properavit, lectuloque acclivis, Davidicum psalmum illum famosissimum "Miserere mei Deus" incipiens, antequam explesset, religiosam illam, atque ut sic dixerim, exceptae actionis animam exhalavit». Contigit insignis Augustiniani Magistri inopinata mors die 28 odobris an. 1369 et non an. 1366 ut asseritur a Portenario l. c.. Merito suspicatum fuit Franciscum Carraram, Regulum Patavinum, ex quo illius tyrannidem sacerdotali pectore execrabatur, mediante aliquo viro perverso, veneno illi occulte propinato, eum e medio sustulisse. Quam suspicionem Capituli Generalis Florentini, an.

1371 habiti, acta, in quibus haec inter alia sancita sunt: «Item, eidem patri priori generali committimus definiendo, quod omnes quaestiones et causas cum omnibus suis dependentiis terminare valeat, principalissime causam mortis reverendae memoriae magistri Bonsemblantis». Laudant Augustinianum praestantissimum omnes fere scriptores, tum exteri tum nostrates, praesertim Curtius p. 52; Gandolfi, p. 107; Ossinger, p. 143 et Lanteri, *Postr, Saec. Sex.* T. I, p. 267. Eius autem opera sunt haec:

1. *Lectura super primum, secundum et tertium Sententiarum.* Erant in nostra Patavina in fol. membr. vet. ex Tomasini, p. 75, et in nostra Ratisbonae Lecturae eiusdem super IV Sententiarum. Cod. expl.: «Expliciunt quatuor principia super IV libros Sententiarum Mag. Bonsemblantis de Padua Ord. Herem. S. August.».
2. *Quaestiones diversae tam philosophicae, quam theologicae.* Sunt. in cod. Vat. Lat. 243 n° 981.
3. *Sermones multi ad Clerum;*
4. et nescio quod utile opus studentibus.

Baldani Fulgentius, Savonensis, sacrae Theologiae Magister iam ab an. 1620, quo in capitulo generali Romae habito, constituitur Prior conventus Genuensis, et laudatur tum a doctrina, tum a morum probitate. Haec de illo litteris tradidit Augustinus Oldoinus Iesuita in suo Athenaeo Ligustico: Fulgentius Baldanus, Savonensis, poeticis studiis, insignique morum probitate illustris, vixit saec. XVII quo carmina lingua tum latina, tum hetrusca evulgavit in laudem Lucae Grimaldi, Augustini Auriae, et Augustini Pallavicini, Ducum Reipublicae Genuensis. Scripsit et alia vernacula lingua et etiam soluta oratione, quae ita inscribuntur:

1. *Le Confessioni del servo di Dio F. Alfonso d'Orozco dell'Ordine Erem. di S. Agostino* dal P. Baldani tradotte dallo Spagnuolo, con un *compendio dell'informazione della vita dello stesso.* In Genova, Tip. di Giuseppe Pavoni, 1624, in 12. [Pag. 81]
2. *Vita della B. Chiara da Montefalco... ridotta a semplice istoria da quella che scrisse il P. Giacomo Alberici.* In Genova per lo stesso, 1624 in 8°.
3. *Sospiri di S. Agostino tradotti dal P. Fulgenzo Baldani,* Genova per il Pavoni, 1623 in 12.
4. *Le meditazioni di S. Agostino tradotte dal medesimo,* in Genova, 1624.
5. *Orazione e Sermone di S. Agostino fatti nell'estremo di sua vita nella persecuzione Vandalica.* In Genova, Tip. Galenzani, 1644, in 12.
6. *Vita del Fra Diego Ortiz protomartire nel Regno del Perù, martirizzato l'an. 1571, raccolta dalla cronaca Agostiniana di quel regno; dedicata a Nic. d'Amico, senat. d. republ. di Genova.* Gen. 1645 in 4: di pp. 152. Haec insuper a Mazzuchelli, Vol. II, Part. 5, p. 95 recensentur: «a) *Epistola ad Iv. Nicolaum Sanctum Carregam* inserita nell'epistole di questo; b) *Due Madrigali* in lode di Agostino Doria, Duca di Genova, impressi con altri di varii autori nel 1601; c) *Varie poesie* in lode di Agostino Pallavicini, stampate con altre in Genova nel 1638; d) *due Sonetti* in lode del Baccelliere

Alberto Galenzani del suo Ordine, i quali si trovano stampati coi *Sensi d'umiltà* di Luca Assarino; e) ed alcune *Rime* nella raccolta fatta da Leonardo Sanuto di varii Poeti sopra la *Vita, Azioni, Miracoli di Dio umanato*. In Venezia appresso Sante Grillo e fratelli 1614 in 12. Gli si attribuisce anche una traduzione delle Confessioni di S. Agostino che si dicono impresse in Genova nel 1624 in 12, ma ciò non è certo».

(Cfr. insuper Giustiniani, p. 251; Soprani, p. 107; Ossinger, p. 97; Bibliot. dei Volgarizzatori, Vol. I., p. 20 et Lanteri, Vol. III, p. 53).

Baldassare Fr. Stephanus, de Sora in Campania, ortum habuit an. 1769. Decimum septimum annum agens, Augustinianam tunicam induit. Viterbii (an. 1788), Perusiae (1789), et Fani (1791) studia sua perfecit, ac die 22 Nov. 1791 Bononiae Lector est renuntiatus. An. 1793, iam Baccalaureus, docuit Metaphisices Anconae, inde, die 23 Iulii 1796 adivit Viterbium, ibique S. Theol. Magister renuntiatus fuit «Ingenii praestantia, ait Lanteri (*Postr. Saec. T. III*, p. 321), atque eruditionis amplitudine paucos pares habuit. Nullum fere aut litterarium aut scientificum opus indicari potest, in cuius lectione vir vere encyclopedicus versatus non fuerit». De religiosa vita studiosissimus, sese totum dedit ad vitam communem perfectam in nostris conventibus introducendam. In eius doctrina, morum suavitate, prudentia ac regularis zelo disciplinae omnes confidentes, ob mortem Rev.mi Mag. Xaveri Amoretti, Procuratoris Generalis Ordinis, qui die 30 Iunii in conventu SS.mae Trinitatis Suriani, quo se contulerat causa infirmitatis, supremum diem suum clauserat, annos natus 81, in eius locum sub die 9 Augusti 1839 suffectus est ad futurum usque generale capitulum, quod celebratum fuit Romae mense maio 1841, Praesidente E.mo Card. Augustino Rivarola ordinis protectore, in quo quidem munere Commissarius Generalis extitit, ab Urbe absente sacrae visitationis causa Mag. Philippo Angelucci Generali ordinis Priore. Ab officio Procuratoris Generalis absolutus, vitae perfectae communis amore capus se contulit ad Neapolitanum S. Mariae Magdalenae coenobium, ibique inter opera pietatis mansit usque ad obitum, qui contigit an. 1851, aetatis suae 82. Quippe qui erat **[Pag. 82]** etiam excellens poeta typis evulgavit haec poemata italico sermone exarata:

1. *La Susanna, Poema pastorale: Accedit: Tesperio, apologo greco, et: I riformatori, apologo filosofico*. Napoli 1834 in 8.
2. *I congressi degli animali, apologhi cananei con appendice Arabo-Greca*. Napoli, pe' Tipi della Minerva, 1837 in 8°, pp. 81.
3. *Saggio di poesie sacre e profane*. Napoli, dai torchi del Filiatre Sebezio, 1845 in 8°, pp. 160 et alia quaedam.

Balestri Fr. Costantius, floruit saec. XVII ac edidit: *Tesoro spirituale delle grazie et indulgenze concesse da molti Sommi Pontefici alla compagnia de' Cinturati del gran padre S. Agostino et madre Santa Monica. Eretta et costituita in Cremona nella chiesa delli reverendi padri di S. Agostino con quella della Madonna SS.ma di Consolazione di S. Iacobo di Bologna et di nuovo confirmate et ampliate da N. S. Papa Gregonio XV*. Cremona, 1627, Tip. B. et Eredi di Baruccino Zanni, in 16.

Balestri Fr. Ioseph, S. Theol. Mag., hodiernus Ordinis Assistens Generalis Italiae, Commissionis Biblicae membrum illustre, vir integritate morum, philosophicis ac theologicis scientiis, linguarum orientalium peritia, atque philologiae intelligentia et eruditione cum paucis conferendus, in oppido v. *Sasseta*, Dioecesis Pistoriensis, die 2 decembris 1866 ortum habuit. Dato die 22 maii 1881 Florentiae Eremitico Ordini nomine, sine mora nullum praetermisit studii genus aut officii quod laudem dignitatemque sui et Ordinis spectaret. Die 2 februarii 1883 professionem emisit, atque die 21 septembris 1893, studiorum curriculis magna cum laude confectis, primum absolvit divinum sacrificium. Scientissimos magistros inter alios habuit Angelum Ferrata, Augustinum Ciasca et Ignatium Guidi Athenaei Romani decus. Per plures annos postea nostram docuit iuventutem in nostro S. Monicae romano collegio, cuius et Rector extitit. Reversus deinc in suam Tusciae Provinciam, illius Prior Provincialis renuntiatur, ac tandem inter Assistentes Generales Ordinis adnumeratus est. Diu nunc bonus Deus illum sospitet. Opera eius praecipua haec sunt:

1. *SS. Bibliorum fragmenta Copto Sahidica Musei Borgiani*. Vol. III, Novum Testamentum. Romae ex typ. Polyglotta S. C. de Prop. Fide, 1904 (Pag. LXVIII-509 in fol). Accedit Album 40 tabulas phototypice expressas exhibens ex Phototypia Iulii Danesi. In nostra Ephemeride *Analecta Augustiniana* Vol. I., p. 41-43 ex alia S. I. cui titulus *La Civiltà Cattolica* multa atque laudabilia recensentur.
2. *Di un frammento palinsesto copto-saidico del Museo Borgiano* in Ephemeride *Bessarione*, T. IV, p. 61-69.
3. *Il martirio di S. Luca Evangelista*. (Textus Coptus et Versio itala) in eadem Ephem., Series II, T. VIII, p. 128-140.
4. *Il martirio di S. Teodoro l'Orientale e dei suoi compagni Leonzio l'Arabo e Panigiris il Persiano* (Textus Coptus et Versio Itala) item in eadem Ephem., Roma 1906, fasc. 89, pp. 248-263, et fasc. 90, pp. 151-168.
5. *Il martirio di Apa Serapione di Banefōsi* (Textus Coptus et Versio Itala) item ibidem, Roma 1906, Sez. II, Vol. 10, fasc. 88, pp. 48-59.
6. Permulta edidit in collectione, cuius titulus: *Corpus Scriptorum christianorum orientalium*, editum consilio Universitatis catholicae Americae et Universitatis catholicae Lovaniensis, curantibus I. B. Chabot, I. Forget, I. Guidi, H. Hyvernat, Parisiis. Noster Balestri [Pag. 83] una cum Hyvernat in lucem emittit *Scriptores copticos* praesertim illos qui scripserunt: *Acta Martyrum*. Edidit et alia.

Balestrieri Fr. Ascentius, Senensis, cuius gesta, scribit Landuccius, recensentur in serie alumnorum seu filiorum monasterii Ilicetani pag. 28 ubi haec sunt exarata verba: «Fr. Ascentius Barnabae Sen. qui in saeculo Antonius Maria dicebatur anno Dom. 1538 die vero 18 Septembris, relicto prius nostro habito quem susceperat, et Eremitico quondam habitu, tamquam liber per menses quosdam, spiritu bono tamen hinc inde discurrens, reversus est ad pristinum nostrum habitum, quem illi imposuit Rev. P. Fr. Paraclitus Dati tunc Prior, et cum bona gratia omnium, in manibus eiusdem elapso anno fecit suam professionem, et anno 1599, die 4 Octobris, quae est dies S. Francisci, genuflexus, et supplices ad Deum preces fundendo vitam cum morte commutavit.

Obiit Iliceti in postremo cubiculo ad dexteram fenestrae viam Senensem respicientis; quod cum prius nonnihil ingrati afferret odoris, eo defuncto ad plurimos annos in suavissimum rosarum spiritum commutatus». Eius cadaver iussu R.mi Archiepiscopi Senensis Camilli Burghesii clausum fuit in arca cipressina et repositum in sacrariis coenobii et Ecclesiae Iliceti. Auctores vitae B. Io. Chisii de Ascentio sic, p. 40, locuti sunt: *B. Asentius Sen. Vir innocentiae admirabilis, orans animam Deo reddidit*. Beatus etiam ab Herrera in *Alphabeto Augustiniano* T. I, p. 26, testaturque eum fuisse in sua Congregatione, magistrum novitiorum, Monti Speculi Priorem, et Congregationis eiusdem Visitatorem et Definitorem. Peritissimus erat Ascentius in musica, onusque Magisterii Cappellae pluribus in civitatibus, et praecipue in Metropolitana Sen. retinuit, *multas in lucem dedit compositiones* et praesertim *supra XII Articulos fidei* ut vulgo dicitur: *Credo grande con il contrappunto*. Ac etiam *illas quatuor Antiphonas B. M. V.*, quae recitantur post completorium ad breviores reduxit notas.

(Cfr. Landucci, *Sacra Illigetana Sylva*, Senis, apud Bonettos, 1653, p. 132). Iuxta Maracci in *Bibl. Mariana*, Part. I, pag. 147, Ascentius noster scripsit: *nonnulla coelestis spiritu fragrantia carmina pro B. Virginis festivitibus*. Vide ed. Mazzuchelli; *Gli scritt. d'Italia*, Vol. II, part. I, p. 166.

de **Balneo Fr. Petrus**, natione Italus cuius patriam Christianus Iöcher (T. III, col. 1455) Bagnoream, sive Balneum regium fuisse arbitratur, ac ideo alumnus Provinciae Romanae et filius coenobii Balneoregensis, vixit saeculo XIV, S. Theologiae doctor, qui famam suarum virtutum doctrinae et sapientiae undique sparsit, de cuius operibus duo mss. remansisse post mortem nostri scriptores testantur et sunt haec:

1. *Summa de plantu Ezechiae*, et

2. *Tractatus de virtutibus*; quae extabant iuxta nostrates, Romae in Bibliotheca Canonorum ad S. Petrum. (Ita Ossinger, p. 98 ex Pamphilo, fol. 67, ex Herrera T. II, p. 277 et ex Torelli, *Secol. Agost.* T. VI, p. 333).

de **Balneoregio Fr. Andreas**, in divinis disciplinis vir valde eruditus, circa an. 1573 primam aspexit lucem. Cum adhuc aetatis suae tamquam in vere esset, Augustiniamum Ordinem est amplexatus, suorum studiorum curricula Senis peragens; ac inibi an. 1578 extitit cursor et studentium magister, atque an. 1605 illius gymnasii regens. Anno autem 1608 erat Regens Firmi, an. 1609 Papiae, [Pag. 84] et postea Mediolani, quo die 15 aprilis 1615 S. Theol. Magisterium est adeptus. Romam deinc accersitur, ut ad salutaria decreta pro disciplinae in Ordine restauratione condenda totum incumberet, fitque ob id Visitator Generalis Italiae. Praefuit inde, ab an. 1620 suae Romanae Provinciae, ac tandem in patrio coenobio moritur, de se bonum, imo optimum nomen relinquens. Quae scripsit sunt haec:

1. *Tractatus de disciplinis theologicis ms.*

2. *Quaestiones super libros de anima ms.* Asservabantur in nostra Bibl. ad S. Marcum, et expl. «Laus Deo, Beatae Mariae Virgini, et Divo compatrio Bonaventurae in cuius pervigilio haec completa sunt Mediolani».

(Cfr. praesertim Quintarelli, *Degli Uom. illust. Bagnoresi dell'Ord. Ag.* Roma, 1887, 94).

de **Balneoregio Fr. Christophorus**, S. Theol. Mag., dicitur a Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 400, vir divina humanaque scientia ornatus. An. 1614 Mediolani et an. 1616 renunciatus fuit Senis Magister Regens. Mense maii 1620 Romae celebratum fuit totius Ordinis Capitulum Generale, quo Christophorus noster uti Discretus Provinciae Umbriae intervenire debebat, ast, morte praeventus, pie ad coelum advolavit. Nostrates affirmant illum *opus de Venerabili Eucharistiae Sacramento, et alia* elucubrasse; verum ubinam haec reperiantur nescimus.

(Cfr. Ossinger, p. 98; Lanteri in *Addit. ad Crusenii Monasticon*, T. II, p. 727, et Quintarelli in op. cit).

de **Balneoregio fr. Silvester**, litterarum ornatu, vitaeque probitate clarus, vixit saec. XV, praecipuasque in Ordine dignitates obtinuit. Perspicaci pollens ingenio an. 1459 is constiuitur de familia in nostro studio Senensi; die 3 martii 1460 fit ibidem cursor, et die 9 augusti eiusdem anni Perusiae Lector. S. Theol. Magister cum renuntiatus fuisset, an. 1468 Senas iterum mittitur Studiorum Regens. Praefuit inde Capitulo Prov. suae Romanae Provinciae mense aprilis an. 1470 Tibure celebrati, et an. 1475, tempore Quadragesimali, conciones habuit Tridenti, qua occasione fecit (ita apud Torellium, *Secoli Agost.*, T. VII, p. 237) magnam disputationem pro B. Simone, et magnum honorem habuit. Erat autem iste B. Simon puer quidam, qui praefato anno, die 24 maii, a Judaeis saevissime trucidatus fuerat, quique postea plurimis miraculis corruscabat. Huic puero Silvester noster veri martyrii, gloriam validissimis argumentis vindicavit contra aliquos, qui illi hunc honorem adimere contendebant. An. 1476, mense iunii Romae celebratum fuit Capitulum Ordinis Generale, et in eo ipse regimini suae Romanae Provinciae, usque eo a magistro Ambrosio de Cora detento, suffectus fuit. Fit postea totius Ordinis Procurator Generalis, anno videlicet 1483, quo, die 24 ianuarii, sermonem habuit in exequiis Cardinalis Rothomagensis Ordinis Protectoris, qui praecedenti die obierat. Tandem, vita, functo Ambrosio Corano, die 17 maii 1485, Ordinis Vic. Generalis constituitur. Hoc tamen officium parum tenuit; nam quatuor post menses, die nempe 13 sept. eiusdem anni, vitam cum officio in patrio coenobio dimisit, et haec sunt quae exaravit:

1. *Conclusiones cum earum declarationibus edite a Rev. Sacre theologie Magistro Silvestro de Balneoregio ordinis fratrum heremit. S. Augustini, super Canonizatione Beati Symonis Tridentini quem impia Gens Hebraea in contemptum fidei cristiane crudeliter enecavit ad Rev.mum Episcopum et Tridentine civitatis principem d.num Iohannem Inderbach* F. 9 b. Ep. data: Padue die VI Decembris MCCCCLXXV. s. l. a, et typ. u., 34 ll, 9 ff. (Cfr. Lud. Hain, *Repert. Bibliogr.* n° 15203).

[Pag. 85]

2. *Quaestiones theologicae*. Olim erant, iuxta Gandolphum, p. 313, Patavi mss. in nostra Bibl.

3. *Sermo funebris habitus in exequiis Cardinalis Rothomagensis Ordinis Eremit. S. Augustini Protectoris*.

4. *De subiecto Theologiae*, ms.

5. *De potentia generandi in divinis*, ms.

6. *De nobilitate intellectus et voluntatis*, ms.

7. *Discursus de Passione Christi*, ms.

(Cfr. Elssium, p. 624; Herrera, T. II, p. 389, Ossinger, p. 98; Possevinum, *Appar. Sacr.*, Vol. III, p. 218; Fabricium-Mansi, *Bibl. cit.*, T. VI, p. 478; Mazzuchelli, *Scritt. d'It. cit.* Vol. II, part. I, p. 65, et alios).

Balzofigliore Fr. Philippus, poëta ac orator praestantissimus in oppido *Forio* Aenariae insulae e piis ingenuisque parentibus an. 1830, die Deiparae Immaculatae Conceptae sacro ortum habuit. Adhuc peradolescens, vix duodecimum annum agens, e Neapoli a R.mo P. Palermo, qui pueri eximium ingenium atque praeclaras animi dotes suspexerat et sibi amoris signis devinxerat, ad Urbem ductus, habitum Eremitarum S. P. Augustini, summa cum laetitia induit, ac anno 1846 Tolentinum versus proficiscitur ut inibi tirocinium perageret. Votorum professione emissa Recinetum mittitur, ubi adeo in philosophicis ac theologicis disciplinis profecit ut testimonia laudabilissima a suis praeceptoribus promeruerit. Ita enim de illo R.mus P. Belluomini scribebat anno 1847: «Egregio a natura instructus ingenio magnam addiscendi voluntatem habet, plurimum proficit in psicologia. Quoad mores laudabiliter se gerit». Et an. 1848 «Fervens et velox habet ingenium; assidue studet, et magna cum laude Ethicae vacat. Nunc bene se gerit». Anno vero insequenti: «Huic est naturalis ingenii dexteritas; hanc auget assiduo studio; principatum obtinet in Theologia Dogmatica, lingua graeca ac historia ecclesiastica; meretur promoveri saltem ad Pro-Defendatum. Religiosis actibus assiduus». Interim in civitate Lauretana ordinatus, ubi *Verbum caro factum est et habitavit in nobis*, primum Deo litavit ostiam. Et cum omnium princeps in scientiis percolendis ac in disputationibus evolvendis evaderet, periculo laudabiliter peracto, Lector efficitur. Inde Romam a Superiore Generali accitus honestam ducens vitae rationem, per plures annos dissertissime alumnos docuit. Anno 1858, coram octo examinatorebus pro Regentiae laurea obtinenda magna cum laude examen subiit, et quinque post annos, die videlicet 8 decembris 1862, in S. Theol. Magister est renunciatus. Variarum Academiarum fuit socius, a Summo Pontifice pluries benedictus, ab omnibus ob eius comitatem, scientiam atque auream eloquentiam dilectus, ac existimatus. «Egli, ita scripsit illustris Card. L. Tripepi in suo funebri elogio, angelo dalle care fantasie, al suono dolcissimo di una cetra sempre immacolata e santa, coll'incantevole parola della poesia, che per lui non era ciancia sonora, ma apostolato e missione pel vero e pel bene, rapiva a sè gli animi della gioventù, traeva i cuori a Dio fonte d'ogni bellezza, che è luce del vero, li legava alla religione, origine d'ogni sincera ispirazione, e mostrava che sulla fronte del genio la più bella ghirlanda è quella intrecciata dalla fede; ghirlanda che al mutar del tempo, non perde mai la fragranza, ed anche quaggiù si abbellà di una gloria immortale, segno di quella che l'aspetta ne' cieli. Egli all'opera solenne si rivolge di sacro oratore [Pag. 86] e la compie con applauso e frutto che io non saprei ritrarre. Con quella parola che unisce il cielo e la terra, ora gemebonda e melanconcia, ora soave e delicata, ora robusta e fulminea, sempre ispirata al suo nobile scopo, sempre conforto alla virtù e sgomento all'empietà, si appalesa oratore, per la cui tomba par dettato l'elogio scritto da S. Gregorio Nazianzeno od altri che sia, in cui dicevasi che il sasso funereo premeva e rendeva muto un labbro, che in tutto avea favellato con eloquenza. Si mostra degno seguace e spesso emulo fortunato dei Flechier e dei Mac-Carty, e affilando le armi alla tempra che or si conviene, al secolo incredulo parla di fede, al secolo corrotto, di purezza, al secolo torbido, di pace, al secolo decaduto, di grandezza. Di sua voce fa risuonare le più splendide chiese d' Italia, dalle Basiliche Lateranense e Vaticana a quante altre son mai in Roma, Napoli, Firenze, Milano, Venezia, Torino, Modena, Reggio, Trieste, Genova, Lucca, Pisa. E con facondia sempre affettuosa, spontanea, ricca, forbita, dotta, sveglia dappertutto prodigi d'entusiasmo e di ammirazione, viene a

rinomanza di celebre fra gli oratori, leva tanto grido, che a stento la riverenza dei sacri templi raffrena i plausi, i quali fuori del tempio scoppiano in fragorose ed unanimi ovazioni». Reliqua praestantissimi hujus viri vita fuit continua lucta pro veri et justitiae triumpho obtinendo, et jam laboribus et infirma valetudine fractus apud Castrum Maris Stabii, quo ad sublevandas suas depressas vires sese receperat, improvisa morte die 20 Augusti 1877 ad superos evolavit. Scripsit edititque:

1. *Studi giovanili oratorii e poetici*. Roma, fratelli Pallotta, Tipografia, Piazza Colonna, 1859, 1 vol. in 8° pp. 373. Poeses reimpressae fuere, sed locupletatius ab iisdem Typogr. an. 1860 sub hoc titulo: *Religione ed Arte*.
2. *Parole di laude all'illustre martire di S. Chiesa S. Giorgio, protettore dell'antica terra di Monteappone nel Piceno, quivi dette nell'Aprile 1859*. Fermo, Tip. Paggasassi, 1859.
3. *La Madonna. Lavoro del P. Filippo Balzofiore, Regente Agostiniano, Socio d'onore dell'Artistica Congregazione dei Virtuosi al Pantheon e membro di molte insigni accademie italiane*, Roma, Tipografia Cesaretti, Via dell'Umiltà n. 79, 1801. 1 vol., in 8°, pp. 291. Locupletatius et correctius hoc opus fuit postea reimpressum an. 1864 a Tip. Pallotta.
4. *Orazione funebre del P. Antonio Bresciani d. C. d. G. detta dal P. Filippo Balzofiore nella Chiesa di S. Lorenzo in Lucina il 3 Aprile 1862*, Roma, Tip. Forense, 1862.
5. *I Ventitre Martiri Francescani canonizzati il dì 8 Giugno 1862, Discorso detto nel 1° giorno del solenne triduo nel tempio di Aracoeli*. Roma 1862 Tip. di Giov. Cesaretti, opusculum pp. 20 in 8°.
6. *La Fraternità. Ragionamento detto nella chiesa di S. Maria Maddalena in Roma nel giorno sacro a S. Camillo de Lellis*. Roma, Tip. Cesaretti 1862.
7. *Gesù Cristo. Conferenze del P. Filippo Balzofiore, Agostiniano*. Roma, 1864, fratelli Pallotta Tipografi, vol. I, in 8°, pp. 408.
8. *Orazioni Panegiriche del P. Filippo Balzofiore Agostiniano*. Roma, 1864, fratelli Pallotta tipografi, 1 vol., in 8°, pp. 315.
9. *Della venerabile Serva di Dio Anna Maria Taigi, tratti principali della sua vita*. Roma, 1865, fratelli Pallotta. 1 vol, in 16°, pp. 142.
10. *Del Culto di Maria. Conferenze per il mese di Maggio*. Roma, 1867. Tipografia fratelli Pallotta. 1 vol., in 8°, pp. 368. [Pag. 87]
11. *Sulle sette parole di Gesù sulla croce. Due esposizioni del P. Filippo Balzofiore Agostiniano*. Libreria ed Agenzia ecclesiastica di G. Amori, editrice, Palazzo del Governo Vecchio, 41 Roma, in 8°, pp. 103 et apud Pallotta 1868.

-
12. *Della vita del Venerabile Servo di Dio Stefano Bellesini, Parroco Agostiniano, per il Maestro Filippo Balzofiore del medesimo Ordine.* Roma, fratelli Pallotta, tipografi editori, 1868, pp. 168, in 12.
13. *La chiesa dei primi Padri. Lezioni sugli Atti degli Apostoli per il P. Maestro Filippo Balzofiore, Agostiniano, dette in Roma nella chiesa del suo Ordine.* Roma, Tip. Pallotta, 1870, 1 vol., in 8°, pp. 492.
14. *I mali del mondo e la provvidenza divina. Lezioni scritturali sul sacro libro di Giobbe, dette in Roma dal P. Filippo Balzofiore, Agostiniano.* Napoli, tip. di Angelo Trani, Conte di Mola a Toledo 13, 1871 in 8°, pp. 307.
15. *Inaugurazione del terzo anno della Società primaria Romana per gli interessi cattolici. Discorso del R.mo P. M. Filippo Balzofiore Agostiniano, e relazione pel secondo anno 1872 esibita dalla presidenza della Società.* Roma, 1872. Tipogr. Befani. Opusculum in 8°, pp. 154.
16. *I misteri della Vergine, tratti dal - Capitolo I del Vangelo di S. Luca. Sermoni per il mese Mariano con - nove discorsi sul. l'Assunta, del P. Filippo Balzofiore Agostiniano.* Roma, tip. e libreria di Roma del cav. Alessandro Befani, via delle Stimate 23. 1874, in 8°, pp. 371.
17. *Un'ora di passatempo.* Tip. e Libreria di Alessandro Befani, via delle Stimate, 23. Roma, 1875.
18. *Bellezza e Amore. Nuovo Mese Mariano dedicato alla Madonna di Lourdes per Filippo Balzofiore, Agostiniano.* Napoli, nei tipi di Salvatore Marchese, via de' SS. Filippo e Giacomo, 21, 1877, vol. in 12°, pp- 337.
19. *La Chiesa Cattolica e i bisogni dell'uomo. Quaresimale del P. Filippo Balzofiore, Agostiniano.* Roma, Tipografia Forense della Campana di S. Pietro. Vol. II.
20. *Poesie inedite.* Napoli, Tipogr. Festa, 1905 in 12°, pp. 110. Aliae Poeses et orationes sacrae reperiuntur sparsim in aliquibus ephemeridibus, praesertim in ea quae vocabatur: *La Campana di S. Pietro*, sicut circumfertur libellum perpulcrum cui titulus: *P. F. Balzofiore. Le Riconoscimenti Regolate, ovvero scorta fedele per ben regolare le ricreazioni.* Napoli, Lorenzo La Pegna, Trinità Maggiore, n. 42, 1890. At non potui comperire an certo sit opus eius necne. Reperiuntur etiam sequentia eius scripta autografa, nunc asservata in archivio Ordinis, videlicet:
1. *Elogio funebre del celebre Maestro, Cav. Giovanni Pacini.*
 2. *Nella Solenne Canonizzazione di Santa Germana Cousin. Parole del P. Filippo Balzofiore, Agostiniano.*
 3. *Nel Triduo solenne di S. Maria Francesca delle Cinque Piaghe nella Chiesa di S. Carlino in Roma. Orazione panegirica del P. Maestro Filippo Balzofiore, Agostiniano, Consultore della S. Congreg. dei Vescovi e Regolari.*
-

4. *Il SS.mo Cuore di Gesù Cristo. Orazione panegirica detta nella Ven. Chiesa della Pace dal P. Filippo Balzofiore Agostiniano il dì 9 Giugno 1861.*
5. *Al glorioso S. Rocco. Parole del P. Filippo Balzofiore, Agostiniano, dedicate all'ospitale Banco, 1865.*
6. *Discorso accademico sulla musica sacra.*
7. *I Martiri Gesuiti beatificati da S. Santità Pio IX nel 1867. Orazione Panegirica detta nella Chiesa del Gesù in Roma dal P. Filippo Balzofiore, Agostiniano. [Pag. 88]*
8. *Tobia e l'educazione della famiglia.*
9. *Di S. Giacinta Marescotti. Orazione panegirica detta nel Febbraio del 1868 nella Chiesa dei Nobili Sacconi al Foro Romano dal P. Filippo Balzofiore, Agostiniano.*
10. *I Defunti. Discorso.*
11. *Di S. Leonardo da Porto Maurizio. Orazione panegirica per il P. Maestro Filippo Balzofiore Agostiniano, 1868.*
12. *Per Professione d'una Monaca Filippina senza voti. Parole.*

(Cfr. Perini, *Studio Bio-Bibliografico sul Card. Agostino Ciasca*. App. I, p. 174 et seg. ubi reperitur eius effigies).

Barba Fr. Io. Iacobus, Neapolitanus, S. Theologiae Magister, vir apprime doctus, et egregie cordatus homo, an. 1534 eligitur prima vice Ordinis Procurator Generalis, atque iterum an. 1543; et cum hoc munere fungeretur a Paulo III, anno postero, Sacratio Apostolico praeficitur. Duobus post annis, die 25 maii creatur Episcopus Interamnae in Aprutio, unde postea a Iulio III die 3 iulii ad Interamnensem Ecclesiam translatus fuit. Apostolici Sacrii praefecturam exercuit sub Paulo III, Iulio III, Marcello II, Paulo IV et Pio IV, quibus acceptus fuit, et Pauli IV ante pontificatum familiaritate gavisus fuerat. In congregationibus quae gravissimis de rebus coram Summis Pontificibus haberi solent, suae saepe doctrinae amplitudinem ostendit. Anno 1568 magna cum laude Concilio Tridentino interfuit. Erga Augustinianum Ordinem, uti refert Ughellus, T. I, col. 762, n. 51, ingenti zelo exarsit, quamvis plus aequo forsitan in eiusdem Ordinis negotia tractanda se libenter ingereret, variisque vicibus supremos illius gradus tentarit; quapropter Paulus IV hunc nimium zelum temperare cupiens die 19 iulii 1559 apposite decrevit, ne quis Regularis Episcopus ullum dignitatis gradum in respectivis Ordinibus assequi posset. Tandem dum Interamnae Romam pergeret, gravi quodam morbo correptus, Utriculi obiit die 1 octobris 1566, atque interim clam delatus in Cathedrali sepelitur. Eius extat quaedam *Epistola* in cod. 119, f. 82, Bibl. Angelicae Urbis, et quaedam aliae eiusdem *Epistolae* sunt in Archivo Ordinis. Haec fere ad verbum ex *Chronistoria Angeli Rocca de Sac. Apost.* p. 345, et ex Lanteri *Erem. Sac. Aug.*, Part. I, p. 95. (Cfr. etiam Nic. Palma, *Hist. Interamnae*, T. III, p. 21).

Barbarossa Fr. Paulus Aemilius, in oppido Trivillii natus, Eremitarum Institutum in Congregatione Lombardiae suscepit. In praecipuis Italiae urbibus summo plausu conciones habuit. Eum Fridericus Cardinalis Borromaeus, Archiepiscopus Mediolanensis in primis dilexit, eiusque opera in gravissimis suae Dioecesis negotiis usus est. Seriis studiis amoena quoque permiscuit, poesim praesertim, atque historiam. Conventus S. Pauli Papiae an. 1593 Prior invenitur. Per varios honorum gradus ad Vicarii generalis Congregationis suae officium ascendit, electus ad id muneris in comitiis habitis an. 1612 in coenobio Mediolanensi S. Mariae Coronatae. Religiosis virtutibus claruit, facundia, comitate et oris maiestate conspicuus. Obiit Trivillii die 14 decembris an. 1614. Ita Philippus Argelati in *Biblioth. Script. Mediolanen.*, T. I, Part. II, col. 115. Quae scripsit sunt haec:

1. *Opus de B. Maria Virgine super Cantica Canticorum Salomonis*. Ms. extabat, iuxta Moraccium in *Biblioth. Mariana*, Vol. II, p. 209, in nostra *Biblioth. Mediolani*. [Pag. 89]
2. *Minervae corona tribus insignita gemmis inventa indicatione Fr. Pauli Aemilii Barbarossae*, an. 1584.
3. *Quatuor temperamenta aetatisque temperamentorum mistica theoria*, 1584.
4. *Divini amoris encomia ad R. Benignum de Cremona*.
5. *Canzoni VIII spirituali in versi sciolti*. Pavia, Tip. Vicani, 1594 in 4.
6. *Sonetti e Madrigali alla B. Chiara della Croce*. Innanzi ed in Appendice alla vita della medesima Beata. In Roma, 1610.
7. *Canzone eroica per il glorioso Serafico S. Francesco* quae invenitur parte I Corona Apollinis Petri Hieronymi, p. 121 et segg. Item in opere cui titulus: *Sette Canzoni di sette famosi autori in lode del Serafico Padre San Francesco e del sacro monte della Vernia raccolte da Fra Silvestro da Poppi, minore osservante*. Firenze presso Giov. Antonio Coneo e Raffaele Grossi, 1606 in 4°. Item «pur Volunaro Tienar, 1607 in 4» et iterum per Giov. Antonio Coneo, 1609, in 4°.
8. *Rime spirituali e Morali ed altri Versi* qui inveniuntur in nova Collectione versuum sacrorum, quos excellentiores Italiae Poetae composuerunt de Mysteriis Vitae et Mortis Christi Domini nostri ac de Regina Coeli, et Eugenius Petrelli Venetiis collegit et ibidem in lucem edidit apud Antonium Pinelli, 1616 in 12.
9. *Scala di Giacobbe ad istrutione de Predicatori*. ms.
10. *Scudo o specchio de' Predicatori*: ragionamenti 25. ms.
11. *Constitutiones* 95 quas fecit tempore Vicariatus pro reformatione suae Congregationis et alia.

(Cfr. Calvi, *Delle Mem. Ist. della Congr. Osserv. di Lombardia*, p. 423; Ossinger, 1. c. p. 101 ; Mazzuchelli, b. e. 1. c. Vol. II, parte I, p. 274; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 181 et alios).

Barberini Fr. Bartholomaeus Augustinus, Papiensis, S. Theol. Mag., claruit saec. XVIII non minus humanarum litterarum cultu, quam vitae morumque integritate. An. 1760 erat studens Placentiae, an. 1765 cursor in patrio S. Augustini coenobio; an. 1767 Lector Mediolani ad S. Marcum; an. 1771 Bononiae Bacc., ac tandem S. Theol. Mag., fuit renuntiatus. An. 1782 erat iterum Papiae, ac inibi edidit: *Critico Storica esposizione della vita di S. Severino Boezio, Patrizio, Console e Filosofo celebratissimo*. S. a. [1782, 28 iulii] nella stamperia del R. ed I. Monastero di S. Salvatore, in 8.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 339).

Barbero Fr. Carolus Iuvenalis, Carmaniolensis, Congregationis Augustinensium Disalceatorum Italiae, floruit saec. XVII, ac edidit: *Vita di S. Pancrazio*. Carmagnola, 1655. Ad Ordinem Servorum B. Mariae Virginis postea transivit, atque inibi nonnullas alias opellas typis mandavit.

(Cfr. Della Chiesa, *Catalog. cit.* p. 152).

Barbieri Fr. Augustinus, morum gravitate atque pietate clarus, floruit saec. XIX., et typis dedit: *Brevi notizie istoriche sulla vita del B. Simone de' Fidati da Cascia, sacerdote Agostiniano*. Firenze, Tip. del Giglio, 1835.

Bariano Nicolaus, Placentinus, floruit saec. 15 labente, praesertim ab an. 1477 ad an. 1508. Circa annum 1482 philosophiae schola ei commissa fuit Pisis, ubi erudiebat suos in rerum divinarum scientia. Fuit Academiae Pisanae Theologiae professor. «Scriptor praestans (ita Fabroni in *Hist. Acad. Pisanae*, Vol. I, p. 296) [Pag. 90] tum in deferenda veritate, tum in notandis corrigendisque deerantium vitiis et in instituendo docendoque prudentissimus plura emisit quae ad existimatione hominum dimanarunt. Ex his commemorantur orationes ad populum esurialibus feriis habitae, quas Herculi Atestino Ferrariensium principi nuncupavit, et in quibus saluberrima ad vitam moderandam praecepta continentur, elogia quoque sanctorum multa quibus Agiologiorum titulus fecit». Ex his literis nuncupatoriis, ad Herculem Atestinum datis, clare cernitur Borianum nostrum ad Insubricae Augustiniensium Congregationem pertinuisse, ac ideo corrigendus noster Torelli T. VII, p. 251, aliter scribens Barianus fuit et iuris Pontificii consultissimus, ac ideo exorta controversia de praecedentia inter Augustinianos et Minores, ipse sui Ordinis causam acerrime defendit, atque victor evasit, primis illius temporis iuris consultis, ipsius sententiae album calculum adiicientibus. Hi fuerunt Iason, Decius, Felinus aliique illius temporis iurisconsultissimi. Aliam item celebrem habuit contentionem de Montibus pietatis, quos ipse tamquam illicitos reprobabat. At in hoc certamine adverso Marte pugnavit. Laudatur ab omnibus nostris, praesertim ab Herrera T. II, p. 194, Gandolpho, p. 268, Ossinger, p. 102 et a Lanteri, T. II, p. 130, nec non a quamplurimis externis, praecipue a Mazzuchelli, Vol. II, part. 1, p. 362, a Moreri, T. IV, p. 407, ab Henrico Warthon in Append. Hist. Lit. Guillelmi Cave, p. 216 et ab aliis qui recensentur ab Ossinger. Opera praeclarissimi Piacentini sunt:

I. De Monte Impietatis (In fine): Impressum in alma Civitate Cremonae anno Dominicae Salutis MCCCCLXXXVI nonis octobris? in 4° (Hain 2463) ff. 34 a - i, charact Rotund. 11. 40 f. 1°. Domino suo Rev.mo D. Georgio Albanensi Episcopo et sanctae Rom. Ecclesiae Cardinali dignissimo fr. Nicola Barianus de Placentia indignus professor Theologiae Ordinis Eremitarum divi

Augustini regularis observantiae. Epistola dedicatoria data est: Mediolani Kal. Iunii, 1494 (Vide et Pellechet, n°. 1846, et Proctor, 6931). Hoc opus postea evulgatum fuit a doctissimo Saffi, et reimpressum in libro Dorotheae Asciani (Id est) Mathiae Zimmermanni de Montibus Pietatis, p. 964, Lipsiae typis Bavarianis, 1670 in 4°. Extat in Biblioth. Regia Parisiis, in qua etiam habetur: Defensorium Montis Pietatis contra figmenta aemulae falsitatis, praecipue in Nicolaum Barianum per Fr. Bernardinum de Bustio de Mediolano, Ordinis Minorum Mediolani, 1497 in 4°.

2. *Causa Vitaliana de praecedentia heremitarum et minorum per clarissimum Theologum Nicolaum Barianum de Placentia ipsorum heremitarum divi Augustini observantiae, decisa.* (In fine): Impressum Cremonae per magistrum Carolum Derlerium. Anno Domini millesimo quingentesimo octavo Idibus aprilis. In 4°. char. goth. duobus columnis cum registro - a - c. (Cfr. Molini, Operette Bibliogr., Firenze, 1858, p. 136. In cod. 1182 Bibl. Angelicae Urbis adest idem opus et est Card. Raphaeli Riario dicatum. Vide Narducci, catalogus cit. p. 492).

4. *Quadragesimale et quodlibeta 77 Quaestionum praedicabilium editum per clarissimum S. Theol. doctorem Nicolaum Barianum de Placentia Ord. Erem. S. Augustini,* Bononiae, per Ioannem Antonium Platonidem 1501, in 4°.

5. *Sanctuarium, Agiologus dictus, seu Conciones in festis Sanctorum.*

6. *Commentaria super logica nostri Pauli Veneti, quae citantur ab ipso Bariano, in opere: De Montibus impietatis.* [Pag. 91]

Barilari Fr. Thomas de Talamello, S. Theol. Mag., Provinciae Romandiolae alumnus, vir fuit, ut ait Ossinger, p. 887, in dicendi genere clarus, in concionando gratissimus, integritate vitae et eruditione commendabilis, nec non S. Scripturae expositor excellens. Creatus fuit S. Theol. Magister die 24 Octobris 1615; mense maii anni insequentis Prior monasterii S. Augustini Ticinensis, quo statim experiri potuit quam infensi erant nostratibus canonici Regulares Lateranenses. Propter eius prudentiam, doctrinam, morumque probitatem die 26 aprilis an. 1618 Comes Palatinus fuit institutus a Magistro et in Sacra Theologia Doctore Fr. Nicolao Bussetto Derthonensi eiusdem nostri Ordinis clarissimo alumno, atque an. 1620, in Capitulo Generali Romano fuit praefectus suae Romandiolae Provinciae. Adhuc vivebat circa an. 1630. Eius opera sunt:

1. *Rationale utriusque potestatis ecclesiasticae ac iurisdictionis S. Matris Ecclesiae Catholicae cum obedientia in utroque foro, nec non clericorum immunitate libertateque, collectum praecipue ex Augustini simulque Augustinianorum doctrina.* Ticini Regi, 1613 in 4°. Hoc in opere, pag. 102, fit mentio de Universitate Mexicana civitatis v. Vera Cruz ac editum fuit iterum ibidem an. 1617 et 1618 in 12°.

2. *Lectiones in psalmum De profundis.* Papiae, Iacobus Audizonus, 1616.

3. *Expositio in canticum B. semper Virginis Mariae, nempe super Magnificat.* Arimini, Symbenius, 1620. in-4°.

4. *Tractatus de corrigia Augustiniana,* Arimini, 1620.

5. *Speculum clarissimum verissimumque utriusque habitus nigri et albi heremitici Augustiniani*. Arimini, 1620 in 4°.

6. *Discursus praedicabiles saper Adventum Domini*, pro quibus edendis facultatem obtinuit sub die 1629.

(Cfr. Baxium, Elssium, Herrera, T. II, p. 462; Maracci, *Bibl. Mariana*, Vol. II p. 416; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 82; Hurter, *Nomencl. Litt.*, T. I, p. 241, 2dae ed.; Lopez, *Addit. ad Crusenii Monasticon*, T. II, p. 348; Maiocchi-Casacca, *Codex Dipl. cit.* Vol. IV, pp. 248-260 et alios).

Barilli Fr. Ludovicus, Bergomas, Congregationis nostrae Lombardiae theologus, fuit Ducis Mediolani confessarius. S. Carolus Borromaeus, ut scribit Ossinger, p. 104 atque Herrera, T. II, p. 22, eum summopere aestimavit, et anno 1565 Episcopo Brixiensi socium adiunxit, ut in locis suae iurisdictionis disponeret canones circa celebrationem Missarum et administrationem sacramentorum, quod negotium cum magna prudentia, atque doctrina peregit. Fuit etiam variorum conventuum Prior, et Archiepiscopi Mediolanensis theologus et consultor. Exorta Cremonae inter nostram et aliam religiosam familiam haud levi de re litteraria contentione, decretum fuit ut quaestio, proposito vincenti magno praemio, coram Episcopo in Cathedrali Ecclesia publice disputaretur. Ex nostris in arenam descendit iste Ludovicus Barilli, qui ita egregie se gessit ut et victoriam et praemium retulerit. Mortalem tunicam exuit an. 1597, die 18 maii. Celebratur a Io. Maria Mazzuchelli, Vol. II, part. I, p. 392, a Christiano Iöcher et a Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, p. 172 a quo haud fere ad verbum accepimus et male vocatur *Barile*. Praelo Ludovicus tradidit: *Quadragesimale Ambrosianum, in quo unicuique Evangelio, praeter ipsius expositionem, speciales tractatus apponuntur...* a R. P. F. Ludovico Barillo Bergomen. *Congreg. Erem. S. Augustini* [Pag. 92] *observant. Lombardiae theologo editum*. Bergomi, typis Comini Venturae, 1594, in 4° et iterum «Tabulae illustratum industria R. P. Iacobi Bergomen. a Sarnico eiusdem instituti Vic. Generalis» cuius Ludovicus extiterat peramatus praeceptor, iisdem typis, an. 1601 in 4°. Asservatur in *Bibl. Angelica de Urbe* sub litt. d. 6. 19.

Bariola Fr. Aloysius, Mediolanensis, alumnus Provinciae Lombardiae, ortus est secunda medietate saec. XVI. In Ordinis Regestis invenitur Studens Bononiae an. 1585, Cursor Perusiae an. 1587 et ibidem anno in sequenti magister studii, an. 1590 Lector Papiae atque ibidem mense Maii 1591 Baccalaureatus gradu decoratus; anno denique 1592 sacrae theologiae doctor declaratus fuit. Docuit postea in Ordinis gymnasia, et Mediolani, quo Insubricam Provinciam gubernavit, fuit Matricis Ecclesiae poenitentarius, Congregationum S. Officii et Indicis consultor, ac librorum imprimendorum pro Ill.mo et Rev.mo D.no Friderico Card. Borromaeo Archiepiscopo censor. An. 1608, die 18 Iulii commissarius constitutus fuit in Conventu nostro Papiensi ob nonnullas perturbationes illic inter Patres circa celebrationem novi capituli atque electionem Prioris obortas. An. 1620 in Cap. Generali, Romae celebrato, propositus fuit, secundo loco, ad officium Procuratoris Generalis obeundum, sed electus evasis Mag. Guillelmus Fulginas. Dicitur ab Ossinger in *Bibliotheca Augustiniana*, p. 104: «vir insigni spectataque virtute praeditus et in sacris canonibus summopere versatus». Mortalitatis vestem exuit die 30 Aprilis 1628 aetatis suae 60. In lucem dedit quae sequuntur:

1. *Flores Commentariorum R.mi D. Francisci Pegnae in directorium Inquisitorum collecti. Opus sane pensile doctoribus, theologis, confessariis Religiosis omnibus. His accessit Summarium*

Bullarum S. Officio deservientium una cum disputatione de auctoritate Extravagantium utilitate. Addita sunt notabilia circa Propositionum qualitates et mulierum sollicitationem in Sacramento Poenitentiae aliquando occurrentem. Novissime apposita fuere nonnulla consilia pro foro conscientiae satis utilia. Mediolani apud Ieronymum Bordonum, 1610 in 8: Haec omnia fuerunt ab auctore recognita et aucta et typis iterum Mediolani apud Haeredes Pacifici Pontii et Io. Baptistam Piccalem Impressores Archiepiscopales, an. 1625, in 8 demandata sub hoc titulo: *Flores Directorii Inquisitorum collecti a Fr. etc. Accesserunt hactenus de sollicitatione poenitentium, de Propositionum gradibus et qualitate. Plura hic consilia amborum praesertim utriusque foro accomodata: una cum Bullis Apostolicis S. Officio pernecessariis. Opus non modo Consultoribus S. Officii sed doctoribus, Confessariis, et Religiosis omnibus perutile.*

2. *Aphorismi alphabetico ordine dispositi in utroque foro interno videlicet et externo ex doctorum consiliis collecti Opus clericis Religiosis Sacerdotibus, Confessariis, Praelatis, Iudicibus, Procuratoribus, et advocatis valde accommodatum, ad Ill.mum D.num Marcum Antonium Montium in universa Mediolanensi dictione Senatorem amplissimum.* Mediolani, apud Heredes Pacifici Pontii et Io. Baptistam Piccalem Impressores Archiepiscopales, 1628 in 8: sunt in Angelica in X. 3,13.

3. *Summarium Bullarum S. Officio deservientium.* Mediolani, 1610 et 1620 in 8.

4. *Consilia pro foro conscientiae utilia.* ms. (Cfr. Argelati, *Bibliotheca scriptorum Mediolanensium*, Part. II. T. I. p. 122; Philip. Pinicelli in *atheneo Litt. Med.* p. 402, Mazzuchelli, *Scrittori d' Italia*, Part. II. Vol. II, p. 363; Herera, *Alphabetum Augustinianum*, Tom. II. p. 25; [Pag. 93] Elssium, *Encomiasticon Augustinianum*; p. 437; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.* Vol. II., p. 433 et Hurter, *Nomenclator Lit.*, Vol. III (1907) coll. 579, 876.

Barnaba Fr. Felix, cuius aevum a scriptoribus reticetur, sicut et patria, fuit in Congregatione Augustinensium S. Ioannis ad Carbonariam Theologus et Magister non spernendi nominis. Teste oculari Nicolao Toppio, *Bibl. Neapolitana* (1678-1683), T. I., p. 81, reliquit ms. *Commentaria in Quadragesimam*, quae asservabantur in nostra Bibl. S. Ioannis ad Carbonariam.

(Cfr. et Mazzuchelli, Vol. II, part. I, p. 376, et Ossinger, p. 105).

Bartei Fr. Hieronymus, latine Barthaëus vocatus, Aretinus, clarus musices praefectus, floruit saec. XVI labente et saec. XVII ineunte. An. 1607 erat chori canentium magister in Ecclesia Cathedrali Volaterrana, et an. 1619 in Ecclesia S. P. Augustini de Urbe. Musicae rationis fuit studiosissimus atque in ea excelluit. Typis mandavit:

1. *Il primo libro de' Madrigali a cinque voci, novamente composti et dati in luce.* In Venetia, appresso Ricciardo Amadino (MDXCII). Vol, in 4: Dicat opus sub die 15 aprilis 1592 «al Maestro Giacomo Gramignoli da Cortona del Ordine Eremitano di S. Agostino», pp. 1-20 (Cfr. *La Bibliofilia* edita da Leone S. Olschki, Firenze, an. VIII, 1906-1907, Vol. VIII, p. 246).

2. *Responsoria omnia, quintae ac sextae, Sabatique majoris Hebdomadae, Paribus vocibus. Ab Ad.m Rever. Fr. Hieronymo Bartheo Aretino Augustiniano, Cathedralis Volaterranae Ecclesiae Praefecto Musices in lucem edita, iuxta Breviarij Romani formam, una cum Zachariae cantico, ac*

David Psalmo, ipsis feriis accomodata. Venetiis, apud Ricciardum Amadinum, 1607, in 4°. Cantus, Tenor, Altus et Bassus, opuscula quatuor, dicata «Rev. D.no Nicolao Tanio Canonico Volaterranae Cathedralis dignissimo», Vulteris III Kal. Iulij 1607 (Cfr. Gaspari: *Cat. della Bibl. del Liceo Musicale di Bologna* (1892) Vol. II, p. 175).

3. *Missae ad otto voci con basso continuato.* Romae, 1608.

4. *Il primo libro de' Ricercari a due voci.*

5. *Il secondo libro degli concerti a due voci accomodati per suonare con qualsivoglia stromento, con la parte continua dell'Organo.* Haec tria postrema opera referuntur a F. J. Fétis, *Biographie univ. de Musicien.*, Paris. 1860, T. I., p. 255.

6. *Fr. Hieronymi Barthaei Aretini Ecclesiae S. Augustini de Urbe musices moderatoris liber primus sacrarum modulationum quae vulgo motecta appellantur duabus vocibus cum basso ad organum accomodato.* Romae, apud Ioan. Baptistam Robbletum, 1619.

(Cfr. *Catal. Biblioth. Borghesiana*, Parte I, p. 630, n° 4337).

Bartoli Fr. Gabriel a S. Maria, Ferrariensis, alumnus Congregationis exalceatorum Italiae, vixit saec. XVII. Sui temporis fuit fervidus ac optimus concionator, nec non arti poeticae tam vulgari quam latinae magnopere deditus, habuitque particularem devotionem erga S. Teclam, in cuius honorem non tantum officium ecclesiasticum privatim sed etiam sequentia opera edidit. Plenus meritis mortem oppetiit an. 1673. Eius igitur laboris fructus sunt sequentes:

1. *Devoti cordis orationes iaculatoriae Ritmicis, modulationibus concinnatae Christi Sponsae D. Theclae Virg. et Mart. Urbis Auximi Protectric.*, Ferrariae apud Sozzium, 1658, 1 vol. in 8°. [Pag. 94]

2. *Armonia Spirituale di cinquanta lodi composte in onore di S. Tecla.* In Ferrara, 1659, in 4°.

3. *Cantilena in honorem dictae Sanctae*, quae invenitur: *nelle Rime scelte di Poeti ferraresi*, fol. 351.

4. *Tecla illustrata* ms. Opus laudatum a Carolo Settala, Episc. Dertonen. in suo *Trattato de' Misteri e sensi mistici della messa*, p. 246.

5. *Prediche diverse.* Ms. 244 Biblioth. Civicae Ferrariensis, chart. in fol. saec. XVII, ff. 317, pulcherrime exaratus.

(Cfr. Ossinger, p. 106; Mazzuchelli, Vol. II, part. I, p. 442; Antonelli, *Indic. dei mss. della Civica Bibliotheca di Ferrara*, Ferrara, 1884, p. 142 et alios).

Bartolomei Fr. Antonius, Signinus, Provinciae Romanae alumnus, die 4 iulii 1884 ortum habuit, nomenque Ordini nostro 7 die dec. 1900 dedit, eiusque regulam die 8 decembris professus. Studiorum curriculis confectis atque Praesbyter effectus, mature ad italas missiones in America

Septentrionali missus fuit, ibique Philadelpiae suum apostolicum zelum explicavit. Moribus ac religione pius, Communitati S. Mariae de Bono Consilio, cuius extitit Prior, admodum profuit. Diu illum bonus Deus sospitet. Scripsit:

1. *Gli sposi cristiani istruiti nelle principali verità della fede e nei loro doveri*. Tip. Agost. del Buon Consiglio, 816 Christian Street Philadelphia Pa., 1915.
2. *La confessione difesa dagli attacchi dei moderni increduli Protestanti*, Philadelphia Pa, 1917.
3. *Canzoncine sacre per Scuole e missioni*, Philadelphia Pa. s. a. (1918). pp. 64, et alia quaedam.

Bartolomei Fr. Guillelmus, Lucensis, primam suam lucem aspexit anno 1803. A prima aetate habitum Fratrum Erem. S. Aug. in patrio coenobio induit, ibique grammaticam didicit, et anno 1822 Fulginiam missus in philosophicis ac theologicis disciplinis sedulam navavit operam. Ioanne M. Conti et Michaelae Magnani studiorum Regentibus, in iis multum profecit, vitamque religiosam impense coluit et sereno ingenio, quamvis parum firma frueretur valetudine, Pro-Defendentis munus exercuit. Inde Perusiam iam ad Presbyteratus ordinem adlectus, missus, anno 1828 ad Lectoratus gradum promotus est. Optimo pollens ingenio in adolescentibus sibi commissis erudiendis mirifice incumbuit. Mense septembris an. 1829 Romae ad Collegium et Regentiam examinatus, approbatusque, Fulginiam reversus est. Dum hic munus suum exerceret, anno 1832 mense ianuario, «Terra (ut ipse P. Bartolomei in relatione Studiorum R.mo P. Generali scripsit) mota est a facie Dei Iacob et civitas Fulginia quasi in nihilum redacta est. Habitatores dispersi consternati et tristi afflictione percussi huc illuc errantes crudeli plantu lugent res amissas, civitatem eversam, quin habeant forsanspem reficiendi ruinas. Hei mihi! Dum diem decimum tertium hujus mensis, horam vigesimam primam, et vigesimam secundam mea mente revolvo, quis poterit me prohibere a lacrimis? Vidi oculis meis, lacrimabile dictu, vidi ruinas vere minaces nostrum coenobium quasi totali jactura ferire, ictu oculi, unico momento ire in dispersionem honorabiles labores tot praestantissimorum ordinis nostri virorum, nostrorumque Patrum, et vidi meipsum, omnes meos confratres sine tecto, sine habitatione atrae fortunae subiectos. Tunc fuit, me iniisse consilium, nullo salutis lumine remanente, citio citius, iter suscipere Perusiam versus cum omnibus meis discipulis, calcantibus pedibus rudera domorum eversarum [Pag. 95] et viam atro luto refertam, et pluvia continua cadente, coenobium SS. Philippi et Iacobi petivimus ora prima post mediam noctem itinere fessi, et summo timore percussi. Ab hinc puto, meo adimplere officio tibi reddendo rationem de illo profecto, quem juvenus meae curae concredita retulit ab assidua mea instructione, licet inter timores et crebra mala dies per annum simus versati». Perusiae Guillelmus noster mansit usque ad annum 1833, quo mense octobris ab ipso Rev.mo P. Generali Laurentio Tardì laurea magistrali condecoratus fuit. Romam inde accersitus conciones quadragesimales in nostra ecclesia S. Augustini an. 1835 habuit, ex qua praedicatione magnum nomen concionatoris sibi comparavit. Cum fructu et laude praedicavit etiam in aliis civitatibus, et Romae S. Scripturae interpres fuit. An. 1840 Bibliothecae Angelicae theologus, anno insequenti Assistens Generalis et examinatus Episcoporum nominatus, die 17 martii 1859 fato concessit. Ordine alphabetico Mss. latinorum Bibliothecae Angelicae Catalogum anno 1847 digessit et quamvis ab Henrico Narducci (*Catalogus Codd. Mss. Bibl. Aug. Romae 1893 in principio*) ipsius labor dicatur *crassioribus erroribus scadens*, tamen sine nostri Bartolomei catalogo forsanspem Narduccius catalogum suum nec incipere nec perficere valuisset. Scripsit insuper proloque mandavit:

1. *Discorsi detti nel Duomo di Orvieto nel 1854*. Orvieto, Tip. Pompei 1854, in 8°.
2. *Corso di conferenze sopra la Religione e la Morale del P. ecc. dedicate al P. R. M. Paolo Micallef Vicario Generale di tutto l'Ordine Agostiniano*. Fuligno Tip. Tomassini 1857-58, vol. 2.
3. *Index mss. Bibliothecae Angelicae ms. in ipsa Bibliotheca Angelica*, an. 1840 confectum. Certe Bartolomei suum catalogum confecit ex alio praeexistente in memorata Bibliotheca, qui inscribitur: *Index manuscriptorum ordine alphabetico descriptus a P. Basilio Rossegrier, patria Tolosano, in hac Bibliotheca per XXX ferme annos substituto, et die XIII martii, anni MDCCXXXIII aetatis annorum LXXVII in hac alma Urbe defuncto ut ex prima pagina iudicis magni hujus Angelicae antiqui clare apparet facta characteris collatione; uti per aliam manum in frontespicio eiusdem indicis notatum fuit*. Notandum insuper est, quod Henricus Celani, Bibl. Angelicae uti distributor addictus, scripsit in suo opusculo: *La Biblioliteca Angelica (1605-1870) Note ed appunti*, Firenze, Leo S. Olschki, 1911, p. 18, quemdam nostrum religiosum, Bibliothecario illius Bibl. assistentem, Guillelmo nostro alludens, inter annos 1832-1837, pravo animo affectum, vendidisse quasdam rariores editiones librorum eiusdem Bibliothecae. Sed praefatus Celani hanc infamiae notam in nostros iniecit, sperans, hoc modo, latrocinia in damnum dictae Bibliothecae ab ipso patrata occultaturum; spes tamen eum fefellit; nam sui furtis detectis, et in iudicium accersitus, iuxta de furto damnatus fuit.
4. *Varie Orazioni Panegiriche*, quarum praesertim est notanda: *Panegirico del Sacro Corporale di Orvieto*, typis dat. et reperitur in Angelica.

(Cfr. Lanteri, *Postrema Saec. Sex Religionis Aug.* Tom. III, p. 256).

Basadonne Fr. Ioan. Baptista, S. Theol. Mag. floruit in nostra Congregatione Genuensi S. Mariae de Consolatione, saec. XVIII. An. 1751, mense augusti die 10, facultatem obtinuit a Rev.mo P. Mag. Augustino Gioja, Ordinis Generali, librum edendi, iam a revisoribus approbatum, cui titulus: *Trattato compendioso sopra l'orazione mentale ordinaria per facilitarne l'uso ad ogni sorta di Cristiani*. [Pag. 96]

(Cfr. *Registrum litterarum R.mi Gioja*, n° 193, p. 70).

Basanti Fr. Philippus Nicolaus, Perusinus, floruit saec. XVIII, et scripsit: *Compendio della vita del B. Alessandro Oliva Cardinale Agostiniano* et ms. asservatur in Bibl. Angelica in cod. 238 (C. 3.22) inter ff 59-71 et est Fr. Augustino Gioia, Proc. Gen dicatum. In Archivo Postulationis Ordinis hujus vitae compendii asservatur aliud exemplar ms. sed in eo auctor dicitur Basanti. Medardus Morici in suo opusculo: *Il Cardinale Alessandro Oliva Predicatore Quattrocentista*, Firenze, 1899, p. 4, recensita Basanti Opella, haec adiungit: «Una copia ms. cart. dello stesso tempo (c. 14 delle quali 2 bianche in fine) che mi fu prestata gentilmente da un frate del convento di S. Agostino in Roma (frater iste fuit P. Angelus Caruso), è ora presso di me (nec unquam eam restituit); di questa mi servo per le relative citazioni». Idem Morici paulo superius, item habet: «Il posto più eminente fra tutti questi biografi di secondaria importanza spetta pur sempre al Torelli, *Secoli Agostiniani*, Bologna, 1682, che tratta più d'una volta dell'Oliva *passim* nei voll. VI e VII (p. 23 e segg.); ed in quest'ultimo riassume la *Vita e virtù rare e stupende del Santo Cardinale F. A. Oliva da Sassoferrato*; egli si servì anche di una biografia ms. di **Guiglielmo Cossio**, frate fabrianese, la quale

non giunse fino a noi». Haec Biographia dicti Card. Alexandri Oliva a fratre Cossio scripta, num est ea quae, suppresso auctoris nomine, asservatur in Bibl. Vaticana inter codd. mss. a Rev.mo Condellorio collectos, Miscell. XI, 47 inter ff. 21-28? Itidem exquiro: Sequentia alia opuscula, quae sunt mss. eodem caractere in eodem codice Biblioth. Angelicae n 238, nempe:

a) *Dissertazione istorica e polemica sopra le settanta settimane del Profeta Daniele;*

b) *De octo permissionibus quas Excellent.s D.nus Carolus Mezzabarba Neophitis sinensibus indulisit, cum a Clemente XI missus fuisset Legatus Apostolicus ad Sinas anno 1720, brevis ac accurata consideratio;*

c) *Speculationes de philosophia naturali; sunt ne eiusdem Basanti?*

Basile Fr. Gregorius, a Riccio Minieri memoratus in *Notizie Biogr. e Bibliogr. degli scrittori Italiani fioriti nel sec. XVII*, p. 13, qui ait illum scripsisse: «Un *sonetto* che sta in fronte alla relazione della vera immagine della Madonna di Montevergine di Amato Mastratto, Napoli, 1661 in 4°, ed un altro *Sonetto* in fine della 5a parte delle poesie meliche del Battista. Bologna, 1670 in 12°».

Basini Fr. Raphael, Venetus, vixit saec. XVII, et ex eius ingenio habentur: *Carmina latina et italica*, quae sunt in cod. 1214 Bibl. Angelicae f. 28 et segg.

de **Bassano Fr. Emericus**, floruit saec. XV, qui notas glossasque apposuit sequenti operi, cui titulus: *Dictionarium sine repertorium morale ex libris plerumque sacris, in usum concionum sacrarum, praesertim in monasteriis*. Deest volumen primum. Quatuor quae supersunt volumina, quaternis ita distributis ut unumquodque chartaceum foliis duobus membranaceis includatur, ff. 279, 298, 345, 338 duplici columna, una manu scripsit, ut legitur in fine primi: «Explicit prima pars dictionarii sive repertorii moralis, scriptum (sic) per manus Costantini Iacobi de Xirixee: [Pag. 97] orate pro eo, quae quidem pars sub quatuor primis litteris contenta A. B. C. D. completa fuit anno Domini 1414 octavo die mensis augusti». Cuique Volum. notas glossasque apposuit Fr. Emericus de Bassano conventus Bitunti, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini. Codd. 56-59 classis VI, membr. chart. saec. XV, Biblioth. ad S. Marcum Venetiarum (Cfr. Valentinelli, Vol. IV, p. 178-9).

Bassaretti Fr. Fulgentius, alumnus Congregationis Augustinensium Carbonariae, eiusque Neapolitani coenobii, ab Antonio Teisser in *Catalogo Auctorum et Bibliothecarum* p. 96, inter scriptores recensetur. Dicitur ab Ossinger, p. 107, vir incomparabilis ingenii et eruditionis, qui magnam vitae suae partem eruendis recensendisque gestis dictae Congregationis dedit, cuius extat: *Cronhistoria Carbonariae, quae agit de viris illustribus conventus S. Ioannis e Carbonaria et bibliothecis Eremitarum*.

Bassianino Fr. Ioannes Augustinus, Vicentinus, S. T. Magister, alumnus Congregationis Lombardiae, quem Iosephus Pamphilus, f. 118, Thomas Gratianus, p. 104, Thomas Herrera, T. I. p. 483 et Philippus Elsius, p. 324, *Bassianinum*; Aloysius Torelli, T. VIII, p. 400, *Bassaninum* et Ossinger p. 107 de *Bassano* appellant, teste Pamphilo, adolescens philosophiae Platonicae operam navavit. Qui deinceps cum se iam corroborasset, ac vir inter viros esset, in studiis quoque divinarum

rerum se adeo exercuit, ut ab omnibus praestantissimus philosophus et theologus facile iudicaretur, ac propterea locis omnibus, Romae maxime, ubi apud Paulum III Pont. Max. praecipue florebat, litteris, probitate, integritate, Ordinem nostrum plurimum decoravit et auxit. An. 1526 fuit suae Congregationis Visitor et Prior Regii; an. 1531 Prior Pontremuli; definitor et Prior Bergomi an. 1538, et Prior Eremiti an. 1549. Obiit Bergomi prope septuagenarius die 10 Ianuarii an. 1557 et in aede S. Augustini sepultus. Ab eo extant:

1. *Commentaria ex Sanctis patribus in Epistolas D. Pauli ad Timotheum*. Rev.mo Hieronymo Seripando dicata.
2. *Catechismus pro urbe Neapolitana*, per Oratium Salvianum impressus, 1577.

(Cfr. et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, II, p. 420. Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.*, vol. II, part. I, p. 525 et Le Long, *Bibl. Sacr.* p. 628).

Basso Fr. Antonius Aloysius, Savonensis, floruit saec. XIX atque edidit:

1. *Per la tornata solenne tenutasi dall'Accademia scientifica letteraria del Subasio di Assisi la sera del 5 ottobre 1852 - Versi del P. Antonio Luigi Basso, Savonese Agostiniano*. Perugia Tip. Santucci.
2. *Il mistero dello Immacolato concepimento di Maria Santissima. Nuova edizione con note*. Siena, 1863 in 8. (Cfr. Roskovany T. VI, p. 714).

Basso Fr. Aurelius, antiqua civilique familia in oppido Trivilio natus, ac litteris instructus, Augustiniano Ordini in Lombardiae Congregatione nomen dedit admodum adolescens. Eam vitae rationem amplexus cum pietate ac prudentia floreret, Philosophiae et Theologiae studiis totus incubuit. Inde Ordinis iuventuti erudiendae addictus, ita se probatum exhibuit, ut religiosis praefecturis, ceu Prior atque suae Congregationis ab an. 1584 ad an. 1588 Definitor, postea visitor, illustratus, tandem an. 1597, apostolica auctoritate, Vicarius Generalis sit renunciatus. Anno autem 1603 Capitulo Generali eiusdem Congregationis praefuit, [Pag. 98] et omnibus his muneribus egregium sibi nomen usque ad mortem comparavit, quae illi Romae in conventu S. Mariae de Populo contigit an. 1616. Plura scripsit quae deperdita sunt, nec superest aliud quam: *Historia S. Mariae de Populo*, quae Romae excussa est. (Ita fere Argelatus in *Bibl. Script. Mediolan.* T. I., Part. II, col. 129; Mazzuchelli, *Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II, Part. I, 535; Ossinger, p. 108; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 131, et Lopez, ad *Monastici Aug. Addit.* p. 501).

Bastelli Fr. Innocentius Maria, Apulus, a Lopez in *Addit. ad Crusenii Monastic.*, T. II, p. 516 e Genosano dictus, S. Theol. baccalaureus, vixit saec. XVII. Dicitur ab Ossinger, p. 108, vir gravis et ornatus moribus, atque edidit lingua vernacula:

1. *Il Diamante: Panegirico Sacro in onore di S. Giovanni di S. Facondo Agostiniano*. In Fermo. 1691 in 4° (Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, P. I, p. 538).
2. *Sermoni della Novena del S. Natale e Panegirici Sacri*. Napoli nella Stamperia di Francesco Ant. Layno, 1717 in 4° (Sunt in *Bibl. Angelica* sub sign. c. 5. 7. Hi sermones sunt viginti duo. (Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, Vol. III, p. 162).

Basterio Fr. Nicolaus, Carmagnolensis, S. Theol. Mag., alumnus Nomi, suum dedit nomen Eremitico Ordini in patrio Augustiniano coenobio. Plurimis in nostris gymnasiis, ac praesertim Romae, sua confecit studiorum curricula, ac tandem Lector ac Baccalaureus renunciatus, scientias philosophicas atque theologicas, quas didicerat, alios docuit, et speciatim Monachos Montis Oliveti loci Villae novae Laudensis, apud eos manens usque ad annum 1587, quo in Ticinensi S. Augustini coenobio de familia constitutus fuit et in illius Universitate S. Theologiae secundarius professor adscitus, quam cathedram non sine laude fere usque ad mortem tenuit. Deinc an. 1590 Papiensis nostri studii Regens creatur; anno vero 1592 tamquam Discretus suae Lombardiae Provinciae interfuit Capitulo Generali Romae celebrato; die 22 maii 1592 inter Patres seniores et graves illius conventus adnumeratur, et eodem anno cum de quoddam crimine a Mag. Theodosio Papiense falso esset accusatus, atque innocens a iudicibus inventus, eius calumniator iuxtas luit poenas. Die 17 iunii 1594 iam vitae privatus fuerat. Haec ab eo scripta remanent:

1. *Brevis ac utilis tractatus de sillogismo categorico, ad Il.m et Rev.m Hyppolitem de Rubeis S. R. E. Card. et Ticini Episcopum*. Carmagnoliae, apud Marcum Anton. Bellonum, 1590, in 4.

2. *Loculentissima in primum Summulae Pauli Veneti tractatum expositio, ad Ill.m et Rev.m Hieronymum de Ruvere S. R. E. Card. et Taurini Archiepiscopi*. Carmagnoliae apud eundem, 1590, in 4. Sunt hi duo tractatus in Angelica Bibl. sub sign. [SS]. 7. 49.

3. *Tractatus super Magnificat*.

(Cfr. Elssium, p. 503; Ossinger, p. 207; Della Chiesa, *Catal. cit.*, p. 170; Lanteri, *Postr. Saec. Sex. T. II*, p. 438 et alios, sed praesertim Maiocchi-Casacca, *Codex Diplomaticus*, cit. Vol. IV, Papias, 1913, pp. 111-141).

Battaglia Fr. Franciscus Maria, Mediolanensis, ab aliquibus dictus etiam *Battalea*, ortum habuit circa an. 1620. Sub R.mo P. Hieronymo de Rigoliis ad Ordinem receptus, multis nominibus commendatus evasit. Neapoli an. 1637 Philosophiae, Romae an. 1639 Theologiae auditor extitit, atque in Monte S. Sabini et Florentiae studentium Magister; an. 1642 proventus fuit ad Lectoratus gradum. Creatus inde Romae, an. 1645, [Pag. 99] Baccalaureus ad Patavium primum, Mediolanum postea missus, an. 1648 fuit S. Theologiae Magister renunciatus. In Comitibus Provincialibus suae Lombardiae Provinciae an. 1654 habitis, Definitor electus fuit, atque anno 1658 Prior Provincialis. Hoc munere Capitulo Generali, an. 1661 Romae celebrato, interfuit, aliaque officia, maxima cum laude et Ordinis decore, obivit. Inter vivos an. 1683 adhuc agebat. Ut eius opera testantur, vir fuit eximiae pietatis et doctrinae, gallicamque linguam in praefatione libri, de quo n° 5 agemus, se didicisse comperimus. Quae praelo mandavit, sunt sequentia:

1. *Galleria spirituale copiosamente arricchita di varie e bellissime divozioni utilissime ed efficaci per incamminarsi nella via della perfezione*. In Milano presso il Malatesta, 1668, in 12° et iterum ibidem an. 1675. Haec opella inserta fuit in *Indice Libr. Prohib.* donec corrigatur.

2. *Guida sicura della confessione e comunione*. In Milano, tip. Malatesta, 1668 in 12°.

3. *Li fervori dello spirito*. In Milano, tip. Agnelli, 1676 et an. 1686, in 12° nec non sub hoc titulo: *I fervori dello spirito, esercitii varii e fruttuosi di vera e perfetta divotione... estratti dalla «Galleria*

spirituale» del padre maestro Francesco Maria Battaglia... 2^a impressione. Magonzi, G. Meier 1708, in 12°, pp. 352.

4. *Il tesoro della divozione del Sacrificio della Messa, Sacramento della Penitenza, e Santissima Comunione. In Milano, tip. Monza, 1696 in 12°, et cum additamentis: In Bassano, Tip. Remondini, sine anno, in 16°, necnon: in Bologna, 1725, in 24°. Ex idiomate gallico in nostram vertit linguam:*

5. *Lo specchio che non inganna del Sig. della Serre. In Milano presso Federico Agnelli, 1671, in 12° et in Bologna, 1692 in 12°.*

6. *Il sepolcro delle delizie e dei piaceri del mondo del Sig. della Serre. Ibidem, 1673, in 12°.*

7. *La divozione facile ad ogni stato e condizione di persone del P. Pietro Le Moine della Compagnia di Gesù. Ibidem, 1675, in 12°.*

8. *La buona morte del cristiano, utilissima ad ogni stato e qualità di persone del P. Claudio Valvadorj della Comp. di Gesù. Ibidem 1675, in 12°.*

9. *La Vergine moribonda sopra del Monte Calvario, del Sig. La Serre, tradotta in Italiano. Hoc opus reperiebatur Mediolani in olim nostra ad S. Marchum. Picinelli autem in Ateneo de' Letter. Milan. p. 212 eidem Battaglia tribuit etiam sequentia, at non indigitat an sint impressa necne.*

10. *Pratica sicurissima, e breve per purgargar l'anima dalli scrupoli.*

11. *Compendioso indirizzo all'amor di Dio.*

12. *Manuale dei devoti della Vergine, di S. Giuseppe e dell'Angelo Custode. (Cfr. Argelati in Biblioth. Script. Mediol. T. I, P. II, col. 1731; Mazzuchelli, Scrittori d' Italia, Vol. II, P. I, p. 541; Ossinger, p. 108, et Lanteri, Vol. III, p. 48).*

Battaglia Fr. Iacobus, Bononiensis Sacrae Theol. Lector, vixit saec. XV. In registris Ordinis sub die 14 aprilis 1433 ei conceditur posse attendere ad negotia Andreae fratris sui, et die 24 iunii an. 1434, Renunciante M. Andrea de Anglari, electo Regente Ariminensi, fit Prior Bononiensis. Die autem 17 martii an. 1437 datur illi facultas accipiendi quamcumque dignitatem, quae ei collata foret et per Sedem Apostolicam confirmata. An aliquam obtinuerit nobis incompertum. Peregrinus Orlandi, *Notizie degli Scritt. Bolognesi* (1714), p. 131, nostro Iacobo paternitatem tribuit operis, [Pag. 100] cui titulus: *Decachordium* profundae doctrinae refertum, male a nostratibus Christophoro Bononiensi eiusdem nostri Ordinis tributum, quodque in nostra Biblioth. S. Iacobi Bononiae ms. servabatur. Iacobus autem laudatur ab Herrera, T. I, p. 431.

Battista Rev. P. F. *Napolitano dell'Ord. di S. Agostino. Trattato utilissimo ciascuno per conservarsi sani nel tempo della peste e per liberare sicuramente che da quella fosse già tocco.* Venezia, 1756, 1 vol. 12. perg. Ita Silvius Bocca, bibliopola romanus, descripsit in quoddam antiquiore suo catalogo, hunc singularem tractatum, librum offerens ementibus. Nihil aliud de illo deque eius auctore scire valui.

Battisti Fr. Paulus Augustinus ex oppido v. Santafiora, floruit saec. XVIII, atque edidit:

1. *Istruzione pratica in cui si danno le Regole per indirizzare alla Regolare osservanza i Novizi e professi della Religione del gran Padre S. Agostino da fra Paolo Agostino Battisti da Santafiora, sacerdote del medesimo Ordine, dedicata al Reverendissimo P. Maestro Francesco Saverio Vasquez del Perù Prior generale di tutto l'Ordine Eremitano di S. Agostino.* Asservatur in Bibl. Angelica Urbis, cod. ms. 169. (B. 6. 21) in 4°, ff. 108, titolo, typis impresso, subjungitur tessera gentilitia eiusdem Vasquez. Hic die 1 nov. an. 1751 Vicarius Generalis Ord. S. Augustini a Benedicto XIV renunciatus fuit, obiitque die 2 febr. 1784. Angelicam Bibliothecam nedum ampliavit, verum etiam optimis scriptis ornavit, selectisque voluminibus auxit, teste R. P. Mag. Iosepho Lanteri, in *Eremitae sacrae August.* Part. I. (Romae, 1874), p. 329-330. (Cfr. Narducci, in *Catal. cit.*, p. 92).

2. *Vita della Serva di Dio Suor Maria Grazia Pelli da Firenze, Cappuccina conversa nel Ven. Monastero di Santafiora.* In Lucca, 1755, per Filippo M. Benedetti, in 8. Ista ven. Maria Grazia fuit germana soror P. Cosmi Ant. Pelli Ordinis Min. Oss. celebris commediographus. (Cfr. Moreri, *Bibl. Stor. Ragionata della Toscana* (1805) Vol. I. p. 97).

Barsanti Fr. Bernardus Nicolaus floruit circa an. 1770. Augustinianae Reipublicae gubernaculum tenens. P. Generalis Franciscus Xaverius Vasquez, Peruanus, qui cum novas illius constitutiones conficere statuisset, ac a Patribus Provincialibus totius Ordinis observationes et animadversiones in eas postulasset, noster quoque Barsanti suas ad eum misit, quae sunt in cod. 1335 (t. 3. 26) Biblioth. Angelicae Urbis inter ff. 44-63 sub hoc titulo:

Ad sacras Augustiniani Ordinis praesentes leges Observationes et Animadversiones Fratris Bernardi Nicolai Bernardi, eiusdem Ordinis. Notandum hic duco quod in eodem codice inter ff. 86-92 aliae *Observationes* existunt, praeter ea quae a fratribus nostris exterarum nationum inibi exaratae reperiuntur, a ffr. italis Io. Bapt. Maraviglia, Antonio Clementelli, Io. Chrisostomo Giavazzi et Augustino de Letizia subsignatae et d. Iuvenatii, die 13 mensis martii an. 1770.

(Cfr. Narducci, *Catal. Codd. Mss. praeter graecos et orientales in Bibl. Angelica olim coenobii S. Augustini de Urbe*, Romae, 1892, p. 559).

Baudini fr. Iulius a Cuneo in Pedemontio, Sacrae Theol. Mag. pluribus in nostris collegiis, ac praesertim Veronae in conventu S. Euphemiae et Papiae studiorum Regens, floruit saec. XVII labente, [Pag. 101] atque oriente saec. XVIII, et proinde corrigendus Ossinger in sua *Bibliotheca August.* p. 98 et 109, qui illum reponit saec. XVI. An. 1704 erat Rev.mi Nuncii apud Helvetios fidus theologus; ast iam ediderat, quae sequuntur:

1. *De vita communi Regularium. Dissertatio canonica*, Coloniae, apud Stephanum Lenti, 1695, opusculum asservatum in Bibl. Angelica sub sign. 7. 2. 38.

2. *Tumulus S. P. Augustini, Magni Ecclesiae Magistri, ac augustissimi Ticini Regii Protectoris, dissertatione historico-canonica illustratus...iussu Rev.mi Mag. Antonii Pacini Ravennatis, totius Ordinis Eremitar. S. Augustini Prioris Generalis* [qui clavum Ordinis tenuit ab. an. 1693 ad an. 1699]. Ticini Regii die 15 aprilis ex typ. Jacobi Andreae Ghidini in fol. Haec dissertatio inserta

postea fuit *Collectioni actorum atque allegatorum de inventione reliquiarum S. P. Augustini Venetiis*, 1729, p. 3. et seqq.

(Cfr. Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.*, Vol. II part. II, p. 226, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* Vol. III, p. 170).

Bauria Fr. Andreas, Ferrariensis, Sacrae Theol. Magister, vir eloquentia pergami, atque ingenii praestantia nulli secundus unus fuit ex permultis Augustiniensibus, qui contra Lutheri deliramenta in aciem descenderunt, typisque evulgavit: *Apostolicae potestatis defensorium contra Lutherum*, Ferrariae, 1521 in 4° et Mediolani, 1523 pariter in 4°. Cfr. Herrera, T. I. p. 57; Elssiuin, p. 50, Torelli, T. VIII. p. 61 n. 17 ; Ossinger, p. 109, qui falso illum vocat *Burius* et Mazzuchelli, .Vol. II, part. I, p. 582) qui animadvertit quod illud opus: «Si conserva anche in un codice cartaceo a penna in 4: nella Libreria Riccardiana di Firenze al Banco K. IV, n. V. e non è forse diversa da quella che col titolo *De Potestate Papae* si riferisce dal Cavalier Agostino Fontana (Cfr. eius Bibl. Legal., T. VI, col, 23) senza alcuna nota di stampa. Fu dal Bauria indirizzata, al Cardinale Marco Cornaro con lettera dedicatoria, la quale è stata pubblicata dal chiarissimo Dott. Giov. Lami nel *catalogo dei manoscritti* di detta Libreria Riccardiana, a pag. 64».

Bazzani Fr. Antonius, e Recinetensi Augustiniensium familia, omnium sacrae facultatis, ut ipse de se aiebat, auditorum minimus, floruit saec. XVIII, atque edidit: *Excerpta de incredulorum sycophantiis*. Recineti, Tip. Friderici Sartori, 1785 in 4. Augustino Antonio Giorgi Eremitarum familiae immortalis decori et ornamento. Altissima quarumque scientiarum profunditate ac amplitudine incomparabili viro cunctis egregiis virtutibus, beneficentia suis, comitate exteris, umilitate Deo acceptissimo, penes universam Ordinis sui rempublicam in Vicarii Generalis munere electo, communi plausu dicata.

Bazzicchi Fr. Clemens ortus die 19 Novembris 1819 in Etrusco Valliculae pago, aetate annorum novem supra decem, ereimiticum S. Augustini habitum induit, suoque unius anni tyrocinio expleto, solemnia vota emisit. Praeclaro praeditus ingenio in litterarum scientiarumque studio tanta animi alacritate versatus est, ut brevi tempore multum profecerit, nec ulli unquam inter condiscipulos fuerit secundus; atque pietate, rigidis moribus aliisque virtutibus apprime imbutus dignus iudicatus, qui ad sacrum Presbyteratus ordinem anno 1843 promoveretur. Lectoris, studiorumque Regentis, etiam que S. Theologiae Magistri, plurimos annos, [Pag. 102] conscientia fretus, munera obivit; postea delectus in Ven. Florentiae Seminario, in primis Mathematicae, dein longo temporis spatio moralis theologiae professor ita constanti sollicitudine, familiaritate ac benevolentia, alumnorum animos imbuit, ut omnium singularem existimationem dilectionemque sibi comparaverit. Triennio rexit Prior S. Spiritus Florentinum coenobium, atque uti Superior, Etruscam Provinciam annos fere duodecim. In Theologicum Florentinum Collegium cooptatus ibi honerosa munia sustinuit, maxima cum laude, quadraginta circiter annis; et Florentinae Faesulanaeque Dioec. eodem prope tempore iudex prosynodalis fuit. Praeter haec mentis merita tam bona indole ac animi nobilitate enituit, ut frater, amicus, atque omnium sua aetate, experientia, consilioque quasi parens haberetur, nullusque eius auxilium vel favorem nequicquam imploravit. Tandem an. 1889, mense Septembri, in Generali Capitulo Romae celebrato, universi Ordinis Procurator renuntiatus fuit, et proinde theologici Romani Collegii Iudex, nec non a Leone Pp. XIII S. Episcoporum et Regularium Congregationis Consultor. Semper validus, ultimo aegrotare coepit. Ordini continuo fuit navus, sedulus, studiosissimus atque in S. M. Monicae quoque collegio mathesim docuit, sed medicorum consilio Roma discedere coactus, prius in Florentinum, postea in Pisanum coenobium sese recepit. Ibi

stomachi morbo quo diu laborabat, modo magis modo minus remisse increscente, religiosissimus vir suam supremam horam praesentiens, S. Ecclesiae Sacramenta sponte expetivit, quibus omnibus rite munitus, die 28 Februarii 1894 placide ac religiose animam Deo reddidit. Scripsit ac edidit:

1. *Gli Agostiniani in Livorno. Cenni storici*, Firenze, Tip. Barbera, 1856.
2. *Solutiones Casuum Moralium qui in calendario florentino ab an. 1881 ad an. 1884 recensiti fuere*. Florentiae ex Tip. SS.mae Conceptionis.

(Cfr. *Regestum 268 R.mi P. Seb. Martinelli*, p. 235-6 et Raffaelli Fort., *Notizie intorno alla vita del R.mo P. M. Clemente Bazzichi Procuratore Generale dell'Ordine Agostiniano*. Firenze, Tip. Ricci, 1895).

Beccaria Fr. Athanasius a S. Carlo, Mediolanensis, alumnus Congregationis Augustiniensium Discalceatorum Italiae, filius coenobii ad SS. Cosmam et Damianum Turbici ad ripas Ticini Novariam versus, vixit saec. XVII. Vir omni scientiarum genere excultus, egregio praeditus ingenio, bonus orator, facile, inquit Ossinger p. 110, eruditione et doctrina coetaneos superavit. Lectoris Philosophiae et Theologiae functus est officio nec non Sacrae Inquisitionis Cremonae, in cujus conventu etiam Priorem egit et an. 1696 Moderatorem Provinciae Lombardiae. Francisci Arisii amicissimus ad eum misit epistolam, quae edita fuit ab ipso Arisio in sua Cremona Litt., Parmae, 1702, T. I, p. 366, circa Franciscum Bonhonium. Obiit Mediolani die 6 Octobris an. 1706. Eius opera sunt:

1. *De Sacro Annulo Pontificali et de Christi capitis inclinatione in Cruce*.
2. *De annulo signatorio S. P. Augustini*, pars 1a.
3. *De Christi capitis inclinatione et annulo signatorio S. P. Augustini*, pars 2a.
4. *De annulis litteratis*, partes duae.
5. *De annulo magico*.
6. *Miscellanea de annulis*.
7. *De majoratu Imperatoris*.
8. *De horologiis solaribus*.
9. *De Barbantismo*.
10. *Miscellanea de osculis*. [Pag. 103]
11. *De Eunuchis*.
12. *De Regibus Longobardorum*.

13. *De familia Vicecomitum, Ducum et regum Longobardorum derivata, quod certatim D. Theclae devoti fuerint.*
14. *De Saltationibus.*
15. *De jure-jurando.*
16. *De salutationibus.*
17. *Miscellanea de B. Maria Virgine et eius immaculata Conceptione*, 1706. (Ita Roskovany, T. III, p. 588).
18. *De Corde et latere Christi ac capitis inclinatione in Cruce.*
19. *De oculorum damnis.*
20. *De origine Reformationis Fratrum Eremitarum excalceatorum S. Augustini.*
21. *Novitas proscripta et antiquitas vindicata.*
22. *Discorsi sopra la passione di Cristo.*
23. *De infamiis priscorum gentilium.*
24. *Defensorium doctrinae S. P. Augustini.*
25. *De annulis sacris.*

Haec mss. asservabantur in Bibliotheca Augustiniana Excalceatorum ad SS. Cosmam et Damianum Mediolani, et ex his nonnulla edita fuerunt.

(Cfr. Tani, p. 73 ex Ossinger et ex Philippo Argelati in *Bibl. Script. Mediolanen.* T. I. part. II, col. 133).

Becchi Fr. Guillelmus, nobilis Florentinus, vir dicitur a nostrate Iac. Philippo Bergomensis eloquentissimus et litterarum sacrarum interpres celeberrimus, scientiaque astronomica, uti refert Tiraboschi, non parum calluit. Post susceptum Eremitarum Institutum, studiis, an. 1433, Patavii operam dedit, Florentiae inde ac Bononiae in cuius theologica Academia doctoralem lauream consecutus fuit. An. 1440 inter Florentinae Universitatis theologos recensebatur, eratque tunc praeter communem consuetudinem omnibus in patria sua tam propter morum probitatem, quam propter doctrinae laudem atque evangelicae eloquentiae gloriam acceptissimus. Anno 1454 regebat, uti Vicarius Generalis, Florentinum coenobium, quo tempore praefuit etiam congressui Pisanae Provinciae, aliisque ac variis apud Ordinem conspicuis bene gestis muneribus, ad Cardinalatum nostrate Alexandro Oliva promotus, primo eiusdem in generalatu vices gessit, ac postea in Capitulo Senensi die 27 sept. 1460 Ordinis Prior Generalis electus fuit. Idipsum obtigit Apamiis in Gallia an. 1465 die 2 iunii, et Perusiae an. 1469 die 23 maii. Ordinem itaque rexit decem annos, quo temporis

spatio inter caetera ipsius egregia facta, memoranda est eius visitatio non solum per Italiae provincias, verum etiam Galiae, Flandriae, Angliae aliarumque nationum, quibus doctrina, verbo et exemplo plurimum profuit. Cum interim a Volaterrana Ecclesia pro pastore suo esset postulatus, eum obtinere non valuit, nam die 17 maii 1470 a Paulo II Episcopus Fesulanus creatus fuit. An. 1481, ut Scipio Ammiratus scribit, V Kal. iulii Episcopatum renuntiavit, et eum appellat «virum in Philosophia et theologia doctissimum». Obiit Florentiae an. 1491 aetatis suae 80 et ibidem apud nostrates sepelitur. Bibliothecae cathedralis florentinae reliquit suos libros et scripta, quae sunt:

1. *Abbreviatio primi Sententiarum Magistri Augustini de Roma conscripta a Fr. Guillelmo Becchio de Florentia dum esset Bachal. in conventu Bononiae an. 1439.* Florentiae in Cod. XIV Biblioth. Leopoldinae, saec. XV. Inc. «Cum doctoris clarissimi».

2. *Expositio in librum primum Sententiarum peracta Bononiae dum esset inibi Bachalaureus an. 1439.* Inc. «Dubitatur an Deus». In fine: «Explicit tabula titulorum omnium quaestionum [Pag. 104] hujus primi Sententiarum Fratris Guillelmi Becchii de Florentia, nunc magistri ac Generalis Ordinis Fratrum Erem. S. Augustini. Fr. Andreas de Fivizano scripsit 1467, XV Augusti». Florentiae in cod. XLII Biblioth. Leopoldinae, saec. XV, ff. 56.

3. *Commentum super decem libris Ethicorum Aristotelis*, scriptum Florentiae 1455 die 9 februarii. In eadem Biblioth., cod. CLIII, saec. XV in fol., ff. 128, binis columnis, caractere minuto et compendiario.

4. *In Libros Iconomicorum Aristotelis Commentarium*, quod Regi Neapolitano inscribit an. 1467. Inc.: «Post Aristot. Eiticorum libros». Cod. CLII eiusdem Biblioth. saec. XV, ff. 42.

5. *Commentum super libros octo Polyticorum Aristotelis*, conscriptum an. 1476. Cod. CLIV eiusdem Biblioth. Chart. saec. XV, in fol., ff. 109. Inc.: «Quemadmodum in prioribus commentariis».

6. *Quaestiones Itinerariae in tres centurias distributae cum brevi prologo in principio*, Quaestio prima Centuriae primae: «An Divina Voluntas omnium quae fiunt sit prima causa efficiens». In fine Quaestiones Itinerariae feliciter expliciunt an. 1475. Cod. XLIII eiusdem Biblioth. saec. XV in fol., ff 130.

7. *Quaestiones super tres libros Aristotelis de anima.*

8. *Philosophia Moralis tripartita.*

9. *Guillelmi Becchi de Cometa ad Petrum Cosmi de Medicis civem clarissimum feliciter incipit:* «Cum ad S. Marci bibliothecam pergerem...». Opus inc.: «De multiplici aeris impressione, aer iste quem vidimus...». Des.: «haec nos itaque ut nostra egens officina tulit, brevi sermone dictavimus, quibus si quid est, quod emendari oporteat, quod profecto ita existimo, tuo aliorumque probatissimo atque aequissimo iudicio derelinquo. Vale semper; 1436, iunii 15. Guillelmi Becchi Augustinianensis de Cometa feliciter explicit». Hoc opusculum est in Magliabechiana ms.

10. *Protestatio formata et composita a sacro theologo Magistro Guillelmo Becchio Augustiniano*. Asservatur ms. in Laurentiana.
11. *De falso dogmate Maumethi libri quinque*. Inc. prologus: «Cum Pius pontifex viveret, totius christianae religionis pius amator, ad expugnandos Turcos...». Cod. 6 classis V, a. 177, I. 108 [L. III, CXXX] MI. Biblioth. S. Marci Venetiarum, saec. XV, membr. ff. 68, eleganter excriptus, cum tabulis rubricatis, fronte libri egregie picta, refert insignia familiae Piccolomineae, unde idem dedicationis exemplar esse coniicio. (Cfr. Valentinelli, Biblioth. Mss. Lat. S. Marci, T. II, p. 117). Codex alter erat in Archivb Vat. Politic. Arm. X 35, nunc in Vaticana Biblioth.
12. *Apologia pro Ordine Augustiniano*. Florentiae edita an. 1491, ut testatur Emmanuel Leal, eruditus Augustinianus Lusitanus in suo opere *Ulisypponae impresso*, 1673.
13. *Statuta emanata an. 1463 a P. Generali Guillelmo Becchi pro fratribus in conventu Parisiensi commorantibus una cum Mare Magno aut Statutis S. Augustini*. Transcripta fuere per manus fratris Mathiae Maquerelli, ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini conventus Parisiensis an. 1468. Sunt in Cod. 774 (29. j. L), saec. XV ff. 16 in Biblioth. Parisien. De l'Arsenal. Ms. C. Eius Regestum Litterarum asservatur Romae in Archivio Ordinis ad S. Monicae.
14. *De potestate Ecclesiastica per modum dubitationis*. Inc.: «Dubitatur primo...».
15. *Passio Iesu Christi*, in cuius fine legitur: «Explicit Passio compilata per Fratrem Guilidinum [Pag. 105] (Guillelmum existimo) Antonii de Becchis de Florentia, Artium doctorem, et S. Paginae Professorem 1443, die 18 iulii. Ms. in 4°, nostra Bibliotheca Montis-Ilcini a me visa anno 1700». Ita Gandolfi pp. 147-9, a quo haec fere omnia accepimus.
16. *Opus quadragesimale editum a R.do M.o G.e de Bechis anno d.ni 1437 dum esset lector tempore pestis in Sancti Savini et in Crotonio (?) absolutum eodem die XXV iulii feliciter incipit*. Asservatur in cod. 176 (B. 7 - 5) chart. in fol., ff. 131, saec. XV. Biblioth. Angelicae Urbis, f. 2^a habetur tit: «Quadragesimale Magistri Guillelmi B»; Sequuntur a) «Tabula dum predicavi Mediolani 1478», f. 3°. Tabula hujus operis. Expl. f. 129: «1437, 25 iulii. Cortone Guillelmi Becchi opus explicit anno aetatis meae 23 etc.». Fortasse autographus.
17. *Sermones ad clerum Lib. 1.*
18. *Sermones ad populum Lib. 1.*
19. Extat etiam eius *Oratio habita ad Magnificos Reipublicae Dominos*.
20. *Protesto fatto e composto dal sacro theologo Maestro Guglielmo Becchi*. Existit ms. in Plut. LXI, Cod. 38, Bibl. Mediceo- Laurentianae Florentiae.
21. *Expositio Isagoges Porphyrii et Categoriarum Aristotelis*. Florentiae in Bibl. Riccardiana Plut. MII, n.o XXI, dodex chart. in 4, directa et oblata Andreae Alamanni. Epist. nuncupatoria edita fuit a Doctore Ioanne Lami, in *Catal. Auct. qui in codd. Bibl. Riccardianae continentur*, p. 64.

22. Iuxta P. Fr. Iacob. Phil. Bergomensem in suis *Supplementis Chronicarum* ad. an. 1495, p. 333, et iuxta Konigum, *Bibl. vetus et nova* p. 95 ipse etiam abbreviavit *opera Gerardi Senensis*.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 299; Torelli, T. VII, p. 92, n. 3; Gandolfo, p. 147; Negri, *Istoria degli Scrittori Fiorentini*, p. 316; Mazzuchelli, Vol. II, Part. II. p. 596; Ossinger, p. 112-14, apud quem alii auctores sunt, qui de Becchio nostro scripserunt).

Becchetti B. Joannes, de Fabriano, fuit «non modo Aristotelicus, ut Coriolanus in Chronica ait, sed Platonicus maximus, et acerrimus disputator, philosophus et theologus egregius». Haec de illo scribit noster Herrera, T. I, p. 379: «Si Iosepho Pamphilo credimus, sub anno 1348 Bononiae decessit». At cum inter viros celebres non duplex, sed unicus Ioannes de Fabriano reponatur, Pamphilo in hac parte fides danda non est neque recentioribus quibusdam relationibus mss. quae sub anno 1350 Ioannem claruisse affirmant. Aevum enim Ioannis ex Registris aliud fuisse convincitur; et sepulcri locus ex tumulo Fabriani. Generalis enim Bartholomaeus Venetus die 25 maii an. 1388 praecipit omnibus fratribus universitatis Oxoniae «quod Fr. Ioannes de Fabriano locum obtineat secundum post Fr. Ioannem Karvilem nunc Magistrum, si secundum formam praedictae universitatis in actibus scolasticis expediri poterit ante recessum Fr. Ioannis Brodem de praedicta universitate». Sed ipse iam fuerat Arimini Lector; in eiusdem Reg. enim legitur sub die 8 iulii 1385: «Mandavimus priori vel eius vices gerenti, quatenus debeant satisfacere fr. Ioanni de Fabriano de provvisione annuali pro tempore quo fuit Arimini Lector». Et reapse ille hoc anno Oxoniam missus fuit, cum idem Generalis eodem die et anno 1385 scripserit: «Ven viro fr. Iohanni de Fabriano lecturo in Anglia in universitate Oxoniensi. Quia tibi de cuius valetudine, tam in scientia quam in vita, fama praeclara a tota quasi Italica natione et vorum oraculis ac litteris plurimorum diversis laudabile et omni expectatione dignum [testimonium] [Pag. 106] suscepimus tamquam benemerito, nos et diffinitorium Generalis Capituli Strigonii celebrati, an. D.mi MCCCLXXXV, die 27 mensis maii, primum locum dedimus lecture Sententiarum in Universitate Oxoniarum alienigenis assignatum. Sic quod praesenti anno apponere debeas et sequenti immediate Sententias legere, ut patet per diffinitiones antedicti generalis capituli». Sub eodem die et anno scribit idem Generalis Bartholomaeus Venetus: «Concessimus licentiam fratri Iohanni de Fabriano Bachalario in Oxoniis (sic) eundi cum uno socio Londinas et Brugis (sic)». Et iterum: «Concessimus [facultatem] fratri Iohanni de Fabriano eligendi unum socium ydoneum ad studium, quem sic electum studentem fecimus in nostro studio Oxonensi»; ac sub die 9 iulii 1385 eidem Ioanni scribebat illum missum fuisse Oxoniam «ad Sententiarum lecturam et ad Magisterium consequendum». Magisterio assequuto rediit in Italiam, eique an. 1390 die 18 octobris Generalis concedit licentiam assumendi Fr. Ioannem ad gradum lectoriae. An. 1392 die 22 maii erat Regens coenobii Perusini, et Prior Generalis illi indulget, ut aliquos pueros et iuvenes de Fabriano possit mittere ad scholas grammaticales saeculares. An. 1420, die 8 martii inter vivos agebat et die 7 maii degebat in conventu Fabriani. Paulo post in coelum abiit. Eius pignora cum sacris ossibus B. Petri eius consanguinei, honorifice simul Fabriani in conventu S. Augustini tumulata quiescunt, ac magna populi veneratione coluntur. Eius beatitudinis honores et cultum Gregorius XVI confirmavit. Monumenta Ioannis ingenii sunt:

1. *Tractatus de concordia Platonis ad S. Scripturam*.

2. *Expositio Evangeliorum libri IX*.

3. *Compilatio quadragesimalis egregii doctoris magistri Iohannis de Fabriano, ordinis heremitarum Sancti Augustini*. Cod. 1127 (S. 3. 22) Chart. 4: ff. 46, binis col. ff. 46 Biblioth. Angelicae Urbis. Hoc opus non novit Ossinger, qui in *Bibl. Aug.* p. 234 vixisse ait saec. XIV ex illustrissima familia Becchetta, quae ex Anglia Romam se contulit, et inde Fabrianum petiit. (Cfr. Narducci, *Catal.* cit. p. 473).

4. *In Ethicam Aristotelis libri X.*

5. *In Politicam Aristoteleis libri XIII.*

6. *Testimonia de adventu D. N. I. C. in carne, hinc inde recollecta per Magistrum Ioannem de Fabriano*. Inc: «Hermes Trismegitus libro de verbo perfecto». Hic brevis tractatus extabat in quodam codice, quem apud se habebat Io. Dominicus Mansi, ut ipse testatur in additamentis ad Bibliothecam Latinam Io. Alberti Fabricii, Florentiae, 1858, T. III, p. 361. Cfr. insuper Elssium p. 356; Ghirardacci, *Stor. di Bologna*, T. II, p. 192; Gratianum, p. 112; Ossinger, p. 111 et 324; Gandolfo, p. 214; Vecchietti, *Bibliot. Picena*. T. II, p. 128 et *Analecta Aug.* Vol. VI, p. 133.

Belgrano Fr. Petrus. S. Th. Magister ac Ordinis Vicarius Generalis vir fuit scientia, humilitate nec non insigni pietate praeditus. Bartholomaeus Belgrano et Angelica Bellone fuerunt eius parentes. Ortus est Oneliae Liguris in litore die 21 Augusti an. 1821; Augustinianam vestem induit aetate annorum septem supra decem in Augustiniano Interamnae coenobio, ibique tirocinium ad exemplar perfecit. Causa inde studiis vacandi prius in Viterbensem, postea in Brachianensem et Firmanum conventum missus fuit, ubi viginti tres annos natus, dignus habitus qui ad Presbyteratus ordinem promoveretur; inunctione consecratus, theologicae disciplinae defensor nominatur. At causarius, ut erat, etsi ingenio validus, a regularibus studiis [Pag. 107] absolutionem obtinuit, quamvis firmani professorii moderator maneret. Subinde pluribus annis Prior extitit in Romano S. Mariae de populo conventu et a Bono Consilio B. Mariae Virginis Genestanensi, ubi summam dedit operam quo cultus erga prodigiosam illam Imaginem quammaxime in dies adoleret. Anno 1870, Parisiorum Lutetiam pergere a superioribus iussus, ut Augustinianum Ordinem ad vitam ibi restitueret, vix ad rem nonnullum negotium inceperat, cum statim, ob bellum a Gallis susceptum contra Borusios, tractationem omnem suspendere debuit. Quadriennio transacto, excepit Pragae confessiones ex Imperatricis Austriae Mariannae, usque ad mortem eius, quae in nostra semper memoria et benedictione erit, quippe quae plura Ordini beneficia perpetuavit, suumque acceptissimum confessarium Equitem Ferrea Corona exornatum voluit. S. Th. Magister anno 1876, nuncupatus, decem post annis, pluribus jam dives meritis Generalis Assistens eligitur, confectoquo biennio, ob repentinum obitum R.mi P. Generalis Pacifici Neno, Summi Pontificis mandato Vicarius Generalis Ordinis renuntiatur. Quo in munere recte prudenterque se gessit. Celebrato generali capitulo an. 1889, mense Octobris in Eugubii coenobio sese recepit, ubi cum Christo in Deo omnino absconditus vivere cupiens suaeque pietatis operibus studere prosequens, postremum vitae cursum in oratione transigebat, usque dum Ei qui suum servum ad aeterna praemia vocabat, omnimoda et christiana obtemperazione, SS.mis Ecclesiae Sacramentis recreatus, sontica bronchiorum causa, die 27 maii 1894 sancte reddidit animam suam. Scripsit typisque mandavit:

1. *La Madre del Buon Consiglio - Manuale di letture e di preghiere per i devoti di Maria SS.ma del Buon Consiglio la cui prodigiosa Immagine si venera in Genazzano nella Chiesa dei Religiosi*

Agostiniani, compilato dal P. M. Pietro Belgrano Agostiniano. Roma, Tipografia della Pace, 1880, Vol. 1, in 12, pp. 532.

2. *Ordo servandus in Capitulo Generali Ordinis Eremitarum S. Augustini.* Tipographia Poliglotta de Propaganda Fide. Romae 1889, in 4.

(Cfr. *Litteras circulares R.mi P. Generalis Sebastiani Martinelli* diei 3 Iunii 1894 typ. impressas, et P. Perini, *Studio Bio-Bibliografico sul Card. Agostino Ciasca*, Roma 1903, in Appendice p. 138-139).

Bellabocca Fr. Angelus, Mediolanensis, vixit saec. XV exeunte et XVI incipiente. Papiae sua studia peregit, atque anno 1471 erat inibi Lector. «Vir fuit, ut aiunt nostri historici, intellectus angelici, operationibus ingeniosus, ac aeterna memoria dignus». Apud Ossinger p. 117 vocatur: vir qui ab ingenio, pietate, doctrina, et mirifica litterarum notitia, magnam adeptus est laudem. Pamphilus, f. 108v., testatur eum floruisse an. 1522, ac Passevinus usque ad an. 1525. Laudatur a Gratiano, p. 31, ab Herrera, a Fabricio-Mansi, T. I, p. 94, a Lanteri in *additamentis ad Crusenii Monasticon*, T. I, p. 578 et a Gandolfo p. 62, qui ait: «Aliqua opera edidit, inter quae:

1. *Viridiarium S. Scripturae*, Venetiis 1519, in 4° et alibi impressum.

2. *Electuarium spirituale* in V libros et CXXXIV cap. distensum et asservatur Mediolani in Bibl. Ambrosiana in cod. C. 95. Cfr. et Mazzuchelli, Vol. II, Part, II, p. 633; Pinicelli, p. 7; Argelati, T. I, Part. I, col. 134 et alios».

Bellandi Fr. Stanislaus, Lector, in oppido S. Agathae Florentinae Dioec. [Pag. 108] die 13 nov. 1876 ortus, suavissimis moribus ac religiosissimis virtutibus imbutus, non uno de sua florentina Provincia nomine benemeritus cui nunc magno cum zelo praeest, religiosum Augustiniensium habitum vestivit die 4 maii 1893, ac die 15 iulii anni insequentis, nostram sacram regulam professus est. Primam litavit hostiam die 21 dec. 1901, ac renuntiatus Lector, nostram pubem aliquando docuit. S. Spiritus Florentini conventus extitit Prior; fuit inde Provincialis, ac variis Capitulis generalibus, ceu Provinciae Definitor aut eiusdem Praesul interfuit. Anno 1924 Ephemeridem «*Bollettino Storico Agostiniano*», fundavit, et anno 1926 aliae publicationi initium dedit, cui titulus «*Biblioteca Agostiniana*». Nunc diu vivat et Deus diutissime adhuc felicissimeque sospitet. Scripsit:

1. *S. Nicola da Tolentino - Piccolo compendio della sua vita.* Firenze, Tip. Salesiana, 1906.

2. *Luigi Marsili - Apostolo ed anima del Rinascimento letterario in Firenze. Anni 1342-1394.* Firenze, Tip. Arcivescovile, 1911.

3. *Il P. Benigno Pera (1838-1906) Un'anima d'asceta e d'Apostolo dei nostri tempi.* Firenze, Tip. Giannini, 1921.

4. *La Chiesa di S. Spirito di Firenze.* Una pagina di storia con illustr., Firenze, Tip Arciv., 1921.

5. *Le Confraternite delle Spose e Madri Cristiane. Vade-Mecum per i Direttori e le ascritte.* Firenze. Tip. Arcivesc., 1922.

6. *S. Rita da Cascia Agostiniana. Sunto storico della vita.* Firenze, 2 ediz., 1925.
7. *Spose e Madri Sante. Profili agiografici per la edificazione delle spose e Madri Cristiane.* Firenze, Tip. Arciv., 1924.
8. *Servitori santi. Profili agiografici per l'edificazione delle persone di servizio.* Firenze, Tip. Arciv. 1925.
9. *Le vicende dell'antica e storica Biblioteca di S. Spirito di Firenze.* Firenze, Lib. Ed. Fiorentina.
10. *La Cappella Corsini nei Chiostrì di S. Spirito di Firenze.* Firenze, Lib. Ed. Fiorentina.
11. *Gli Agostiniani in S. Gimignano ed il tempio monumentale di S. Agostino.* Firenze, Lib. Ed. Fiorentina.
12. *Le vicende del Corpo di S. Agostino attraverso 15 secoli. Suo stato attuale.* Firenze, Lib. Ed. Fiorentina.

Bellelli Fr. Fulgentius, cuius nomen omnibus eruditissimis innotescit propter immeritam ab anonymo scriptore illi impactam criminationem Bajanismi, atque Iansenismi redivivi, a qua tamem illum jam demortuum eruditissima apologia expurgavit noster perinsignis theologus Io. Laurentius Berti, cuius etiam aurea opera eiusdem calumniae livore denigrabantur. Verum hisce missis nonnulla de nostro Fulgentio dicamus. Itaque Fulgentius noster natus est Buccini, in Regno Neapolitano, ex honestiori illius oppidi familia, anno 1675, atque ubi ad decimum sextum aetatis annum pervenit, apud nostrates Neapoli in coenobio S. P. Augustini tunicam induit. Studiorum causa post peractum tyrocinium missus fuit primo Suessam, ac deinde Romam ad S. Augustinum. Anno 1695 instante P. Magistro Augustino Arpe Genuensi profectus fuit Senas magistrum Studentium agere, licet 18 tantummodo aetatis annos haberet. Senis autem paulo post ivit Florentiam opera P. Mag. Adeodati Nuzzi, qui postea illum secum Neapolim perduxit. Anno 1700 docebat Philosophiam in nostro Collegio Romano, 1702 rediit Senas Regens, et 1704 Neapolim. Anno autem 1710 se contulit Lucernam in Helvetiam, ut ibidem Nuntii Apostolici Iacobi Caraccioli theologum exerceat. [Pag. 109] Verum post annum aeris mutandi causa Lucernam deserere coactus, Mediolanum accessit, ibique mansit usque ad annum 1713 quo Montem Vici in Pedimontium ivit, ut ibidem quadragesimali tempore verbum Dei praedicaret. Subinde Studia moderatus fuit Venetiis, Perusiae, ac tandem Rome usque ad annum 1720, quo Ordinis Secretarius electus fuit. Clemens XI illum creavit Procuratorem Generalem, atque circa idem tempus fuit Angelicae Bibliothecae praefectus, et anno 1727 Perusiae ad Generalatum assumptus. Sexennio completo ad Bibliothecam rediit, ibique totum se notissimis operibus perficiendis addixit. A nostrate Ossinger dicitur vir omnibus virtutibus ornatus, clemens, et benignus, nec non in doctrina et operibus S. P. Augustini versatissimus. Fatis concessit: Romae anno 1742 die 22 ianuarii aetatis suae 67. Rev. mus P. Leoni in littera circulari mortem huius praeclarissimi viri universo Ordini nuntiante, inter caetera, haec habet: «Sappiano alla perfine ben tutti quanto Egli lodevolmente fè da segretario dell'Ordine e da Procuratore Generale e da Generale eziandio per sei anni e mesi, nel cui memorabile tempo la gloria e la sospirata sorte avemmo di udire per le di Lui industrie e singolarissima vigilanza dichiarata e autenticata in Pavia l'identità del corpo del SS. nostro Patriarca, e quanto in tutti questi impieghi, dignità, gradi ed onori, fosse Egli sempre amabile e

cortese, manieroso ed obbligante, dando sempre colle opere e colle parole ben chiara testimonianza di aver sortita un'anima buona, di cui sempre distinta stima fecero i Personaggi più illustri e Noi stessi possiamo dire la somma benignissima e parzialissima amorevolezza che in ver di Lui mostrò il SS. nostro Pontefice Benedetto XIV». Extat Fulgentii nostri sepulchrale marmoreum monumentum in Ecclesia S. P. Augustini de Urbe, Buccinensium Fratrum cura et aere excitatum. Ita, fere ad verbum, Lanteri, Postr. Saec. Sex, Tom. III, p. 53. Opera eius typis edita et manuscripta sequentia sunt:

1. *Mens Augustini De Statu creaturae rationalis ante peccatum. Polemica dissertatio adversus aliquot Pelagianos, Bajanos, Iansenianos errores recentesque quorundam Doctorum opiniones.* Lucernae, 1711. Vol. I, in 8°. Typis Annae Felicitatis Haultin per Innoc. Theodor. Hautt.
2. *Collectio actorum atque allegatorum quibus ossa sacra Ticini in Confessione S. Petri in Coelo aureo anno 1695 reperta esse sacras S. Augustini.* Venetiis, 1729, Vol. 2 in 4° cum tab.
3. *Mens Augustini de modo reparationis humanae naturae post lapsum, adversus Baianum et Iansenianam haeresim iuxta Apostolicas Constitutiones exposita.* Romae an. 1737, 1738 et 1740, Vol. 2 in 4°. Prima pars huius operis authographa extat in Bibl. Angel. in Cod. 1443 (T. 8. 15), pp. 474, D.no Iosepho Card. Firrao, Neapolitano dicata.
4. *Apologia authographa P. Bellelli Augustiniani, qua librum suum, cui titulus «Mens Augustini» tuetur adversus adnotationes Nicolai Girken Augustiniani Coloniensis, desumpta ex quodam codice Biblioth. Imperialis.* Copia huius apologiae asservatur in Arch. Ord. N° 16, in fol. ff. 56.
5. *Epistola seu opusculum apologeticum, d. Romae die 4 iunii an. 1717.* Incipit: «Rev.me Pater. Quod in votis habueram» Codex Bibl. Angel. Chart. in 4°, N. 386 (II. 2-18) ff. 22. Huius fit mentio a P. Berti in opere cui Tit. «Augustinianum sistema de Gratia», Romae, 1747 pars II, p. 362, ubi de Ant. Arnaldo. Praenotatur folio 1° manu eiusdem Berti codicem hunc ab eo repertum fuisse die 20 aprilis 1747. [Pag. 110]
6. *Benedicto XIII Sum. Pontefice. Variarum notitiarum collectio ad Romanam Synodum pertinentium, per me F. Fulgentium Bellelli S. T. Mag.um, Proc.rem Gen.lem Ord. Er. S. P. Aug.ni, Bibliothecae Angelicae Praefectum, Synodi Praefatae Theologum, qui cunctis actionibus praesynodalibus ac synodalibus interfui.* Codex Bibl. Angel. 1111 (S. 3. 6) Chart. in 4°, ff. 187.
7. *De Incarnatione Verbi Divini dissertatio.* Incipit: «Ex Sacrae Doctrinae parte, quae de Deo agit». Explicit: Scripsit Fr. Aegidius Augustinus Porticelli Viterbiensis Dictante Ad. Rev. P.re Fulgentio Bellelli Regente. Perusiae 1716. Cod. Angel. Biblioth. 1359 (T. 4. 24) Chart. in 8°, ff. 1 - 159 et 200 - 206. (Cfr. Ossinger in *Bibl. August.*, p. 118; Hurter, *Numencl. Litt.*, T. II, p. 1263; Nuovo Dizionario Istorico, Napoli 1791, Vol. III, p. 320; Mazzuchelli, *Scritt. d'It.*, Vol. II, Part. II, p. 665; Lanteri, *Eremitae Sacrae Aug.*, part. I, p. 325, et alios). Opus theologicum Rev.mi P. Bellelli, cui titulus: *Mens Augustini de modo reparationis humanae naturae post lapsum adversus Baianam et Iansenianam haeresim* acriter impugnatum fuit ab anonymo Gallo sub tit: *Baianismus et Iansenismus redivivi in scriptis PP. FF. Bellelli et Berti.* Verum post mortem Bellelli, Laurentius Berti suo opere: *Augustinianum Systema de gratia ab iniqua Bajani et Ianseniani erroris insimulatione vindicatum.* Romae 1747, vol. 2 in 4°, reimpressum denuo tum Bassani, an. 1766 in

8°, cum Lugduni an. 1768 pariter in 8°, fortiter dimicavit in anonymum Gallum auctorem operis Bajanismi et Iansenismi redivivi. Tunc hic sese detexit in persona Ioannis d'Yse de Saléon, Archiep. Viennensis in Delphinatu, scriptum P. Berti refutare satagens per documentum pastorale signatum die 12 aprilis 1750 et impressum Parisiis. Postea etiam archiep. Senonensis Ioan. Ioseph. Languet de Gargy theologorum Augustiniensium doctrinam aggressus est, cui P. Berti respondit: *In opusculum Ioan. Io. Languet, iudicium de operibus theologicis Fr. Bellelli et Berti aequissima hujus expositio*. Liburni, 1756, et 1757, vol. in 4. Sed de hoc satis.

Bellesini Fr. Stephanus Augustinus, Romanus, de quo Lanteri, *Eremitae Sacrae Aug.*, parte I, p. 333 haec habet: ex honestis parentibus Romae ortum habuit an. 1723. Eremitarum Ordinem amplexus atque per consuetos gradus Regentis munus adeptus, nostrates alumnos docuit Genuae, Papiae, Mediolani, ac Bononiae. Magistrali deinde laurea decoratus eligitur hujus Romanae Provinciae Praeses, quo in munere altera vice plenis suffragiis confirmatus fuit. Sub Vic. Gen. Augustino Ant. Giorgi fit Italiae Assistens, atque in comitiis Gen. Romae an. 1786 coactis universi Ordinis gubernaculum accepit, quod an. 1792 in Capitulo Gen. Bononiae celebrato omnium electorum consensione iterum in illius manibus remansit. Vir fuit valde pius, et multum dilexit Ordinis decorem et domus Dei splendorem. Anno 1795, die 6 septembris ictu apopleptico tactus, fere per duos annos vitam miserissimam vixit usque ad diem 8 iunii an. 1797, quo piissime obiit, annos natus 74. Eius praeconia celebrata fuerunt ab eius in officio successore P. Mag. Dominico Lippici quae legi possunt in Regesto duodecimo ipsius Bellesini fol. 10. Reliquit:

1. *Eius officii Generalatus litterarum Regesta*, 12 vol., in fol. in Archivio Ordinis Asservata.

2. *Raccolta di lettere del Rev.mo P. Stefano Agost. Bellesini al Priore di S. Agostino dall'an. 1786 all'an. 1789*. Ms. n. 652 Biblioth. Classensis Ravennae in civitate. [Pag. 111]

Bellesini B. Stephanus, cuius praeconia perbelle concinnat Pius Pp. X in Breve illius beatificationis edit. in *Analectis Augustinianis*, Vol. I, pp. 4-8, cuiusque vitam pulcherrime exararunt nostrates Magistri Philippus Balzofiore, Paulus Billeri et Gelasius Lepore, natus est Tridenti ex parentibus nobilitate atque opibus conspicuis an. 1774, die 25 novembris. Anno 1790 a P. Fulgentio Meinchembek, tunc Tridentini Augustiniani coenobii priore, eius avunculo, habitum nostrum accepit, ab eoque post aliquot dies Bononiam ad novitium S. Iacobi Maioris perductus fuit. Post peractum tyrocinium se contulit Romam sub generali Stephano Bellesini, atque post confectum Philosophiae cursum Bononiam rediit ad theologicas disciplinas addiscendas circa an. 1797. Factus pro-defendens, ob gallicas perturbationes, ac praesertim propter edictum, quo exteri religiosi e Statu Ecclesiae a Gallis occupato egredi cogebantur, in patrium coenobium remeavit nondum sacerdotio initiatus. Ibidem sacrario addictus praedicandi munus suscepit. Factus subinde sacerdos ac facultate audiendi confessiones donatus, verbo et exemplo multam populo contulit utilitatem. Non obstante Napoleonica suppressione, Stephanus noster in conventu remansit ac inibi gratuitam puerorum institutionem suscepit, quam institutionem prosequutus est per aliquot annos etiam cum e coenobio eiceretur, et habitum monasticum dimittendi cogeretur. Pensionem tamen accepit a Gubernio Bavarico an. 1808 et tribus sequentibus, postea ab italico et tandem ab imperiali usque ad an. 1817. Mense Decemb. eiusdem anni Romam redivit ad S. Augustini, ubi habitum reassumpsit, affiliatusque fuit Conventui Genestani. Mansit tamen Romae ad S. August. novitiorum magister, erga quos ita se gessit, ut quilibet in eo patris benignitatem, fratris amorem, servi officia, amici consilia, angeli consolationem, atque omnium virtutum compendium inveniret. Sublato

Romae novitiatu mansit ibidem superior atque professorii magister usque ad annum 1822 quo ad dirigendum novitiatum Civitatis Plebis in Umbria missus fuit. Quippe quod perfectam vitam cummunem summopere expetebat, accidit ut an. 1826 a Generali Iosepho Mistretta huiusmodi vitae genus in Genestani coenobium invecum fuerit, quod ubi noster B. Stephanus rescivit, ut illuc mitteretur petiit, atque obtinuit, tyronum institutioni iterum praefectus. Iam quadriennio hoc munus fungebatur, cum ex obedientia parochi officium suscipere debuit. Quo in munere ita omnes virtutes boni pastoris exercuit, ut velut sidus mattutinum respenderit. Praesertim eius caritas non habuit fines quibus contineretur; et vere mira atque heroica fuerunt quae erga pauperes illius oppidi egit, quaeque legi possunt apud memoratos scriptores illius vitae. Ex qua nimia caritate exercita, dirum typhi morbum contraxit, praeclare, ut fortis miles, occumbens Genestani in festo SS. Purificationis, an. 1840 aetatis suae 65. In vita et post mortem clarus miraculis, Pius Pp. X, illum inter Beatos coelites die 1 nov. 1904 solemniter annumeravit. Scripsit:

1. *Litterarum sive epistolarum volumen* quod ms. asservatur in Archivo Ordinis. Item:
2. *Sermonum volumen*, inibi pariter asservatum ms. Haec e Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, pp. 322-328.

de **Bellinzona Fr. Gerardus**, alumnus Provinciae Stiriae et Carintiae, ut eruitur ex Actis Capitulum Generalium (*Analecta August.*, Vol. X, p. 146) et non Congregationis Lombardiae, sicut ait Ossinger p. 120, per quatuor annos, scilicet ab an. 1575 ad an. 1579, vixit studens Papiae in conventu [Pag. 112] S. P. Augustini. Vi Diplomatis Gregorii Pp. XIII diei 25 iunii 1583, anno insequenti in Capitulo gener. Romae celebrato, S. Theol. Magister fuit renunciatus. Dicitur ab Ossinger: Vir varia scientiarum suppellectili instructus, qui totum se poesi dedit, et *multa opuscula* tam versibus italicis quam latinis composuit, atque inter alia: a) *Sixteis Fr. Gerardi a Bellinzona Augustiniani Eremitani*, sive: Poema latino heroico carmine, magna Sixti V facinora decantans, an. 1600 Codex 67 (42 - I - 44) chart. (m. 14 x 21) Biblioth. Giavardiana in civitate Verulana; b) *Canzone e Corona al Rev.mo P. M. Gregorio Petrochino Generale di S. Agostino. Il Card. Montelpare*, Venetiis, 1590, typis Moretti, in 4°.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II part. II, p. 692 qui inter alia haec habet «di lui si hanno pure sparsamente stampate alcune rime. Una *Corona di X Sonetti* con altri due si leggono dietro alla sua *Orazione* funerale recitata nel Teatro di Vicenza l'anno 1586 in morte del P. Spirito Pelo Anguisciola; Priore Generale dell'Ordine Eremitano di S. Agostino, colle composizioni di Poesie Toscane e Latine di diversi raccolte e poste in luce da Fr. Armonio Rossi Agostiniano. In Vicenza, appresso Agostino della Noce, 1587 in 4. La detta Orazione con esse Composizioni si legge anche dietro al Poema d'Alfonso Pelo Anguisciola intitolato: *L'albergo degli Infelici amanti*. In Vicenza per Giorgio Angelini, 1602 in 4°. Un suo *Sonetto* sta dietro alla *Flori, favola boschereccia* (in versi) di Maddalena Campiglia. In Vicenza, per gli eredi di Pierin Libraro e Tommaso Brunelli Compagni, 1588 in 8°. Altro *Sonetto* è stampato in lode della *Mora, Commedia di Giov. Battista Calderari cavalier di Malta*. In Vicenza per gli eredi di Pierin Libraro, 1588, in 8°». Herrera, T. I, p. 312 et Lanteri - *Additamenta ad Crusenii Monasticon*, p. 731).

Belloni Fr. Paulus, alumnus Provinciae Lombardiae, filius coenobii Vercellensis, vixit saec. XVI. Qui cum ingenium vividum et ad discendum promptum sortitus fuisset, facili et tam felici cursu

minora studia pertransiit, ut artis oratoriae peritissimus evaderet, in cuius testimonium Parmae an. 1598 in lucem dedit *orationem* quam habuit in Capitulo generali et alia multa.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, Part. II, p. 107 et Ossinger, p. 120).

Belloni Fr. Vincentius, Italus, ortum habuit in oppido Carpasio e Paulo et Ioanna Sacco die 9 Octobris 1839, atque postera die in baptismatis fonte renatus est. Habitum Augustinianum mense Octobris 1856 suscepit, et, novitiatu peracto, ad Lucanum nostrum coenobium missus, magistrum habuit P. Ioannem Belluomini, qui sub die 18 febr. 1859 hoc de illo dedit testimonium: «Bono ingenio, et bona memoria praeditus multum proficit in studiis philosophiae ac in scientia sanctorum: uno verbo: dilectus Deo et hominibus». Anno insequenti P. Ioanni Belluomini in officio Regentis illius conventus suffectus fuit P. Fridericus Masini, qui de Belloni sequens contexuit elogium: «Iuvenis angelicis moribus indutus, et, ni fallor, ita animum habere puto. Plurimum studiorum promittit, si ea voluntate qua usque adhuc ductus est, ac ingenii dexteritate in eis prosequatur. Dolendum autem est, non tam sana valetudine gaudere». Et an. 1862 haec insuper de discipulo scribebat: «Iuvenis ingenio ac memoria valde praeditus; optimae spei, praesertim in philosophicis disciplinis, in quibus quamplurimum est exercitatus: nunc iam ab aliquo tempore studio [Pag. 113] Dogmaticae Theologiae vocat, die qua pro defendens fieri meretur. In omnibus autem Deo ac hominibus dilectus». Post autem annum ordinatus fuit sacerdos, et, Romam accersitus, die 12 augusti 1865 ad Lectoratus gradum fuit promotus. Docuit inde Biblicas Quaestiones et locos Theologicos, semper commendabilem se exhibendo. Ivit postea Brachianum et an. 1870, feliciter superatis examinibus, nominatus fuit Studiorum Regens, missusque Melitam, ubi mansit usque ad annum 1875, in quo Romam revocatus atque Savonam missus, tribus post annis e vivis excessit. Scripsit atque edidit:

1. *S. Paolo a Malta. Poema del P. Vincenzo Belloni Agostiniano*. Malta, 1875. tip. Guttemberg, Piazza Britannica N° 5, in 8°, pp. 375. De hoc Poemate Ephemeris *La Civiltà Cattolica*, an. 26, vol. VI, Serie IX, p. 325, sequens protulit iudicium: «È un racconto poetico ben ideato nella invenzione, fiorito di vari interessanti episodii, e condotto alla finale soluzione con begli artifizzii poetici. E' scritto in ottava rima e con istile che mostra nel ch. Autore un ingegno squisitamente poetico ed educato nello studio dei grandi esemplari antichi e moderni».

2. *Agli Illustri Martiri Giapponesi Agostiniani - Versi* - S. 1. (Romae) et an. (1867).

(Cfr. Perini, *Studio Bio - bibliogr. sul Card. A. Ciasca*, Roma, 1903, p. 201) et *Relationes studiorum* asservatas in Arch.Ordinis.

Belluomini Fr. Ioannes, ex honestis ingenuisque parentibus Philippo, et Margherita Bartolomei fortunae bonis haud mediocriter instructis in oppido S. Margheritae prope Lucam ortum habuit die 28 febr. an. 1814. Post navatam in Lucensi Lyceo philosophiae operam undeviginti annos natus monasticam vitam apud Augustinianum ordinem amplecti deliberavit. Interamnae in Umbria tyrocinium confecit ac postea studiorum causa an. 1833 Viterbium missus, P. Philippo Cascia Magistro Regente, utpote optimae spei adolescens, ingenii acumine, facili memoria et optimis moribus praeditus, prae caeteris in studiis Theologicis, quamvis valetudine gracilis, antecelluit. Romam deinde an. 1837 vocatus studiorum cursum sub Mag. Guillelmo Bartolomei complevit, atque Lectoris gradum an. 1841 adeptus Recinetum anno insequenti contendit, ut ibidem nostrates

alumnos etiam graecas litteras edoceret. Egit deinde (1843) philosophiae professorem in Aesino Clericorum Collegio, unde non ita multo ad nostra gymnasia rediit. Regentiae, ad quam die 4 aprilis promotus fuit, quinquennio Recineti transegit, ac postea ad Magisterium iam promotus nostrates iuvenes docendi provinciam cum Lucae, tum Florentiae prosecutus fuit. Ibidem cum regularis disciplinae profectu plures quoque annos, prioratum laudabiliter gessit, eodemque tempore confessarii monialium, atque examinatore pro-synodalis munia cum plausu exercuit. Cum inter varia huiusmodi officia magnam sibi probitatis, doctrinae prudentiae atque dexteritatis laudem apud Ordinis superiores comparasset an. 1859 a R.mo P. Gen. Paulo Micallef in Ordinis Procuratorem Generalem assumptus fuit, quo nomine etiam socius evasit Collegii theologici Archigymnasii Romani, ac paulo post S. Congr. SS. Rituum consultoris locum obtinuit. Tandem in comitiis Generalibus ob renuntiationem praefati DD. Pauli Micallef, tunc Ep. Tifernatis in pervigilio Pentecostes, Romae an. 1865 coactis, fere omnibus Patribus suffragantibus ad universi Ordinis regimen ex decreto SS. D. Pii PP. IX in Cap. gen. an. 1859 promulgato, 12 annis duraturum evectus fuit [Pag. 114] ac postea ad nutum eiusdem Pontificis confirmatus fuit. Inter medias horum temporum calamitates, iacturas et tempestates, ordinem rexit usque ad an. 1880, quo caeterarum rerum cura omnino dimissa soli Deo et sibi vacare animum induxit. Verum parum temporis praeoptata quiete frui valuit nam hora secunda cum dimidio ante meridiem diei 30 septembris 1883 post aliquot decubitus dies ab acceptis repetitis apoplexis ictibus Ecclesiae Sacramentis roboratus hujus terrenae peregrinationis sibi ab Ornnipotentis Domini praefinitum tempus explevit. Quae ab ipso scripta fuerunt sunt:

1. *Vota aliqua in sessionibus Concilii Vaticani*, quibus fere omnibus interfuit, ab ipso prolata.
2. *Regesta sui Generalatus* ab an. 1865 ad an. 1880 sub signatura Dd. 261, 262, 263, asservata in Archivo Ordinis.

(Cfr. Lanteri, *Eremitae Sacrae Augustinianae*. Part. I, Romae 1874, p. 348 et seg. et Reg. R.mi P. Neno, Dd. 264 p. 182 et seg.).

Belluomo Fr. Angelus, S. Theol. Doctor, a nonnullis Firmanus, ab aliis Pisauriensis dictus, habitum Augustinianum sumpsit in nostro conventu de Rocca Contrata, ac proinde etiam de Rocca Contrata nuncupatus fuit. Vixit saec. XVII, et laudatur propter eius theologiam scientiam et in utroque iure peritiam. Extat in Biblioth. Universitatis Bononien. quoddam carmen (v. canzone) D.ni Ciampoli in cod. 1141 (1877), ita illi nuncupatum: *Il ferragosto di Montalto al P. M. Angelo Belluomo Barbato Agostiniano*, et inc.: «Neve, candida neve...». Typis mandavit Angelus noster, quae sequuntur:

1. *Theorica iustitiae tam politicae quam theologicae per XV honoraria distincta*. Firmi 1625 in 12°. (Cfr. Bocca, Cat. 25, n° 445).
2. *Vita della B. Rita da Cascia*. Macerata, 1624, in 4°.

(Cfr. Iacobilli, *Biblioth. Umbriae*, p. 42; Elssium, p. 59; Ossinger, p. 120; Mazzuchelli, Vol. II, Part. II, p. 715; Vecchietti, *Biblioth. Picena*, Vol. II, p. 138; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, Vol. III, p. 123).

Beltrami Fr. Ambrosius, alias Beltramini, Venetus, S. Theol. Mag. «vir fuit, ait Lanteri, in *Crusenii Monasterii parte tertia cum additamentis*, p. 722, rnorum probitate, atque ingenii praestantia paucis comparandus, qui potissimum theologica scientia excelluit». Ex actis Capituli Gener. Bononiae an. 1551 celebrati constat illum licentiatum fuisse ad suscipienda insignia magistralia post annum (Cfr. *Analecta Aug.* Vol. IX, p. 381) cum esset in studio Mediolanensi, ubi factus fuit Regens Veronae. Ex Regestis Generalis Thaddaei Perusini vero, scimus hic ad eum scripsisse sub diebus 12-19 maii 1576 «ut elemosinas collectas pro conventu Papiensi per fidos et tutos tabellarios ad nos mitteret, et quod pariter custodiret Sargiam ex Flandria missam» (Cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex dipl. cit.*, Vol. IV, p. 52). Obiit Ambrosius Venetiis an. 1602. Scripsit:

1. *De voto paupertatis in religione quod est abdicatio proprietatis in proprium non habendo* P. M. *Ambrosii Beltrami Venet. Ord. Erem. S. Aug. S. Theol. professoris*, Venetiis 1581, Muschius excudebat in 4°.

2. *Sommario delle Indulgenze e de' Privilegi de' cinturati*. (Cfr. Alberici, *Catal. Breve degli Illustri Scritt. Veneziani*, Bologna 1605, p. 6; Ossinger, p. 121, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, Vol. II, p. 388).

Benassai Fr. Ioannes Maria, S. Theol. Mag. et Congregationis Perusinae Vicarius Generalis, vir fuit in quo pietas cum doctrina contendit. [Pag. 115] Ad meliorem vitam transivit an. 1602. Praelo mandavit:

1. *La devotissima rappresentazione di S. Maria Maddalena, specchio di penitenza*. In Perugia, Tip. Petrucci, 1590, ed a spese di Pietro Francesco Petrucci in Foligno, 1598.

2. *Il mortorio di Cristo*, in Foligno, 1601 et alia. (Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, Part. II, p. 782; Ossinger, p. 121; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 165, et Iacobilli in *Bibliotheca Umbriae*, p. 160, qui ait, quod Fr. Ioannes noster fuerit «insignis musicus ac Regens plurimorum Gymnasiorum, et quod ediderit alia quamplurima opera»).

Bencivenni Fr. Alexander, Florentinus, vir non minus virtute, quam scientia praestans, ut vocatur ab Ossinger, p. 121, floruit saec. XVII ineunte. Reliquit: *Vita e miracoli della B. Rita da Cascia*, in Firenze, 1628 in 8°.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 118).

Benedetti Fr. Thaddaeus e Foro Sembronii, floruit saec. XVI labente, atque edidit: *Significati e meditazioni del SS. Sacrificio della Messa, raccolti da diversi Autori dal Ven. P. Fr. Taddeo Benedetti da Fossombrone dell'Ordine di S. Agostino*. In Macerata appresso Sebastiano Martinelli, 1594, in 8°. Opus dicatum fuit nobilissimo Aequiti Flaminio Cattabeni epistola data e S. Genesisio die 20 octobris 1594, et iterum reimpressum ab eodem Martinelli an. 1608, in 8°.

(Cfr. Vecchietti, *Biblioth. Picena*, Vol. II, p. 163 et Hurter, *Nomenclator Litt.*, T. III, Oeniponti, 1907, col. 1199).

Benedictus a S. Iacobo vide: **Mazzoni Fr. Benedictus**.

Benincasa Fr. Philippus, e Pausilipo, alumnus Congr. S. Ioannis ad Carbonariam, studia sua Neapoli in primario suae Congregationis coenobio ab an. 1728 ad an. 1736 impense coluit. Extitit ibidem studentium magister, et an. 1733 Lector renuntiatus fuit. Anno vero 1738 fit Baccalaureus; an. 1756 Definitor; an. 1759 Vicarii Socius et Congregationis Secretarius, et an. 1763 electus fuit S. Mariae Constantinopolitanae Leucopetrae Prior. Typis ab eo mandata fuerunt:

1. *Storia della vita, canonizzazione, sangue, panellini e prodigii di S. Nicola da Tolentino, composta da un religioso di S. Giovanni a Carbonara*. Napoli, 1768, in 8°.

2. *Vita del Servo di Dio il P. Fr. Giannicola Chiesa della Congregazione di S. Giov. a Carbonara, divisa in tre punti*, Napoli 1787, nella stamperia di Amato Cons, in 4°. Est in Bibl. Angelica sub sign. 1, 61.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 363).

Berdozzi Fr. Ioannes, primam lucem Validi in Dioec. Camerinensi die 26 Augusti anni 1836 aspexit et habitum Ordinis Erem. S. Aug., tamquam filius Conventus Sarnanensis, Provinciae Picenae, Tolentini assumpsit die 6 iunii anni 1854. Novitiatu ibidem exacto et die 17 Iunii 1855 religiosa professione emissa, Firmum missus fuit ut studiis philosophicis, magistro P. Iosepho Concetti, operam daret. Anno 1857, praefatus magister ita de eo scribebat: «omnia pacifice solerter agit, sive methaphisicam, cui animum adiicit, mente revocat, sive pietatis opera exercent. Cuique ostendit suam conversationem in coelis esse...». Anno 1859 Tolentinum reversus, a P. Loretani hoc habuit testimonium sub die 22 Ianuarii an. 1860. «Ab ipso cum praecitatis [Pag. 116] (Augustino Gentili et Nicolao Verdelli) ternarium habemus aedificantem domum solitudinis, studii, nec non plurimae virtutis exercitio praeclara et continua praebet argumenta». Mense Iunii die 19 eiusdem anni sacerdos ordinatus est, ac sacrae Theologiae studio adhuc incumberebat cum, ob Regularium civilem suppressionem in Piceno peractam, exire coactus fuisset et in suorum domum se recipere. An. 1863 a Superioribus Ordinis obtinuit ut in studio Viterbiensi, Provinciae Romanae, admitteretur, ibique studia theologica perfecit. Lectoris gradu decoratus (an. 1864) et Professorum Magister nominatus, anno 1866 etiam Conventus Supprior effectus est. Quinquennio integro philosophiam laudabiliter docuit, quo transacto Prior eiusdem conventus electus fuit, et sic docendi muneri valedixit. Prioratum Viterbiensem, difficillimis etiam superventae suppressionis temporibus, usque ad annum 1889 optime gessit. Capitulo Generali eiusdem anni 1889 tamquam Discretus Provinciae Romanae interfuit, atque eiusdem Provinciae in eodem Capitulo Prior Provincialis fuit renunciatus; in hoc munere anno 1892 confirmatus fuit atque eodem anno regimini conventus S. P. Augustini de Urbe, tamquam Vicarius Prior, praefectus. Iam anno 1882, quo Magisterii laurea a R.mo P. Pacifico Neno fuerat donatus, ad Provinciam Romanam transierat, ex filiatione eius e conventu Sarnanensi et adfiliatione conventui SS.mae Trinitatis Viterbiensi ab enunciato R.mo Patre auctoritate apostolica factis. In Capitulo Generali anni 1895 primus electus fuit inter Assistentes Generales Ordinis et deinde etiam Vicarius Prior Collegii S. M. Monicae Urbis, quo in munere mansit usque ad annum 1901. In Congregatione Generali Intermedia anni 1901 iterum Prior Provincialis Provinciae Romanae fuit nominatus et Collegio Viterbiensi, paucis ante annis a R.mo P. Thoma Rodriguez instaurato, praepositus. Hisce muneribus, anno 1904 a Capitulo Provinciali suae Provinciae et a R.mo P. Generali respective iterum demandatis, fungebatur, cum sacramentis, eodem petente, devote susceptis, die 14 Ianuarii 1907 ex hac vita migravit. Vir bono ingenio praeditus et ingenita pietate ornatus, religiosae vitae omnibus praelusit. Superioribus tam in

religiosa disciplina promovenda, quam in rerum temporalium administratione curanda admodum curavit; praelo etiam tradidit, opuscula non parvi facienda, scilicet:

1. *1° Corso di Conferenze per le Madri Cristiane*, Siena Tip. di S. Bernardino, sul Periodico «La Madre Cristiana».
2. *Vari articoli istruttivi e religiosi*, ibidem.
3. *Spirito della Religione Agostiniana ossia Regola del S. P. Agostino spiegata al Novizio e preceduta da istruzioni analoghe allo stato religioso*. Viterbo, Tip. Soc. Agnesotti e Comp. 1884 et 1901, in 8°, pp. 329.
4. *Vade Mecum dei Superiori Maggiori dell'Ordine Erem. di S. Agostino nell'esercizio di alcune principali loro funzioni*. Viterbo, Tip. Agnesotti 1891. Opusculum anonymum.
5. *Regole e Costituzioni dell'Ord. Erem. di S. Agostino adattate alle Monache dello stesso Ordine*. Roma, Tip. della Pace di F. Cuggiani, 1895. Opusculum anonymum.

(Cfr. Perini, *Studio Bibliografico sul Card. Ciasca*, pag. 96; *Littera Circularis R.mi P. Rodriguez* diei 16 Ianuarii 1907; *La Madre del Buon Consiglio nelle famiglie cristiane* del 1907, an. XI, N. 3, p. 113 et seq.).

de **Bergolio Fr. Georgius**, vixit saec. XIV ineunte. Bergolium, oppidum natale nostratis Fr. Georgii, illud esse puto quod italice *Bergolo* dicitur, [Pag. 117] quodque in Cunei provincia existit. De fratre Georgio autem, haec a P. Saturnino Lopez (*Analecta August.* Vol. IX, p. 198-200) exarata habentur. An. 1331, die 30 novembris Ioannes Pp. XXII Guillelmo de Cremona, Priori Generali Ordinis scribit et iniungit: «quatenus Georgium de Bergolio, eiusdem ordinis, qui pro acquisitione scientiae theologiae in Parisiensi et Bononiensi studiis studendo laboravit diutius et deinde illam in Ianuensi et Avenionensi fratrum ipsius Ordinis conventibus docuit, si idoneus reputetur, destinet in Studio Parisiensi ad legendas Sententias in futuris vacationibus, (Reg. Vat. 116, f. 344, l. 1614), et die 23 maii an. 1332 ipsemet Pontifex Cancellarium et Universitatem Magistrorum Studii Parisiensis hortatur, quatenus ipsum (Georgium de Bergolio, Ord. herem. S. Aug. in sacra pagina baccalarium), cum ad studium Parisiense, ibi librum Sententiarum lecturus, accedat, recomendatum propensius habeat» (Ibid., f. 221, l. 1132; cfr. etiam Denifle-Chatelain, *Chartularium Univer. Parisiens.*, T. II, p. 399-400), qui utique errorem commissum in Codicibus Vat. his verbis notant: «Vocatur ibidem quandoque perperam *Gregorius*». Id praecipue evenit in testimoniis ex Registris Avenion. Clementis VI, T. 18 a P. Franc. Erhle in suo praeclarissimo opere *Historiae Biblioth. Roman. Pontif.* p. 151 allatis. Maiorem in errorem delapsus fuit M. Francon in opere: *La librairie des Papes d'Avignon* (Paris, 1886) qui ad p. 37 sic habet: «Le 23 mai, una table de Saint Augustin sur la Genèse, payée, lettre ornée et enluminure comprises, 10 sons de gros tournois a *Philippe* de Bergolio, de l'ordre des Eremites, *probablement un Camaldule*». Francon ergo erravit et circa nostri Fratris Georgii nomen et circa eiusdem professionem. Ipse autem Georgius pro Papa sequentia composuit, quae dicuntur:

1. *Tabula in omeliis Sancti Augustini super Evangelium Joannis*.

2. *Tabula Sancti Augustini super Genesim ad litteram.*

3. *Tabula librorum Dionisii.*

4. *Tabula librorum Boetii.*

5. *Liber vocabulorum Bibliae.*

6. *Alius (liber) est aliqualis doctrina super accentuatione certorum librorum quos libros fecerat fieri fr. Georgius pro domino nostro papa.* (Cfr. P. Erhle, op. cit. 153).

Pro quibus operibus conficiendis, pro pergamenis, scriptura et eorum illuminatione auctor a Camera Apostolica, diversis temporibus, recepit florinos aureos 109 et sol. tur. gross. 10.

de **Bergamo Fr. Augustinus**, clarus Insubricae Congregationis alumnus, vir egregie doctus, vitae sanctimonia et regularis observantiae zelo maxime enituit, plurimumque suae congregationi, apud quam gratia et auctoritate florebat, prudentia sua et in agendis dexteritate, profuit. Quinquies enim fuit eiusdem Visitator, semel atque iterum Definitor, iterum ac tertio Vicarius Generalis, primaque vice an. 1501 hoc in munere electus in comitiis suae Congregationis universis in patrio ad S. Augustinum conventu celebratis. Plenus dierum obiit Bergomi an. 1513. Scripsit libros quibus tituli:

1. *De Deo uno et trino*, opus iuxta doctrinam famosissimi Gregorii Ariminensis per quaestiones compositum, atque Gratiano de Fulgineo totius Ordinis Priori Genenerali dicatum.

2. *De cultu et veneratione Ecclesiarum libri II.*

3. *Ecclesiasticae traditiones variis quaestionibus illustratae.* [Pag. 118]

4. *Consilia diversa*; ac insuper:

5. *Commentaria per quaestiones et dubia in quatuor lib. Sententiarum*, nec non

6. *Parva logica pro tyronum instructione.*

(Cfr. Aloys. Torelli, *Sec. Agost.*, T. VII, pp 525, 640 ex Donato Calvi).

de **Bergomo Fr. Augustinus**, alter, cognomento Ballini, et ipse Insubricae Augustinianae Congregationis clarus alumnus, in actis Papiensis conventus S. Mustiolae ab. an. 1504 ad an. 1520, apparet inibi de familia constitutus, et hoc ultimo anno ut Visitator. Plurium coenobiorum insuper fuit Prior non semel suae Congregationis Definitor et an. 1547 in comitiis generalibus eiusdem Congregationis in conventu S. Ioannis Evangelistae prope Faventiam habitis, quibus praefuit Generalis Hieronymus Seripandus, Vic. Generalis eligitur, ut componeret similtates in sinu eiusdem Congregationis obortas, quod et fecit. Mira enim fulgebat vitae integritate, magno consilio praeditus, et doctrina. Vixit usque ad an. 1550, quo Bergomensis in coenobio, cuius erat Prior, pientissime obiit, aetatis suae 74. Scripsit quae sequuntur:

1. *De oratione mentali libri III*;
2. *De sensuum mortificatione libri II*;
3. *De contemptu sui ipsius Liber I*;
4. *De excellentia creaturae rationalis, et ipsius erga Deum obligationibus liber I*.

(Cfr. Torelli, *Sec. Agost.*, T. VIII, pp. 309, 324; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 169 et Maiocchi-Casacca, *Codex Diplom. cit.*, Vol. III, pp. 22, 24, et III).

de **Bergomo Fr. Paulinus**, Congregationis Lombardiae alumnus, vir in historia Ordinis nostri iugi studio exercitatus, floruit saec. XVI labente, ab eo que typis mandatus fuit: *Liber de privilegiis Ordinis nostri*, Romae, 1599 in 8°.

(Cfr. Ossinger, p. 122, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 440; notandum vero est quod hic Paulinus non sit alius nisi Fr. Paulus Olmo Bergomensis ut puto, de quo postea).

Berlendi Fr. Ioannes Paulus, communiter dictus P. *Proto*, ortum habuit Bergomi secunda medietate saec. XVI. Istum docendo, tum disputando, atque concionando, praesertim Alexandriae, ubi an. 1610 extitit S. Th. Lector, Praedicator atque conventus Prior, magna Religionem nostram gloria cumulavit. Qua de re Maraccius in *Bibliotheca Mariana*, Vol. I. p. 773, non dubitavit quin eum diceret: «theologica doctrina et evangelica divini Verbi declamatione insignem». Alumnus fuit Congr. observantiae de Lombardia, atque theologi et confessarii munere Ferdinandi Ducis Mantuani, pergrande cum existimatione et veneratione functus est. Decubuit anno 1623 dum esset Prior conventus S. Crucis civitatis Casalensis. Laudatur a Giorgio Maria König, Christiano Iôcher, Antonio Possevino aliisque bibliothecarum auctoribus. Scripsit quae sequuntur:

1. *Metaplasmus divinae ac simbolicae visionis mulieris amictae sole* etc. 1596.
2. *Oratione fanebre nell'esequie del P. Ambrogio Frigerio di Bassano*. In Ferrara, 1598.
3. *Esca del divino amore*. In Bergamo et Brixiae.
4. *Scala di Giacobbe applicata alle Beatitudini Evangeliche dal P. Gio. Paolo Berlendi da Bergamo, Predicatore e Lettore di Sacra Theologia / Agostiniano dell'Osserv. di Lombardia / all'Illustrissimo e Reverendissimo Monsignore / Il Sig. Leonardo Mocenico Vescovo et Principe di Ceneda*. In Bergamo, per Comin Ventura, 1601 in 8°. Est in Biblioth. Angelica. [Pag. 119]
5. *Elogi della Gloriosa Vergine sopra le Litanie del P. etc. Divisi in sette parti / all'Ill.mo e Rev.mo Principe D. Alessandro d'Este Card.le*. In Regio, appresso Flaminio Bartoli, 1618, in 12°. Pars quarta inscribitur: *Elogi di Maria Vergine sopra le Litanie che si cantano nella Santa Casa di Loreto*. Sunt in Angelica; et olim in bibliotheca nostra Monachii extabat eorumdem elogiorum latina versio peracta a Wolfango Weissshanbt Ord. S. Benedicti ac edita Lyncii an. 1677.

(Cfr. ac Rosenthal Cat. 95, n. 297, atque Donatum Calvi, *Scena Letteraria degli Scrittori Bergamaschi*, Bergamo, 1664, p. 257, ubi et eius effigiem refert; Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, Part. II, Vol. II, p. 955; Elssium, *Encomiasticon Augustinianum*, p. 392; Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana*, p. 123; Lanteri, *Postrema Saec. Sex Religionis August.*, Vol. II, p. 423 et alios).

Bernardinus a SS. Faustino et Iovita, Brixienensis, Congregationis Excalceatorum Augustinensium Italiae alumnus, edidit opus: *De divinae pietatis vinculis, quibus quilibet vitae status Deo artius coniungitur, sacramentis scilicet in genere et in specie a P. Stephano a S. Gregorio exaratum et ab eodem Bernardino ampliatum*. Mediolani, 1668, vol. in 4°.

(Cfr. Bocca, Catal. n° 6).

Bernardus a S. Cajetano, alumnus Congregationis Excalceatorum Italiae, floruit saec. XVIII labente, atque edidit: *Vita del Santo Padre Aurelio Agostino, Vescovo d'Ipbona, Dottore di S. Chiesa, scritta da S. Possidio, ricorretta nel testo e nelle note*. Milano, Tip. Agnelli, 1780, in 12°.

Bernori Fr. Ioannes Baptista, Plumbinensis, alumnus Provinciae Senensis, S. Theologiae Mag., postquam sacrarum litterarum notitiam Salmanticae in Hispania ausisset, in Italiam reversus, an. 1579 Senense studium regebat, an. 1580 Perusinum et postea, anno 1592, Procurator Generalis totius Ordinis electus est; atque in capitulo generali Romae habito an. 1598, cum esset tunc et prior S. Matthaei de Urbe et in Sapientia Romana publicus Sacrae Scripturae lector in munere Procuratoris Generalis reelectus seu potius confirmatus fuit, in eo manens usque ad an. 1608, in quo habita Patrum generali synodo, longissima eius muneris functione defessus, officium abdicavit, atque illustrissimus Cardinalis Protector et Capituli praeses, «in praemium suorum laborum et meritorum Summi Pontificis nomine, sic aiunt Regesta, Cathedralem aliquam se dignam Ecclesiam brevi consecuturum» est pollicitus. Dignus quidem ille Episcopali sede, verumtamen pollicitatio in irritum recedit. Romae an. 1613 concessit in fata. Ita Herrera, T. I, p. 448. Eius mss. asservantur in Biblioth. Angelica et sunt:

1. *Ad theologica divinorum Auxiliorum puncta a Sanctissimo D. N. Paulo V, anno sui pontificatus II assignata, brevis ac dilucida responsio*. Inc.: «In quibus differant error Calvinii et Sententia Thomistarum...». Expl: «Ego fr. Io. Bap. de Plumbino, Ord. Erem. S. Aug. ni Proc. or Gen., collegarum sacrae divinorum Auxiliorum Congregationis minimus, ut supra pro captu, sub Apostolicae Sedis correctione respondi ac censeo, et manu propria subscripsi, die 16 Augusti, 1606». Cod. 858 (R. 1, 5) in fol. ff. 13 Bibl. praedictae.

2. *P. Ioannis Bap. Plumbini, Proc. Gen. Ord. Erem. S. Aug., scripta sex propria ipsius manu exarata, quibus censuram fert in propositiones Molinae, et ipsarum defensiones impugnat*. Codex eiusdem Bibl. Angelicae n. 865 (R. 1. 12) in 4. Opus nostratis Bernori est inter ff. 465-526. [Pag. 120]

3. *Io. Bap. Plumbini Ord. Erem. S. Aug. de cultu nondum canonizatorum; et an liceat et expediat, sanctorum hominum mortuorum corpora et reliquias externo cultu proprie venerari et adorare, sine licentia expressa Summi Pontificis*. Haec duae dissertationes sunt in cod. 909 (R. 3. 26) eiusdem Bibl. inter ff. 92-93 et 112-115. Huius apud Ossingerum in *Bibl. Aug.*, non fit mentio.

Berti fr. Ioannes Laurentius, natus est Seravetiae in Hetruriae finibus non longe a Carferoniana die 27 iunii anni 1696 ex patre Luca Berti, ac matre Dominica Boncia, quae hunc filium septimestrem se peperisse affirmabat. Adhuc puer ex incendii periculo per fenestram ereptus fuit, quod quia contigit pervigilio S. Laurentii, idcirco Laurentii nomen apud Ordinem accipere voluit. Ante Augustiniani habitus susceptionem juvenis crassioris minervae videbatur; nam parvum admodum in litteris profectum faciebat, unde aliquando acrem patris reprehensionem in se concitavit. Postquam autem Bargae Eremitarum Ordini nomen dedit, tantam ostendit mentis perspicaciam, ingenuique feracitatem, quantam eruditissima ejus opera testantur. Jam inde a 22 suae aetatis anno concionari exorsus, nobiliora postea Italiae pergama conscendit, tantam nimirum eloquentiae laude ut illum Fanensis populus civitate donarit. Anno 1725 Liburnii in Hetruria hebraeorum conversioni operam dare coepit, atque ex iis nonnullos suis concionibus Christo lucrificet. Dum eloquentiam excolebat, operam etiam navabat linguae graecae et hebraicae atque poesi, unde non paucos plausus retulit inter Apatistas Florentinos carmina extemporanea recitando. Potissimum autem studium Theologiae impendit, quam facultatem docuit Senis, Florentiae, Bononiae, Patavii, et Romae. Jussus a Generali Antonio Schiaffinati opus de theologicis disciplinis ad usum scholarum Ordinis conficere, huic molitioni totum se dedit, atque ante omnia caeteris omnibus occupationibus deonerari postulavit. Exinde illum quotidie vidisses vel intra Angelicae Bibliothecae parietes inclusum legendo atque scribendo integros dies insumentem, vel in cubiculo inter theologicas lucubrationes noctes insomnes ducentem, vel cum iisdem studiis per vias ambulantiem, vel demum etiam cum illis autumnali tempore rusticantiem. Nam postquam huic tam improbo labori manum admovit, non aliquid de pristino scribendi ardore ante remisit, quam majorem suscepti operis partem complevisset. R. mus P. Mag. Augustinus Gioja statim ac factus fuit totius Ordinis Generalis Bertium nostrum aliquo honore prosequi cupiens, illum in suum epistolarum latinarum scriptorem assumpsit, quod muneris genus antea in Ordine numquam viguerat. Hoc ubi rescivit Benedictus XIV Generalem arcessivit, eique imperavit ut Bertium vacuum atque ab omni officio liberum sineret, aut si vellet illum aliquo gradu decorare Angelicae Bibliothecae praefectum constitueret. Quibus Pontificis jussionibus sine mora R. mus Gioja obsecutus fuit. Item praefatus Summus Pontifex eidem Generali postea praecepit ut Bertium Italiae Assistentem crearet, quae res mutuam inter utrumque amicitiam aliquantulum imminuisse videtur atque causa fuisse cur Berti Romam relinquere animum induxerit, atque Pisas se conferre ut apud illam celeberrimam Universitatem historiae ecclesiasticae professorem ageret, ad quod munus exercendum a Magno Duce, qui postea fuit Franciscus I Imperator, invitatus fuerat, assignata ingenti pensione cum titulo theologi imperialis. [Pag. 121] Refert Angelus Fabronius vol. XI quod laudatus Summus Pontifex Benedictus XIV Bertium nostrum ad purpuram designarat; ast aemulorum invidia ne hunc honorem consequeretur obicem posuit. Dum Pisis degebat consultus fuit a Lucensibus de quadam controversia, quae inter ipsos et Pontificem Clementem XIII versabatur. Quid pro Lucensibus Bertius egerit publicae luci non patuit; constat tamen propterea illum apud eundem Pontificem offendisse, qui suam indignationem per Generalem Vasquez illi acerbis verbis notam facere voluit. Huiusmodi obiurgatio mortem illi accelerasse videtur. Nam non ita multo post Florentiae dum Missam celebrabat, apoplexi correptus fuit, atque exinde pristinam sanitatem numquam recuperare potuit quamvis ad debilitatas vires reficiendas itineri se commiserit atque Venetias usque pervenerit. Inde postea Pisas reversus dum in choro orationi vacabat, alio apoplexis ictu percussus fuit, atque novem post dies verbis ac nutibus confirmans magnam pietatis opinionem, quae de illo habebatur, ad immortalem vitam transivit die 26 maii anni 1766 aetatis suae 71. Consule potissimum laudatum Fabronium, qui inter caetera de Bertii scriptis haec habet: *«Admonendi omnes sunt qui dant operam Theologiae ut hos libros numquam de manu deponant.*

Praeseferunt enim genus descriptionis grave et argumento plane dignum... lucidum ubique ordinem cum brevitate conjunctum, summam in rebus maximi, momenti diligentiam, in disputationibus moderationem, tantam autem eruditionis copiam ut ad theologicas disciplinas percipiendas amoenam non minus quam compendiarum aperiant viam. Ac fuere quidem nonnulli, quibus videretur Bertius subobscurus aliquando, et veteranis potius quam tyronibus scripsisse, et interdum festinantis calami indicia dedisse; quarum primum rerum, non verborum obscuritati, alterum necessitati qua premebatur celeriter perficiendi operis concedendum... Postquam Bertius suam de theologice disciplinis opus absolvisset, calamum iterum sumere debuit ut illud a calumniatoribus defenderet. Hi enim et voce et scripto et privatim publiceque disseminabant ab illo prava et perversa multa edoceri... Exaravit itaque Bertius, vulgavitque Romae anno 1747 dissertationes sex, quarum haec est inscriptio: Augustinianum systema de gratia ab iniqua Bajanorum et Janseniorum erroris insimulatione vindicatum, sive refutatio librorum, quorum titulus: Bajanismus et Jansenismus redivivi in scriptis PP. FF. Bellelli et Berti Ordinis Eremitarum S. Augustini etc. Conscripserat hos libros de Bajanismo et Jansenismo redivivo Joannes d'Yse de Saleon Episcopus primum Segodanensis, mox Archiepiscopus Viennensis in Gallia, aliorum magis vocibus, quam sua sponte inflammatus in illa duo Augustiniani Ordinis lumina; ejusque postea vestigia persecutus est Joannes Josephus Languet de Gergy Senonum Archiepiscopus iis tamen praeunte canonico quodam Augustae Suessionum cognomine de Gorgne, qui primus omnium Berti Theologiam, postquam quartum illius volumen in lucem exierat, apud Summum Pontificem Benedictum XIV criminatus est. Hac re Pontifex commotus negotium dat duobus religiosis viris Fortunato Tamburinio, et Joachino Bessozzio, quorum doctrinae in theologice rebus tanta erat opinio, ut hac commendati ad Cardinalatum pervenerint, ut cognoscant de Gorgnii animadversionibus, et Berti scriptis, seque de iis admoneant. Hi postquam diligentissime examinassent verborum omnium pondera, retulerunt Pontifici injuria Bertium insimulari; nihil esse in ejus libris quod Jansenismus [Pag. 122] redoleat, quinimmo omnia esse in ipsis exarata docte scienterque ad sententiam S. Augustini, mentemque Catholicae Romanae Ecclesiae. Hoc prolato judicio licuit Bertio in eo gloriari sicut aurum igne, ita suum opus censoria severitate probatum fuisse, nec minus illi gloriosum fuit doctores omnes Lovanienses, celeberrimamque ejus urbis Academiam secum stetisse, et Clerum Gallicanum in suis comitiis anno 1747 palam rejecisse supra memoratos libros de Bajanismo et Jansenismo redivivo, utpote iniurios in summos theologos, acceptamque disciplinam ab Augustino, quo nemo diligentius, ut aiebat Prudentius, divinarum scientiarum arcana exquisivit, nemo verius invenit, veracius protulit, effusius examinavit. Nos tamen iisdem libris gratiam aliquam habere volumus quod extorserint a Bertio sex illas quas commemoravimus dissertationes in quibus dum se Bellellum, et Augustinianam Scholam ob omni erroris suspitione vindicavit tantum doctrinae lumen sparsit, ut nusquam melius fraudes, et prolaptiones Baji, Iansenii, et Quesnellii cognosci possint».

Ita Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. III. p. 274. En tandem catalogus operum nostri Bertii:

1. *Opus de theologice disciplinis.* Romae, Typ. De Rubeis, apud Pantheon, 1739-1745, 8 vol, in 4; Pedemonti, 1749, t. 5, in fol.; Venetiis, 1750 tom. 3 in fol.; item Venetiis 1760, Vol. 7 in fol. ex typographia Remondiniana; Neapoli, 1762, vol. 10 in 8; Romae, 1764, vol. 4 in 8; item Romae, 1765, vol. 4 in 8; item Romae, 1764, vol. 4 in 8; item Romae, 1765, Vol. 6 in fol.; Romae, sumptibus Remondinianis 1769 ; Neapoli 1769, Vol. 10 in 8; item Neapoli, 1776, Vol. 10 in 4.; Bassani 1777, Vol. 5 in 8; Neapoli 1779, Vol. 10 in 4; item Neapoli 1780, vol. 9 in 8; Bassani, apud

Remondini 1789, vol. 5 in 8; Item Bassani 1792, 10 vol. in 4. Una cum supplemento P. Hieronymi M. ae Buzi.

2. *Augustinianum sistema, ab iniqua Baiani et Ianseniani erroris insimulatione vindicatum*, Bassani, 1766, Vol. 2 in 8; Romae, 1747, 2 vol, in 4; Monachi, 1750;

3. *Augustini quaestionum de scientia, de voluntate, et de provvidentia Dei atque de gratia reparatoris dilucidatio*. Bassani Typ. Remondini, 1766, tom. 2. in 8, et Pisis, 1766, apud Augustinum Pizzoni, tom. 2 in 8.

4. *Ragionamento apologetico*. Taurini (Lucae) 1751, et Venetiis 1752 in 8.

5. *Disinganno del P. Fulgenzio Moneta da Bagnone (suppresso nomine) all'autore dell'opera intitolata «Storia Letteraria d'Italia» intorno alla lettera nel 4° volume inserita e ad altri discorsi di penna dello stesso scrittore, contro un Agostiniano apologista*. Arbengae, 1753.

6. *De rebus gestis S. P. Augustini librisque ab eodem conscriptis. Accedit historica lucubratio de SS. eiusdem Sancti Augustini parente Monica et quibusdam aliis ipsi necessitudine et religiosae vitae professione coniunctis*. Venetiis, 1756, in 4.

7. *Historia Ecclesiastica sive dissertationes ecclesiasticae quas habuit in archigymnasio Pisano*, Bassani 1769 tom. 4 in fol. Iam prodierat Florentiae apud Andream Bonduccium a. 1753 vol. 3 in 4., et Augustae Vindelicorum, 1761.

8. *Historiae Ecclesiasticae Breviarium*, Pisis 1750, 2 vol, in 4. Item Pisis, 1760, 2 vol., in 4; Venetiis 1761, 2 vol. in 8; Neapoli, 1761, vol. 2 in 8; Venetiis, 1763, 2 vol, in 8; Bassani 1767, vol. 2 in 8; Neapoli, 1774, et Bassani 1774, 2 vol. in 8; item Bassani, Typ. Remondini 1784, 1803, 1838, vol. 2. in 8; Patavii, apud I. Manfré, 1817 vol. 1 in 8, Cura et studio Augustini Iusephi Ryckewaert anno 1837, et Vailisoleti 1889 tom. 2 in 8, a Patre Tyrso Lopez usque ad annum 1880 perductum. **[Pag. 123]** R. Pater Adrianus Saraceno Oratorii praepositus, impudenter edidit Augustae Taurinorum eundem historiae ecclesiasticae compendium a PP. Berti et Lopez conscriptum, tamquam opus suum absque ulla auctorum mentione.

9. *Prose volgari. Dissertazioni dieci riguardanti i primi secoli della Storia Ecclesiastica*. Firenze, Tip. Bonducci, 1759 un vol. in 4.

10. *In opusculum inscriptum RR. I. Languet Archiep. Sen. Iudicium de Operibus theologis FF. Bellelli et Berti, aequissima expostolatio*. Liburni, 1756 in 4.

11. *De Haeresibus trium priorum saeculorum*. Bassani, 1799.

12. *Panegirici sacri e profani*. Firenze, 1764 in 4.

13. *Delle Lodi di Corneto Orazione*. Roma per Antonio de Rossi 1745 in 4.

14. *Delle Sacre Spine della Corona del nostro Signore conservate nel tempio di S. Daniele in Fano.* Fano 1733 in 4.
15. *Orazione delle lodi della città di Pistoia.* Perugia, 1725, in 4, presso il Costantini.
16. *Predica in cui si prova che il vero Messia è già venuto.* Livorno 1725 in fol.
17. *Sul palio se solo convenga a' Metropolitani.* mss. in Bibl. Angelica.
18. *Theses ab ipso defensae Perusiae* in Bibliotheca Angelica.
19. *Tractatus historico-theologicus de haeresibus trium priorum saeculorum.* Venetiis, 1769 in 8, nisi idem sit n° 11 recensitus.
20. *Apologetici scritti contro l'autore della Storia Letteraria d'Italia.* Napoli, 1757 in 4.
21. *Dissertazioni tre sopra la dottrina teologica di Dante contenuta nella di lui Divina Commedia.* In appendice alla Divina Commedia, Venezia presso Antonio Zatta, 1757, in 4. Tom. III.
22. Sub nomine: *Fr. Guidone Zoccolante Lettera I. a Frate Zaccaria Gesuita, nella quale si dimostra chi sieno quei religiosi che debbonsi chiamare Frati.* In Cosmopoli all'insegna, della Stella, 1751. *Lettera II al medesimo in cui ragionasi della biblioteca Gianseniana.* In Filippopoli, all'insegna del Sole, 1756. *Lettera III al medesimo, la quale serve d'Apologia al R.mo, P. Segretario della Congregazione dell'Indice,* in Nicopoli all'insegna della Luna, 1756 in 16.
23. Sub nomine, Fr. Giovanni, Fr. Paraclito e Fr. Andrea Fucecco *Sonetti teologici,* Livorno, 1763 in 4.

A Fabroni in vita Fr. Laurentii Berti asseritur ipsum scripsisse etiam quoddam Poema sub titulo *La Zaccareide* in decem cantis quod ipse Fabronius legit; at de hoc poemate nihil scimus.

(Cfr. quotquot de eo scripserunt, Ossinger p. 126; Hurter, *Nomen. Litt.* Tom. III. p. I, p. 285; Fabroni, *Vite degli Italiani che per dottrina si sono distinti* vol. XI; Enciclopedia Ecclesiastica, Venezia 1854, T. 1. p. 875 et alios).

Berti Fr. Lucas, Hetruscus Lucensis, circa annum 1620, *Praxim criminalem Regularium*, quae est tomus 4 ad quaestiones regulares Emmanuelis Roderici superadditus typis mandavit. Ita ex Elssio Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 432. Rectissime vero Mazzuchellius, Vol. II, part. II, p. 1049 notat: «Una simile opera e circa lo stesso tempo fu altresì pubblicata dal P. Paolino Berti, pure Agostiniano come si dirà nell'articolo di questo, e potrebbe dubitarsi che con isbaglio d'un autor solo se ne fossero fatti due».

Berti Fr. Paulinus, Lucensis, S. Theol Mag. alumnus Congreg. Lombardiae vir egregie doctus, multum litterariae reipublicae sua eruditione, [Pag. 124] atque industria profuit; nam non solum de suo parum aliquot haud contemnenda opera in lucem emisit, verum etiam aliorum scriptorum volumina correxit, illustravit, typisque edenda curavit. Potissimum autem suam industriam exercuit

in evulgandis operibus nostratis Aegidii Columnae, Alberti Magni, et Ioannis Scoti. Plurimum versatus fuit in notia Sacrae Scripturae et Sanctorum Patrum, itemque iurisprudentiam ecclesiasticam optime coluit. Prior fuit Florentiae in coenobio S. Iacobi. Ad mortalis vitae terminum pervenisse videtur circa an. 1617. Opera quae ab ipso edita fuerunt, sunt:

1. *Tractatus de monialibus*. Placentiae, 1616 et Coloniae per Ioannem Cochium, 1617, in fol. (Cfr. Sylvium Bocca in suis Catalogis).

2. *Clavis regia sacerdotum casuum conscientiae, sive Theol. Moral. a Fr. Gregorio Sayro Ord. S. B. composita, cui accesserunt utilia additamenta nec non Catena aurea de comparatione peccatorum* Rev. P. Fr. Paulini Berti Ord. Er. S. Aug. Venetiis, 1615, in fol.

3. *Vita Doctoris Subtilis*, praemissa operi, cui titulus;

4. *Berti Paul. Luc. Ord. Erem. S. Augustini, Ioannis Duns Scoti Quaestiones in quattuor libros sententiarum et quodlibetalis cum collationibus atque resolutionibus*, Venetiis 1617, 5 vol. in 4. Quibus ab eodem P. Paulino Berti additum fuit Vol. 6. (Cfr. laud. Bocca, Cat. 7, nn. 537 et 688) continens;

5. *Tabulam Generalem rerum scibilium sive Mare magnum scoticarum speculationum ex universis sententiarum voluminibus*. Venetiis, 1617, pariter in 4: ab Antonio de Fantis exaratam et ab eodem Bertio reformatam atque editam. Ac ideo si primus qui Oxoniae Scoti scripta praelo commisit, paulo post impressoriam artem inventam, Venetiis nempe per Albertum Stendal, an. 1474, fuit Augustinianus S. Theol. Doctor Thomas Penket, Anglus, ita per alterum Augustinianum Doctorem, nempe P. Paulinum Berti, an 1617 idem opus Scoticum accuratissime recusum fuit Oxoniensibus Commentariis praeficiens ornatissimum elogium de vita et doctrina Ioan. Duns Scoti, doctoris subtilis Serafici Ordinis.

7. *Manualis praelatorum regularium Fr. Ludovici Miranda Ord. Min. opera ac diligentia P. Fr. Paulini Berti Ord. Erem. S. Aug.* una cum recensito tractatu de Sacris Monialibus eiusdem P. Fr. Ludovici Miranda accuratissime a P. Paulino emendatum ac ed. Placentiae, an. 1616, 3 tomis in unum Vol. in fol.

8. *Tostati Alphonsi Episc. Abulens. Opera omnia; Commentaria nempe in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Numeros, in Deuteronomium, in Iosue, in Iudices et Ruth, in libr. Regum, in Paralipomenon, in Mathaeum etc. Opuscola varia, praesertim: Quaestionum, Conceptum ad Praedicatorum usum, et Sententiarum Sac. Scripturae obiter ab Auctore expositarum. Opera nuperrime vetustissima originali configurata et tribus indicibus insignita a Fr. Paulino Berti Ord. Herem. S. Aug. ac edita*, Venetiis, 1615, Tom. 29 in fol. 22 voll.; ac item Venetiis 1731, 16 voll. in fol.

9. *Alberti Magni theatrum omnium scientiarum, artiumque, sive opera omnia impressa et manuscripta in unum collegit.* et Venetiis typis edidit an. 1613, in fol. «Tribuunt ipsi Sodales hoc opus (inquit H. Hurter S. I. in *Numenclatore Litt.*, Oeniponte, 1907, T. III, p. 369) Paulino Berti Ord. Erem. S. Aug., verum alii adscribunt illud congnomini P. Berti Ord. Praed., quem et Bartium dici in Actis Capituli Generalis Romae 1612 habiti, censent. Quid verum sit alii iudicent». A

Praedicatoribus probandum est utrum apud [Pag. 125] eos extiterit aliquis Fr. Paulinus Berti; nam idem minime est Bertius atque Bartius. Haec notavit P. Fr. Tyrus Lopez-Bardon in *Additamentis ad Monasticon Augustinianum Nic. Crusemi*, Vallisoleti, 1907, p. 369, sed id facillime enucleari potest inspiciendo frontem praedictae editionis, in qua certe nomen editoris apparere debet.

10. *Aegidii Romani Opera*, Venetiis, 1617, sed quae?

11. *Praxis criminalis Regularium et Roderici, nova collectio et compilatio*. Privilegiorum Apost. Regularium et non Mendic. Antuerpiae, 1626, vol. 6 in fol. (Cfr. *Catalogum* 228, n. 490 bibliopolae Romani Alberti Bocca).

12. *Selva d'Oratione di diversi Santi Dottori raccolte e tradotte da Niccolò Aurifico- de' Buonfigli Sanese Teologo Carmelitano*. Edizione rivista e corretta dal P. Paulino Berti da Lucca Agostiniano. In Venezia, appresso Vincenzo Fiorino, 1616 in 12. (Praeter nostrates Herrera. T. II, p. 287 et 458; Ossinger, p. 127, et Lanteri tum in *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 358, cum in *Addit. ad Cruseni Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 719; etiam Mazzuchelli, Vol. II, part. II, col. 1050; Draudius; H. Hurter, S. I. op. cit. ed. 1907, coll. 369, 581, et 601; Rosenthal, *Catal.* 150 n. 1747; Bocca, *Catal.* 133 et passim in caeteris, aliique exteri).

Bertieri Fr. Ioseph a Ceva, Cunei Provinciae, ibique ortus die 9 novembris 1734, atque inter fratres Eremitanos adscriptus, an. 1751, studia philosophica atque theologica Florentiae et Papiae perfecit, in qua ultima civitate die 27 Ianuarii 1759 S. Theol. Lector renuntiatus fuit. Docuit inde atque moderavit Ordinis gymnasia, et die 13 Ianuarii 1765 Romae examinatus fuit ad Regentiam atque approbatus omnium votis aureis. Missus Vindobonam die 30 Maii 1768 renuntiatur S. Theol. Doctor, et die 5 iunii eiusdem anni constitutus fuit Praefectus Studiorum conventus Viennensis cum iam in Imperiali Universitate Magistro Fr. Augustino Gervasio eius sodali in S. Theologiae cathedra successisset, in qua magno cum plausu Theologiam docuit usque ad annum 1789 quo per Imp. Iosephi II praesentationem die 14 dec. ad Episcopatum Comi in Insubria promotus fuit. Paulo post, anno scilicet 1792 die 26 martii Leopoldo II instante ad Papiensem Ecclesiam translatus fuit, ac proinde Amasiensis Archiepiscopi titulo insignitus. Duodecim circiter annis illam dioecesim laudabiliter rexit, atque anno 1804 die 15 Iulii ad meliorem vitam proficiscens pastorale pondum dimisit. Qualis fuerit, quidque egerit eximius Praesul patebit legentibus sequens fragmentum epistolae quam Canonici Ficinenses R.mo P. Rey scripserunt: «Animis nostris insidet semper, nec ullo temporis spatio eam possumus oblivisci, qua nos civesque omnes complectebatur humanitatem. Mentibus semper obversatur blanda, et morigera eius vivendi ratio, iustitia, ardor fidei, atque mira in tanti honoris et dignitatis culmine prae virtutum omnium, scientiarumque praestantia, humilitas, qua duce charitate, omnibus omnia factus esse videbatur... Testamentaria dispositione quidquid sibi reliquum esset Clericorum Seminario, et orphanorum subsidio adscribi voluit. Divo vero Augustino, cujus praetiosas exuvias ad Cathedralem Ecclesiam ex diruta Luitprandiana Basilica transferri curaverat, ut eius arca, et altare temporum iniuria magna ex parte labefactata reficerentur, atque refecta in eadem cathedrali ecclesia erigerentur aureos bis centum legavit, fidens fore ut quod ipse morte praeventus exequi prohiberetur, fidelium oblationibus, nec non Ordinis sui praestantioribus perficerentur». Eius scripta sunt: [Pag. 126]

1. *De incarnatione; de legibus; de Sacramentis in genere et de sacramentis baptismi et confirmationis in specie, Tractatus*. Vindobonae 1771-1774, in 8. Vol. 3. Sunt in Biblioth Angelica in P. 3. 45 et seq.

2. *Theologiae Dogmaticae in sistema redactae Pars altera* [Pars Prima edita fueret P. Petro Gazzamica, Dominicano, Ingolstadii 1786] Vindobonae Typ. Io. Thomae de Tratternen, 1778, in 4. Item Venetiis apud Thomam Bettinelli 1780, item ibidem 1790 in 8.

(Cfr. Lanteri, *Postrema Saec. Sex Relig. Augustinianae*, Vol. III, p. 22, et *Erem. Sacrae August.*, Vol. I, p. 131; Hurter, *Nomenclator Litterarius*, Vol. III, p. 314 et 546, et *Ordinis Regesta*, Dd. 243 ad annum 1804, p. 31. In biblioth. Angelica sub signo m. 8. 31 adsunt: *Applausi poetici per la sua traslazione all'Arcivescovado di Pavia*, ivi 1792 in 8).

Berzetto Fr. Aegidius, floruit saec XVII ineunte, et in *Catalogo degli Scrittori Piemontesi di Fr. Francesco Agost. della Chiesa*, Torino 1614, p. 61, de illo haec habentur: «Fu dei Signori di Buronzo, Eremitano di S Agostino e compose molti *Sermoni fatti al popolo et a' frati*, et una *Maccaronea ad imitazione di Merlin*, le quali due opere non sono uscite ancora fuori».

Bianchetto Fr. Laurentius Maria, Bononiensis, alumnus Congregationis Lombardiae vixit saec. XVII. Fuit S. Theol. Magister et vir integritate vitae et eruditione commendabilis ac iterato evulgavit:

Resolutionem dubitationis de Missa pro defunctis nostri Fraxinelli.

(Ita Ossinger in sua *Biblioth. August.*, p 552 ex Elssio, *Monasticon August.* p. 427).

Bianchi Fr. Augustinus Nicolaus, Mantuanus, S. Theol. Lector emeritus, atque S. Officii Consultor, floruit saec. XVIII, atque proelo dedit:

1. *S. Anselmo Vescovo di Lucca monaco benedettino, protettore gloriosissimo della città di Mantova, purgato e difeso dalla pretesa macchia di aver errato col prendere la investitura del suo Vescovado dal Re Arrigo IV di Lamagna. Dissertazione apologetica del P. Agostino Nicola Bianchi, Lettore emerito Agostiniano di Mantova, consultore del S. Uffizio dal medesimo dedicato ai suoi concittadini*. In Ferrara per Giuseppe Rinaldi, s. a. in 8.

2. *Sopra i XIII libri delle Confessioni di S. Agostino annotati e dalle censure difesi*. Bologna, 1767.

3. *I due libri del S. P. Agostino composti per ispiegare e commentare il divino ragionamento fatto ai discepoli dal Redentore sul monte, Libri due*, Mantova, Tip. Pazzoni; 1767 in 4°.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 337).

de **Biella Fr. Augustinus**, theologus, scripsit librum titulo: *Exempla virtutum et vitiorum*, qui hodie (circa an. 1580) sine auctoris nomine impressus ubique circumfertur. Hunc etiam fertur composuisse prosam defunctorum; *Dies irae dies illa*; verum in quibusdam Fratrum Predicatorum

annalibus observavi auctorem hujusce prosae fuisse Humbertum Burgundum, quintum illius Ordinis Magistrum Generale, seu melius incertum. Hucusque P. Ios. Pamphilus, *Chronicon*, f. 94^v; ex actis vero Mag. Gener. Anselmi de Montefalcone, haec de illo habemus: «Die 21 maii 1495. Fecimus lectorem et locavimus eum in conventu Patavino fratrem Augustinum de Bugella (fol. 25^v)»; ac insuper «die 8 aug. 1495. Scripsimus conventui Patavino et locavimus fratrem Augustinum de Bugella in conventu [Pag. 127] nostro de Papia in loco quem ei regens assignabit (ibidem f. 25v); et iterum die 2 decembris 1495. Remisimus fratrem Augustinum de Bugella lectorem formatum per litteras nostras particulares Priori directas ad studium conventus nostri Sancti Augustini de Padua (ibidem fol. 129)». Verum, igitur scripsit Io. Felix Ossinger, *Bibl. August.* p. 585, quando ait: Augustinum de Meschiatis alias de Bugella an. 1496 lectorem S. Theol. extitisse in studio Patavino, ac inibi cognitione scientiae philosophicae atque theologicae clarissimum evasisse. Quod quidem id loculenter ex eius scriptis comprobatur; nam praeter opus *Exemplorum*, extat etiam ab eo: *Liber elencorum Aegidii Columnii*, quem extraxit in nostra Bibliotheca S. P. de Bugella et Rev.mo Episcopo Vercellensi Ioanni Stephano Ferrerio, eius affini, postea Cardinali, nuncupavit. In fine proprio marte adiunxit: *Quaestionem de medio demonstrationis*, de qua in dedicatione haec habet «Quaestionem quandam defensivam opinionis Aegidii Romani de medio demonstrationis a nostris doctoribus, quanto potui studio labore et vigilantia ab illis ubicumque de hac materia dixerunt, notata excerpti in ordinemque redegei, et prece nonnullorum commilitonum meorum coactus, nuperrime imprimendam curavi», Venetiis, 1496 per Locatellum in fol.

(Cfr. Della Chiesa Franc. August., *Catal. de' Scritt. Piemontesi* etc. (1660), p. 4; Elssium, p. 681; Iöcher, T. III, col. 473; Torelli, T. VII, p. 396; Gandolphum, p. 76, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 196).

Biglia aut **de Biliis Fr. Andreas**, nobilis Mediolanensis, filius Petri, ortum babuit circa an. 1395. Adhuc puerulus patrio ad S. Marcum coenobio suum dedit nomen, ibique optime maiorum nostrorum institutis et disciplinis eruditus fuit atque institutus, evasitque, ut ait Pamphilus, l. c. f. 78, «philosophus, historicus et theologus celeberrimus, ac in universa Italia non solum eruditione, sed et probitate et gravitate morum admirabilis, cum Latinam, Graecam, atque Hebraicam linguas optime calleret, ad multorum etiam eruditionem edidit opuscula». Ex testimonio autem Bartholomaei Fratris, ipse «studia quoque humanitatis coluit... et inter oratores non multo minor, quam inter philosophos iudicatus, ex praedicationibus quoque magnam laudem promeruit». Nec de illo minora aliorum sunt praeconia, cum a nostrate Ambrosio Corano vocetur «in arte Oratoria alter Cicero, in philosophia secundus Aristoteles, in theologia patris Augustini pedisequus perfectus». Adolescens missus fuit Patavium manens ibi usque ad an. 1418, quo lauream doctoralem inibi consequutus est. Mense septembris eiusdem anni mittitur Florentiam, in qua ab an. 1419 ad an. 1423 philosophiam atque rethoricam docuit; sed suum scholasticum annum non explevit, cum mense aprilis an. 1423 Bononiam peteret inter theologorum illius archigymnasii collegium adscitus. Hac in urbe an. 1425 Ordinis generalia comitia fuerunt habita, atque in hiis eximius theologus noster «longam et accuratam (ut refert Pamphilus, l. c. f. 74), habuit de Ordinis disciplina orationem». Oborta interim an. 1428 popolare inibi seditione, ac exulare coactus in patria se confugit, Bononiam repetens anno insequenti, ast non e Mediolano, verum e Papia ad quam Vincomes Mediolanensis eum miserat. Parum utique inibi commoratus est, nam paulo post Perusiam petivit, ac inde Senas, Sacram quadragesimam an. 1430 illuc praedicaturus. Dum autem Generalis Prior Augustinus Romanus Ferrariae moraretur sequentem in eius favorem hanc emisit dispositionem: «die 22 martii 1432 [Pag. 128] fecimus magistrum Andream de Mediolano

magistrum regentem Bononiae pro 4^o anno a capitulo generali immediate praeterito, scilicet pro anno nobis assignato; et quodcumque vellet manere Bononiae in conventu possit sicut magister senior cum scriptore et comuni vita fratrum et cum provisione quando est regens, et quod habeat condecens cameram» (Cfr. *Analecta* cit. Vol. VI, p. 339). «Ferunt (ait Pamphilus, l. c. p. 79) hunc tantae memoriae tenacitatis fuisse, ut quidquid vel legisset, statim memoriae commendaverit. Qui tandem cum Christi ecclesiam, nostrumque ordinem et scriptis et praedicatione et exemplo plurimum iuvisset, apud Senas» «iuvenis quippe scribit Ambrosius Coranus, e vita discessit; qui si diu vixisset aeternum posteris reliquisset nomen». Obiit, iuxta meliores nostros historicos, an. 1435, cum esset Senarum Provinciae Vicarius Provincialis, certe post diem 24 septembris, cum eo die fiat de eo mentio in Registris Ordinis, ac ideo corrigendi sunt qui scripserunt Andream istum Oecumenico Florentino Concilio interfuisse et qui tradiderunt illum valde senem beato fine quievisse. Eius scripta sunt:

1. *Fr. B. Andreae Mediolanensium rerum historia* ab an. 1402 ad annum 1435, edita primo a Vander Aa in *Thesaurio antiquit. et histor. Italiae*, Craevii, T. IX, part. VI, ex codice Apostoli Zeni 306, nunc in Bibl. S. Marci Venetiarum, postea a Muratorio in *Script. Rer. Ital.*, T. XIX 110, ex cod. membr. Ambrosiano, collato Trivultiano, Pertusatiano. Novariensi. Reperitur hoc opus itaque in Bibliothecis Ambrosiana G. 87 sup.; T. 42 sup.; in Trivultiana nn. 1383; 1430 et 1502; in altero cod. Biblioth. S. Marci Venetiarum et est n. 305 [280, I, 215 LXCCLV. N] (Cfr. Valentinelli, T. VI, p. 272); in Biblioth. Perusina, F. 71 (Cfr. Mazzatinti, T. V. 125); in Vaticana, codd. Vat. Lat. 5298 et 5297 et aliis in Bibliothecis. Variantes lectiones editionis Muratorianae ex quatuor mss., summo cum labore Philippus Argelati hausit. Ad calcem vero Codicis Ambrosiani, qui est antiquior litteris rubro-nigris in pergamena scriptus, legitur «Siluit (v. Fr. Andreas) postea ab opere, quia mortuus est. Thomas Curtius Presbyter Mediolanensis transcripsit hoc opus et id expedivit XVI mensis maii MCCCCLXXII». Ita Bernardus Monfaucon in *Bibliotheca Bibliothecarum Mss.* T. I, p. 119.

2. *Paniscolaria ad Alphonsum Regem Aragoniae adversus Schisma Benedicti XIII Antipapae alias Petri de Luna*. Asservatur hoc opusculum in Bibl. Ambrosiana, cod. H. 117 inf., membr. saec. XV, cum scoliis et correctionibus manus auctoris. Inc.: «Nullo pacto adduci possumus» et inscribitur Paniscolaria a loco in quo hic Benedictus vixit et mortuus est. Nec solum illud exaratum fuit in Benedictum Antipapam, sed et in Aegidium Muñoz eius in schismate successorem, an. 1425 (Cfr. Pastor, *Geschichte der Papste*, I, 208).

3. *Ad Reginaldum Remensem Archiepiscopum de concordia et meritis Ordinum*. Epistolae duae et sunt in eodem codice Ambrosiano H. 117, inf. inter ff. 28-42.

4. *Admonitio ad fratrem Manfredum Vercellensem Ordinis fratrum Praedicatorum de vita sua*. Ibidem inter ff. 57-73. Inc. «Nolo aut tu, aut quisquam...».

5. *Libri II, sive Epistolae duae: De institutis, discipulis et doctrina fratris Bernardini ordinis minorum*. Ibidem inter ff. 73-103. In Cod. Vat. Palat. Lat. 607 habetur eiusdem Fratris Andreae opusculum alter: *De laudibus disciplinarum Senis*; ex S. Bernardino de Senis.

6. *Ad Barchinonenses de litt. h in Ihesu*. In eodem cod. Ambrosiano H. 117, inf. inter ff. 103-112. [Pag. 129] Argelati indicat alium codicem qui asservabatur Mediolani in olim nostra ad S. Marcum. Inc.: «Omnes ut existimo...». Hoc opusculum sub tit.: *Andreae de Biliis O. S. A. Tractatus ad*

Barcinonenses de Littera H in nomine Ihesu impressum fuit, praemissa perdocta praefatione in Ephemeride, cui tit.: Antonianum, III, 1928, N. I, inter pp. 73-86 a P. Ioanne B. Wuest, O. F. M., qui affirmat illud exaratum fuisse circa an. 1427.

7. *De concessione et de translatione B. Monicae Matris S. P. Augustini Sermo.* In eodem cod. Ambr. inter ff. 112-125. Inc.: «Gaudeo mihi quoque...».

8. *Ad Fratrem Ludovicum de Ordinis nostri forma et propagatione Tractatus* editus Parmae an. 1601 (Cfr. A. Zeno, *Diss. Voss.* I, 48 et ms. asservatur in eodem cod. Ambrosiano inter ff. 125 et finem codicis. Inc.: «Non sane videtur...»).

9. *Quaerellae Pacis.* In Cod. Ambrosiano N. 280 sup. (olim H. 66, inter ff. 1-14) membr. saec. XV. Inc.: «Etiam iam ne me ex omnibus terris».

10. *Ad Alphonsum regem Aragonum de pace cum Philippo Duce Mediolanensi componenda.* Ibidem. ff. 14-17. Hostilia respicit inter Mediolanensem Ducem et Aragonum Regem an. 1423-24. Inc.: «Si ut plerisque, hac praesertim honiinum aetate».

11. *In exequiis Ioannis Galeazzi Vicecomitis.* In commemoratione anniversaria mortis eiusdem, ab Andrea prolata Bononiam profecturo; in ea oratione enim legitur: «Et ipse iam iter institui, quo, his habitis, Bononiam proficiscar». Extat in eodem codice, ff. 17-20. In cod. Vat. Pal. Lat. 607, f. 156 habetur eiusdem: *Secunda anniversaria Io. Galeatii Visconti ducis Mediolanen. sequente anno habita oratio altera.* Prior in codice desideratur uno avulso folio; secunda authogr. asservatur etiam in Cod. Ambros. F. 55 sup. ff. 49-57.

12. *Pro suscipienda in Bohemos expeditione Iordano Ursino presbyteri (sic) Cardinali...* Ex Bononia idibus martiis (1426). In eodem cod. Ambrosiano 280, ff. 20-26. Inc.: «Nihil puto inane pro hac mea cura...».

13. (anepigraphica) *De beatissimi Angustini coram Sigismundo Rege, Senis.* Rex Sigismundus fuit Senis a die 11 iulii 1432 usque ad finem illius anni. (Cfr. Muratori: *Annali d'It.* ad an. 1432).

14. *Collaudatio funerea Iohannis Gisilerii millitis (sic) Bononiensis.* In Cod. Vat. Palat. Lat. 607.

15. *Orationes funebres in laudem Laurentii, Jacobi doctoris, Stephani et Nicolai iurisconsulti.* In eodem codice Vat. Pal. Lat. 607.

16. Eiusdem (?) *Oratio ad doctorum insignia atque ornamenta suscipienda.* Inc.: Saepe audieram, viri prestantissimi.... Ibidem.

17. *Oratio de philosophiae laudibus (imperfecta).* Inc.: «Non existimo ego vos, nobilissimi iuvenes...» et est ibidem.

18. *Fr. Billia Andreas Aurispae suo s. p. d.* edita a R. Sabbadini in *Biografia docum. di G. Aurispa* p. 41.

19. *Commentariorum historicorum de defectu fidei in Oriente libri XII, ad Ioannem a Rupescissa S. R. E. Cardinalem*. In cod. Vat. Lat. 5298, post eiusdem libr. duos de *Rebus Italicis*. In Biblioth. Angelica Urbis, Cod. 1136 (S. 4. 5) saec. XVI, in 4, continet idem opus, sed non videtur esse Cod. Vaticani apograph., nam habet pro tit: *Fr. Andreas Mediol.s Commentarii historici de detrimento fidei et Orientis*; est dicatum ad Guillelmum de Estoutovilla, et fuit transcriptum an. 1560 quinto Kal. Aprilis (28 mart.) Mediolani. Huius codicis Phil. Argelati in *Bibliotheca script. Mediol. T. I.*, Mediolani, 1745, p. 161, ita meminit: *De Turcharum origine commentarius*, ex Lasor a Varea (Savonarola) et ex Vossio, qui Operi isti titulum dat: [Pag. 130] *Tractatus de detrimento fidei Orientis, sive de origine Turcharum*.
20. *De pace et victoria Romanae Ecclesiae ad Nicolaum Bononiensem ex Cisterciensi Ordine S. R. E. Cardinalem libri III*. Inc.: «Non possum, pater optime...».
21. *De amore et magnitudine Crucis ad eundem Cardinalem*. Inc.: «Ubi te inveniam, Deus meus...».
22. *Sermo de S. Dominico*. Inc.: «Nihil ego hoc, viri optimi, precor». Extat in cod. 1139 (S. 4. 8) inter ff. 129-135, saec. XV, Biblioth. Angelicae Urbis. Eum praecedat Epistola, qua fr. Andreas Auctor orationem mittit «Abbate religiosissimo F. B.» (Cfr. Narducci, *Cat. cit.* p. 280).
23. *Annotationes in Evangelia Quadragesimae*. Cod. Bibl. Ambrosianae E. S. VII, 2, saec. XV cum subscriptione auctoris, ff. 375, binis coll. In prima litera deornata, quae est O, apparet Auctor super eminentem cathedram in actu legens librum cum auditoribus regularibus variorum Ordinum atque ad calcem primae paginis adsunt insignia familiae Biliorum. In fine legitur: «Hic finis libri Annotationum in Evangelia quadragesimae Fr. B. Andree mediolanensis ordinis heremitarum sancti Augustini deo semper gratias. Amen. Cepta bonononie, producta perusii, completa senis, nam multa alia intervenire ad annum millesimum quadringentesimum ac trigesimum primum in die festo Augustini quod obtaveram. Date laudes et preces Deo. Amen. Fr. Andreas Mediolanensis, cognomine billiadarum explicit». Cod. stabat prius in olim nostra ad S. Marcum; fuit postea apud familiam Gonfalonieri; ad Ambrosianam intravit an 1862. Apographus hujus operis est in Biblioth. Angelica, cod. 1109 (S. 3. 4) in 4, ff. 151, saec. XV, binis coll. Post Argelatum recensuit hoc opus Ossinger in *Bibl. Aug.* p. 132, ubi perperam p. 373 Andreas Mediolanensis, cuius sunt, *Commentaria in Genesim* seorsum affertur, cum revera sit idem ac Billius (Cfr. Narducci, *Cat. cit.* p. 460).
24. *Sermones ab Adventu usque ad resurrectionem Christi*, seu melius: *Sermones in evangelia totius anni*, ut in proemio colligitur: «Idem (sunt eius verba) in evangeliiis quae per annum leguntur faciam quod in exponendis quadragesimae effeci». Asservantur in codice Ambrosiano E. S. VII. 3, membr. saec. XV, ff. 227, binis coll., qui erat, sicut praecedens, Mediolani in nostra ad S. Marcum, postea apud familiam Confalonieri, et ultimo ab Ambrosiana acquisitus.
25. *Libri IV in libros evangelicos nisi sint iidem ac praecedentes*.
26. *Hexameron, seu de mundo sex diebus condito*. Mediolani ad S. Marcum. Ita Argelati, sed animadvertendum est una vice pro semper, illam nostram divitem Bibliothecam conventus S. Marci

Mediolanensis dispersam fuisse a Gallico gubernio labente saec. XVIII vi iniquae legis suppressionis religiosorum Ordinum.

27. *Comment. in Genesim.* Codex pergam. in fol., pp. 40, imperfectus qui asservatur Mediolani in Bibl. Ambrosiana.

28. *Comment. super Missus est et canticum Magnificat,* teste Hippolyto Maraccio.

29. *Dominicale et festivale libri II.*

30. *Sermones festivi de B. Virgine.*

31. *De excellenti dignitate B. Mariae Virginis.*

32. *De necessario mortis metu.* Dubito ne isti ultimi quinque tractatus sint in operibus n° 23 et 24 recensitis interclusi.

33. *In primum librum Sententiarum.* Cod. membr. in fol. imperfectus cui aliena manu inscriptum est. Mediolani in Ambrosiana.

34. *Comment. in Methaphisycam Aristotelis.* Cod. membr. in fol., cum literis rubro-nigris et stemate Biliorum. Ibidem. [Pag. 131]

35. *Quaestiones Metaphysicales libri XII.* Incipiunt «Auctoritas sane plurima est Aristotelis».

36. *Interpretatio Physicorum Aristotelis.* In fine sic legitur: «Explicit Fr. B. Andreae Mediolanensis interpretatio libri Physicorum Aristotelis ex graeca in latinam». Codex in fol. parvo membr. ab auctore egregie scriptus literis rubro-nigris et deauratis cum stemate Biliorum. Ibidem.

37. *Interpretatio in libros Ethicorum.*

38. *Fr. B. Andreae Mediolanensis Aristotelis liber de anima ex graeca in linguam latinam translatus.* In Bibl. Ambrosiana cod. membr. in 4 parvo, autographus, quem indigitat Bernardus Quaritch's Rough List n. 164, 1896 *Historical Mss. and Autographs*.

39. *Expositio super Universo/io Porphirii et Penihiermenias Aristotelis.*

40. *Libri IV de coelo et mundo.*

41. *Terentii Comediae a Fr. B. Andrea Mediolanensi scriptae in membranis cum suis variis commentariis marginalibus, atque variationibus lectionibus interlinearibus.* Cod. membr. in 4°, saec. XV, pp. 180, in Biblioth. Ambrosiana Mediolani.

41^{bis}. *Exordia super practica Rethorices libri III.*

42. *Libri VIII Grammaticae, sive de VIII partibus orationis.*

43. *Libri III de arte dicenda.*

44. *Libri II Orationum et epistolarum*, in quibus forsane continebantur orationes et epistolae a nobis iam recensitae.

45. *Liber Historiarum Mediolanensium*. Num hoc opus confunditur cum primo hic a nobis recensito? Nihil adhuc possumus respondere.

46. *Liber Historiarum Longobardorum.*

(Cfr. Herrera, T. I, p. 54; Gratianum, p. 27; Gandolphum, p. 60; Argelati, T. I, part. II, col. 159; Phil. Pinicelli, *Ateneo di Lett. Milanese*, p. 28; Mazzuchelli, Vol. II, part. III, p. 1219; Ossinger, p. 130; Fabricium-Mansi, T. I, p. 87 et 228; Muratori, *Rer. Ital.* Vol. XIX, in praefatione, Tiraboschi, *St. della Lett. It.*, Modena, 1776, T. VI, part. II, p. 63 et 366; Elssium, p. 51; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. I, p. 231; R. Sabbadini, *Andrea Biglia*, in *Rendiconto Istituto Lombardo*, Serie II, Vol. XXXIX, an. 1906, pp. 1087-1102 et alios).

Billeri Fr. Paulus, S. Theol. Mag. haud spernendus orator, philosophus, historicus nec non iurisconsultus, Pisis die 25 Octobris an. 1838 primam aspexit lucem. In regenerationis fonte Palmirus vocatus, palmam in bonis studiis tum in Patria cum in Urbe, qua celebrem audivit Audisio, in seminariis obtinuit, usque dum in theologia et in iure utroque fuerit laureatus. Sacris initiatus, divinam litavit hostiam die 21 Sept. 1861, ac inde Pisarum Ecclesiae Cathedralis canonicus theologus renuntiatus fuit. Anno 1883 inter nostrates Romanae Provinciae adscitus, nomen Pauli in memoriam nostratis Rev.mi Pisarum Archiepiscopi Pauli Micallef sumpsit, religiosam emittens professionem in Collegio S. Monicæ Urbis die 1 nov. 1884. Ecclesiasticam inde historiam et jus canonicum diu, in eodem collegio, nostram docuit iuventutem, studiorumque pro-praefecti functus est munere. Ob eius iurisperitiam inter S. R. Congregationis Concilii Consultores fuit adscriptus. Inde Hetruriae Provinciam a die 26 Iulii 1904 usque ad Cap. Generale an. 1907 rexit, et postea per triennium Genuense S. Mariae Consolationis coenobium gubernavit. Concinnus fuit scriptor, perspectusque auctor. Simul cum studiis pietatem adamavit, amicitias coluit, recessus dilexit, reique gerendae tempus non amisit. Obiit Genuae die 24 februarii 1916. [Pag. 132]

Quae typis mandavit sunt:

1. *I frutti della Croce. Lezioni teologali nella primaziale di Pisa.* Roma, Tip. Poliglotta della S. Congreg. di Propaganda Fide, 1878, ed. 2 in 8°.

2. *S. Agostino e Giambattista Vico, ossia della teorica scientifica della filosofia della storia e della sua applicazione.* Pisa, Tip. Mariotti, 1887, in 8°, pp. 403.

3. *L'Enciclica «Aeterni Patris». Sua necessità, suo senso e risposta alle obiezioni. Nuovo commento,* Pisa, Tip. Mariotti, 1899.

4. *Vita del B. Stefano Bellesini, Parroco Agostiniano,* Roma, Tip. della S. Congr. di Propaganda Fide, 1904, in 4°, pp. 288.

5. *Voti e speranze a proposito dei discorsi del tempo*. Genova, Tip. della Gioventù, 1908.

(Cfr. *Analecta Augustiniana*, Vol. VI, p. 314, et *meas literas circulares* sub die 27 Febr. 1910).

Bini Fr. Paraclitus, antea Ioannes, praesbyter de S. Angelo in colle agri Senensis, an. 1484 die 10 octobris aetatis suae an. 32 e manibus celeberrimi Mariani de Genestano Iliceti nostrum Eremitanum habitum suscepit. Putat Herrera contra Landuccium non quidem Iliceti, sed Florentiae in coenobio S. Galli nostratem Paraclitum tunicam induisse. Tyrocinii tempore sacristam egit, et deinceps toto vitae tempore aliquod semper munus exercuit, Saepe Iliceti et S. Geminiani coenobia rexit, et utrobique annona deficiente plenam manum aperiens, modico licet tritico et creditis sibi fratribus, quorum redditibus longe maior erat numerus, et innumerae ad eum ceu publicum solamen confluentium turbae satis occurrit, et sic dignum sibi eleemosinarii cognomen conciliavit. Vicarii generalis suae Congregationis pluribus vicibus electus, dum coenobia lustraret, pedester semper iter faciebat, atque panneis vestibus iuxta carnem induebatur. Communiter creditum patrata ab eo fuisse miracula ex nostrate Hieronymo Bonsignorio refert Herrera, T. II, p. 248. Notant praeterea in nostrate Binio scriptores peculiarem quemdam in sacro faciendo fervorem, quo adstantes omnes ad pietatem provocabat. Anno 1513 a Generali Aegidio Viterbiensi praeficitur regimini Monialium S. Mariae Magdalenae Senarum, quibus usque ad obitum summa cum laude praefuit. Monasterium ipsum sexaginta Monialibus constans et numero et fama auxit, in eoque mortalis vitae cursum explevit die 19 decembris 1521. Illius corpus Ilicetum translatum fuit. Recensetur inter Ordinis nostri Beatos, ac reliquit *in carta pergamena propria manu exaratum librum professionum Iliceti ab anno 1348 ad an. 1518*. Ita Lanteri *Crusenii monastici parte tertia cum additamentis*, Vallisoleti, 1890, T. I. p. 567.

Biondi Fr. Franc. Antonius, Florentinus, floruit saec. XVIII, posteris relinquens: *Lexicon hebraicum Eliae Hutteri, ex impresso ab eodem accurate transcriptum, ac per tabulas, cabalistica methodo redactum*. Praemittitur epistola nuncupatoria R.mo P. Mag. Augustino Antonio Giorgi, totius ord. S. P. August. Vicario Generali a D. MDCCLXXXV. Asservatur in Bibl. Angelica Urbis in cod. 1271 (T. 1. 6) chart. in 4, ff. 22.

(Cfr. Narducci, *Cat. cit.*, p. 537).

Bisogni Fr. Vincentius, Neapolitanus, S. Theol. Mag., floruit XVII labente saeculo ac scripsit: *Campione ovvero libro nel quale si notano gli Territori, Masserie e Case che possiede il Monastero di S. Agostino Maggiore di Napoli con quello che fruttano, ordinato nella presente forma dal P. Maestro Fr. Vincenzo Bisogni Napolitano nell'ultimo [Pag. 133] anno del Priorato del M. R. P. M. Fr. Agostino Trentalancia da Benevento, e comincia nell'anno 1693*. Asservatur ms. in arch. Status civitatis Neapolitanae (*Officio amministrativo, Monasteri soppressi - S. Agostino Maggiore - Campione dell'anno 1693*). Vol. in fol. magno, ff. 200, et continet accuratum censum historicum omnium bonorum illius conventus, cuius historia primis septem foliis diligenter scribitur. Ut Discretus Congreg. Dulcetanae iste Vinc. Bisognus interfuit Capitulo gen. Romae an. 1661 celebrato (Cfr. *Analecta Aug.* Vol. XI, p. 45), cum iam esset in sacrae Theol. Magister.

Bizzaccheri Fr. Gaspar, Romanus, floruit saec. XVII, atque reliquit ms. *Sacrarium Augustinianum in quo priorum officiorum Sacri Ordinis Erem. S. Angustini observationes includuntur auctore P. Fr. Gaspare de Bizzaccharis Romano Ord. eiusdem professore et in regio*

conventu S. Augustini studentium magistro. Opus asservatur ms. in Archivo Ordinis sub sign. Ee. 22, revisum atque approbatum, ut typis ederetur, a P. Mag. Coelestino Bruno, Italiae Assistente Gen., et a P. Mag. Gabriele Foschi Anconitano, Ordinis Secretario, mense maii an. 1647.

Bocci Fr. Augustinus Maria, a Lanteri, *Prostr. Saec. Sex*, T. III, p. 384, dictus Bergomensis, initio saec. XVI, ortum habuit Bossenae, terra Vallis Brambanae Superioris. Augustinianae Congregationi Insubricae ab adolescentia nomen dedit, ac in ea Lector ac eloquentia clarus evasit. Anno 1543 monasterium S. Nicolai de Membri incolebat, ac postea in monasterio Bergomensi claruit. Dicitur a Lanteri, l. c., eximius sui aevi concionator. Suum diem clausit saec. XVI post medietatem. Scripsit:

1. *Librum cui titulus: Flosculi aurei ex D. P. Augustino super psalmos selecti.*

2. *Sermones quadragesimales super psalmos.*

(Cfr. etiam D. Calvi, *Scena Lett. degli Scritti Bergamaschi* (Bergamo, 1664) Part. I, p. 505).

Bocella Fr. Gabriel, Lucensis, an. 1505 ortus, ac Augustinianam Insubriae Congregationem an. 1523 ingressus, ita profecit tum in studiis tum in virtutibus ut brevi in magnam existimationem apud omnes venerit. Sacerdos effectus, celebris praedicator evasit et apud Elvetios, haeresi calvinistica infectos, plures missiones habuit. Ob sua merita in sua Congregatione multorum conventuum extitit prior; an. 1558 visitator ac reformator vitae religiosae in coenobiis Novariensi et Vercellensi; decem post annos, cum esset Procurator Generalis suae Congregationis, ad Vicariatum Generalem evectus fuit, quod accidit an. 1567 omnium plausu: tandem sua dexteritate conventus S. Mariae de Populo Urbis quasi complanatus pulchrior et solidior surrexit. Obiit an. 1583. Composuit *varios tractatus contra haeresim Lutheranam*, qui circa annum 1669 adhuc in Bibliothecis suae Congregationis ms. adservabantur.

(Cfr. Calvi, *Delle Memorie Istoriche della Congr. Osser. di Lombardia*, in Milano 1669, p. 309).

Boggia F. Augustinus Maria, Savonensis, ortum habuit an. 1593 ac inter alumnos Divi Augustini Congregationis Lombardiae adscitus fuit die 25 Octobris 1609. S. Theol. Lector creatus, ac deinde Prior, semel Secretarius, bis Visitator, inde Ad.m R. P. Caroli Imolen. Vic. G.lis socius, nusquam suggestum relinquens, magno animarum fructu, inter concionatores non **[Pag. 134]** infimum sibi vindicavit locum: tandem anno 1650 Cremonae in capitulo generali suae Congregationis, summo omnium bonorum gaudio, ad dignitatem primam evectus est. Romae moritur die 16 septembris 1653. Edidit *Orationem capitularem latinam in capitulo generali habitam*.

(Cfr. Calvi, *Delle Memorie Istoriche della Congreg. Osserv. di Lombardia dell'Ord. Erem. di S. Agostino*, Milano 1669 p. 490).

Bollino Fr. Iacobus, Mediolanensis, sacrae Theologiae Magister, dicitur a Philippo Argelati, *Biblioth. Script. Mediolan.* (Mediolani 1745) T. I, Part. II, p. 185: «vir eximiae majestatis et venerationis, ingentis animi, et maximae auctoritatis». Post studiorum curricula, sacrae Theologiae

Doctor renunciatus fuit, et an. 1576 theologorum collegio Universitatis Ticinensis cooptatus (Cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex Diplom. Ord. S. Aug. Papiæ*, T. IV, p. 280). An. 1581 erat praeceptor Benedictinorum Mantuae. Paulo post eligitur Provincialis Prior in sua Insubrica provincia et, ut Provincialis, interfuit Capitulo Generali Romae an. 1587 celebrato ac inibi in suo munere confirmatus. Item, an. 1598 Generali Capitulo interfuit Romae uti suae Provinciae Definitor, et an. 1608 uti Discretus. Fuit et patrii coenobii ad S. Marcum Prior, et ab Ossinger, p. 137, in philosophicis ac theologicis disciplinis clarissimus dictus. Inter alia beneficia quae suo conventui largitus est, numerantur candelabra argentea, quae templo D. Marci donavit. Obiit an. 1610. Scripsit:

1. *Tractatum de anima*.

2. *De elementorum formis*. Uterque mss. in 4. asservabantur saec. XVIII in nostra Bibliotheca ad S. Marcum.

(Cfr. Lanteri, *Add. ad Crusenii Monasticon*, T. I., p. 734. et in *Prostr. saec sex*, T. III, p. 160, nec non *Analecta Aug.*, Vol. X, pp. 140, 276-302, et Ossinger, p. 137).

Bolognini Fr. Philippus, Panormitanus e Congregatione Augustiniensium Discalceatorum Italiae, floruit saec. XVII atque reliquit:

1. *Manifestazione all'Altezza Reale*. Palermo, presso Pietro Coppola, 1649 in 4.

2. *Anatomia Sacra dell'anima e Corpo Santissimi di Cristo Salvatore nostro, raccolta dal sacro testo, da Santi Padri, dalla Scuola theologica e filosofica, et aforismi dell'una e dell'altra medicina*. ms. in fol.

(Cfr. Mongitore, *Bibl. Sicula*, Vol. II, p. 169).

Bolognini Fr. Seraphinus, Bononiensis, S. Theol. Mag. an. 1551 erat magister studii in nostro conventu Neapolitano ad S. Augustinum et an. 1559 in comitiis generalibus, Venetiis celebratis, renunciatus est Provinciae Romandiolae moderator. Illic, iuxta Ossinger, p. 137 omnibus non solum moralibus virtutibus, sed scientiis maioribus, praecipue arte oratoria ita effulsit, ut a quamplurimis Italiae urbibus illum audire cupientibus, postularetur. Anno 1564 ei gubernium concreditum fuit patrii monasterii, et paulo post coenobii Romani quo in munere mortuus est. Asservatur in Biblioth. Angelica *Oratio de laudibus Theologiae per Rev. S. Theologiae doctorem fr. Seraphinum Bologninum Bononiensem Ord. Erem. S. Aug. in ecclesia cathedrali in die Sancti Hieronymi habita*. Bononiae, Peregrinus Bonardus excudebat. (In fine) [M]DLXI.

(Cfr. etiam Torelli, Vol. VI, p. 702, n. 35).

Bonacci Fr. Augustinus, Provinciae Marchiae Anconitanae alumnus, vixit saec. XIX ineunte et ms. reliquit:

Tracce d'esercizi Spirituali e sacro ritiro per le Anime Religiose obbligate a voti solenni an. 1827, Vol. II, in 8, ms. chart. asservata in nostro Conventu Castrifidardi. [Pag. 135]

Bonafede Fr. Ioseph, Cheriensis, Ordinis nostri S. Theol. Magister, et Verbi Dei annunciator, floruit saec. XVII, atque edidit librum, quem inscripsit: *Successi della miracolosa Imagine della Santissima Annunziata, nuovamente scoperta nella città di Chieri*. Torino, presso Pietro D'Ambrosio, 1655 in 4.

(Cfr. Rossottum, *Syllabus Script. Pedomontii*, p. 381 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* Vol. III, p. 398).

Bonafede Fr. Ioseph, Lucensis, S. Congregationis Indicis consultor, ac serenissimi Principis Mathiae ab Hetruria Theologus, et concionator eximius, an. 1649, cum esset S. Theol. Bacc. in comitiis generalibus Romae habitis die 4 maii insigni panegyrico de laudibus S. Monicae concionatus est. An. 1659 erat prior conventus civitatis Aretinae atque edidit quae sequuntur:

1. *De sacro Clavo D. N. Iesu Christi, qui Colle in Hetruria veneratur*. Senis, per Bonettum, 1653, in 4.
2. *I Ghigi Augusti*, Venezia, 1659 in fol. parvo: item ibidem per Francesco Valvasense, 1660, in fol.
3. *Atti di S. Niccolao il grande, Arcivescovo di Mirra, Protettore di Bari. Discorso Historico*, Napoli, per Francesco Savio, 1639.
4. *Super missus est Angelus de Laudibus B. M. Virginis, pro Novena ante partum Virgineum. Discursus IX*.
5. *Pro eadem Novena, super illud Proverbiorum: Quasi navis institoris De eiusdem laudibus, Discursus totidem*.
6. *Super omnes Deiparae festivitibus. Discursus plures*.
7. *Saper Psal: Fundamenta eius in montibus sanctis, et Magnus Dominus et laudabilis nimis De laudibus B. Virginis, Explicationes*.
8. *Historia brevis Sacrae Imaginis S. M. Virginis in Porticu de Urbe cum nonnullis sermonibus de eadem*, Neapoli, sine nomine auctoris, typis Savianis, an. 1638.
9. *Vita B. Mariae Virginis eodem modo quo S. Birgitae revelata fuit*. Neapoli, typis Ciacconii, 1643, in 16°.

(Cfr. Ossinger, *Bibl. Aug.* p. 138, qui opus *de sacro Clavo* male adscribit Fr. Iosepho Bonafede Pedemontano; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* Vol. III, p. 398; Maracci, *Bibl. Mariana*, Vol. I, p. 858 et alios).

Bonanni Fr. Agustinus, S. Theol. Lect. vir egregie doctus, optimis moribus imbutus austeritate vitae flagrans, pius, concinns, disertusque orator, cum iam esset sacerdos, ac parochus in oppido v. *Rio Freddo* Tiburtinae Dioec. anno 1899, petivit atque obtinuit ad nostrum Sacrum Ordinem ingressum, ac Provinciae Neapoliitanae fuit aggregatus. In oppido v. *Montorio* ortum habuit die 17 ian. 1872; sua studiorum curricula in Tiburtino Seminario laudabiliter confecit; et parochi munere

magno cum zelo functus fuit, quamvis huius muneris gravia moralia onera reformidaret. Immo ob hanc causam religionem ingressus est, satagens iliud onus totis viribus vitare; non quidem apostolicas sollicitudines aufugiens. Nostros ephebos docuit tum apud S. Mariam in Silva, tum Viterbii; missionariam vitam Philadelphiae per aliquot annos egit, et nunc Pisis pro dignitate vivit. Scripsit atque edidit:

1. *Il Santuario della Madonna Liberatrice di Viterbo - Memorie storiche e documenti in gran parte inediti*. Viterbo, Tip. Agnesotti 1901.
2. *L'Epistola e il Vangelo Domenicale. Ristampati in Italia per munificenza della N. D. Contessa Emilia Rosselmina Ricciardi in memoria della sua Berenice*. Pisa, Arti grafiche Mariotti Pacini, 1926, in 8, pp. XI-208 etc. [Pag. 136]
3. *Sermones Qaadragesimales, Sermones Marianos, atque Panegyricos mss.* apud se ineditos habet.

Bonasoli Fr. Thomas. Italus, natus die 19 februari 1734 in Dioec. Bergomensis, vir fuit ad omnium religiosorum animos humanitate captandos. Anno 1750 Augustiniana Religio eum in suorum numerum adscivit atque educavit in Patavino Conventu. Veronae, inde ceu Lector, docuit, et anno 1762 Bononiae inter Baccalaureos adnumeratus est. In conventu Montis Orthoni inde sese recepit ex quo Anagnam translatus, S. Theologiae Magister renunciatus est. Maxima praeditus prudentia pluribus annis tum Anagnino cum Romano et Genestanen. coenobiis praefuit. Romanam Provinciam quoque consilio, auctoritate, solertia ab an. 1780 gubernavit, multumque difficillimis temporibus solatium fidelibus attulit. Meritis tandem plenus, et disciplinis non minus theologicis historicisque, quam vera sanctorum scientia clarus, die 7 novembris 1801, cunctis Ecclesiae sacramentis munitus in Genestanensi nostra ecclesia parentalia recepit. Scripta eius sunt:

1. *Confutatio Tractatus Theologici Politici Benedicti de Spinoza*, Mss. asservatus in Arch. Ordinis in Miscellanea VIII in fol.
2. *De Divina Revelatione eiusque interpretaendae praecipuis legibus seu critereriis*. Ibidem.
3. *Alla Sacra Congregazione della Disciplina Regolare per il Generale dell'Ordine Eremitano di S. Agostino Memoriale*. Ibidem.
4. *Province e Conventi d'Italia e dell'isole adiacenti*. Ibidem.
5. *Praxis theorico-pratica de Caeremoniis*. Mss. alter in 8, pp. 145 asservatus pariter in archivo ordinis.
6. *Notizie della Religione Agostiniana e principalmente della Provincia Romana*. Mss. pariter asservatus in archivo ordinis in 12, pp. 247, una cum exemplare altero locupletiore pp. 550.
7. *Iscrizioni delle sepolture e depositi che esistevano nella nostra chiesa di S. Agostino di Roma prima del 1760 unite in questo Tomo dal P. M. Tommaso Bonasoli Priore nel MDCCLXXVIII. Memento saepe mori*. Cod. Chart saec. XVIII (278x303) Biblioth. Nationalis Victorii Emmanuelis Urbis (Fondo Vittorio Emanuele N. 46). Post inscriptionum indicem alphabeticum et nonnullas

memorias sepulcrorum proprietariorum, p. 32 legitur in codice: *Descrizione di tutte le lapidi sepolcrali et altre iscrizioni che sono nella chiesa di S. Agostino di Roma conforme si ritrovavano nel mese di Settembre e Ottobre 1759, prima che si mettesse mano al nuovo pavimento di detta Chiesa, trascritte da me Fr. Ignazio Iommelli, per ordine del R.mo P.re Maestro Francesco Saverio Vasquez Generale di tutto l'Ordine.* Series explicit pag. 109. Collegit etiam varias miscellaneas diversarum rerum, quae videri possunt in nostro archivo.

Bonaventura a S. Clara vide: **Viani Fr. Bonaventura a S. Clara.**

Bonaventura a S. Rosalia vide: **Renogli Fr. Bonaventura.**

Bonavoglia Fr. Hyppolitus, Bariensis, ac ideo corrigendus Ossinger, p. 139, qui eum dicit Gallum et patria Parisiensem, floruit saec. XVII, fuitque vir clarus ingenio ac pietate conspicuus. Thypis ab eo edita fuit: *Vita Beati Nicolai Tolentinatis Ord. Erem. S. Augustini anagrammatibus contesta.* Neapoli, 1651, in 8. (Cfr. Antonium Toppi in *Bibl. Neap.*, 319; Teisserium, in *Catalogo auctorum*; Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.* et Riccium Minieri, *Notizie Biog.* cit. p. 35). [Pag. 137]

Bonciaro Fr. Antonius, Provinciae Umbriae alumnus, floruit saec. XVII ineunte. Ex eius ingenio habetur: *Oratio in exequiis R.mi P. Mag. Taddaei Perusini olim Praepositi Generalis Ordinis Augustiniani*, Perusii, 1606 in 12.

Bonerba Fr. Raphael, Argyrensis, vel, ut recenti nomine dicitur, de S. Philippo Argyrensi, circa annum 1616 Augustinianam tunicam induit. Studiorum curricula Panormi, Mediolani, Senis atque Bononiae, ab an. 1618 ad an. 1624 summa cum laude perfecit. Hoc postremo anno renunciatus Bononiae Lector atque Studentium magister, impense docuit sub directione Magistri Coelestini Bruni Venusini; atque inde Baccalaureus, Studiorum Regens, et tandem die 1 ianuarii 1633 dum Mediolani legeret, creatus fuit S. Theologiae Magister. Rediit postea Panormum ubi diu, uti Magister Regens, in S. Augustini coenobio philosophiam ac scholasticam theologiam sodalibus suis tradidit. Concionatoris, eruditione et eloquentia clari, laudes promeruit. Ceu suae Prov. Definitor Generalis interfuit Capitulo Generali Romae an. 1636 celebrato, in quo et S. Monicæ Laudes praedicando contexit et conclusiones philosophicas atque theologicas publice sustinuit. Aduit et aliis Capitulis Generalibus etiam Romae celebratis. Siculam Provinciam an. 1648 et sequentibus etiam rexit non sine prudentiae laude. Ioanni Lozano Archiepiscopo Panormitano gratissimus extitit, eiusque theologus et examinatus fuit. Tandem in patriam suam secessit, ubi senex anno aetatis suae 81 decessit die 5 aprilis 1681. Edidit opera sequentia:

1. *Inter Sanctum Thomam et Scotum Metaphysicalis Aegidiana concordia.* Panormi apud Decium Cyrillum, 1643 in 4°. Opus R.mo P. Hippolyto Montio est nuncupatum.

2. *Aegidianum propugnaculum philosophicum Divi Thomae et Scoti.* Panormi, 1661, vol. 2, in 4.

3. *Totius naturalis philosophiae Disputationes in duplici parte per quatuor tractatus distributae. Pars prima de octo Physicorum libris et de coelo et mundo, in quibus omnes Philosophiae inter D. Thomam et Scotum controversiae principales ita cum doctrina Eremitarum luminis Cardinalis Aegidii illustrantur, ut nec Angelici possint Scotico iudicio non acquiescere, nec Subtiles Angelicam*

sententiam non approbare; possint vero Neutrales utrorumque Magistrorum controversias sine ulla controversia sustinere. Authore R. P. Fr. Raphaelae Bonherba S. Theol. Magistro, Ord. Erem. S. Aug. et in Provincia Siciliae, atque Melitae olim Provinciale, nunc vero in Panormi Conventu Priore, ad Ill.mum Marchionem Villae Albae D. Benedictum Emmanuelem, cum tribus indicibus, altero quaestionum et Dubitationum, altero Controversiarum, et fundamentalium Distinctionum, et tertio Rerum Nataralium. Panormi, apud Iosephum Bisogni, 1661, et ibidem typis Augustini Bossii, 1671 in 4.

4. *Totius naturalis philosophiae Disputationes. Pars secunda, in qua omnes de generatione et corruptione, atque de anima inter D. Thomam et Scotum Controversiae principales cum doctrina Card. Aegidii illustrantur. Panormi, typis Augustini Bossii, 1671, in 4.*

5. *Viridarium in plures partes divisum, in quibus per plura quodlibeta tota florescit Theologia moralis. Ibidem per eundem an. 1671, in 4°. Pars secunda Viridiarii, quinque quodlibetis edita fuit ibidem apud Carolum Adamum, 1674, in 4. Deest Pars tertia de jure et justitia, quam praelo paraverat, sed non fuit edita. [Pag. 138]*

6. *Sacri Problemi sopra l'Evangelii di Quaresima resoluti, e disposti in forma predicabile. Parte I edita: in Palermo coi tipi di Antonio Bossi, 1661 et 1671 in 4. Parte II edita ibidem apud eundem an. 1667 in 4°, et latine sub hoc titulo:*

7. *Sacrorum problematum in evangelia docta methodo resolutorum, partes duae, Moguntiae, 1670 in 4°.*

(Cfr. Ant. Mongitore, *Bibliotheca Sicula*, Vol. II, p. 196; Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, Vol. II, p. 1595; Ossinger, *Bibliotheca August.* p. 140; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, Vol. III, p. 108 ; Hurter, *Nomenclator Litt.*, T. II, p. 582, et alios).

Boni Fr. Aegidius, Blasii filius, nobilis Cortonensis, theologus magni nominis, concionator admodum clarus, et ecclesiastes insignis, an. 1330, ut ex bulla Ioannis XXII, extitit fundator coenobii Castilionis Florentini. An. 1339 erat Ticini in conventu S. P. Augustini S. Theol. Lector, ac inibi die 7 aprilis interfuit conventuali capitulo, quo, sub praesidentia Generalis Guillelmi de Cremona ad ordinem receptus fuit «nobilis vir dominus Marchus de Fano, civis et habitator Acquilegiensis». (Cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex Diplom. Ord. Erem. S. Aug. Papiae*, 1905, T. I. p. 76). Ob sua egregia merita a Clemente VI, die 13 ianuarii an. 1348, Vicentinus Episcopus inauguratus fuit. An. 1355 a Carolo VI Imp. ad Pisanos legatus missus fuit, et ab Innocentio VI an. 1361 instante eodem Imperatore, tertia creatione mense septembris S. R. E. Cardinalis fuit designatus, sed non promulgatus. Conventui suo Cortonensi insignes reliquias donavit. Nobilitatus itidem fuit legationibus aliis, nempe ad Hungariae regem Ludovicum I, ad Vicecomitem Bernabò pro dirimendis circa Bononiae dominationem controversiis, et ad alios Principes et Episcopos Germaniae. Tandem an. 1361 ex hac vita migravit. Laudatur ab Ughello, T. V., col. 1059, n° 52; a Gandolfo, p. 15; ab Ossinger, p. 147; a Moroni, Vol. 99, p. 224, et a Lanteri, *Eremiti Sacr. Aug.*, T. I, p. 190. Reliquit Aegidius noster, ait Gandolphus, *tria volumina Theologica*, quae olim asservabantur in Ducis Urbini Bibliotheca, nunc autem in Vaticana, quae tamen non reperii.

Boni Ven. Fr. Thaddaeus de Eporedia, Pedemontanus, post orrendum somnium in incunabulis habitum, Augustinianum habitum Mediolani induit una cum Bartholomaeo et Daniele eius concivibus, Pellegrino e Massilia et Germano a S. Germano. Inde per magnos labores multa consequutus est. Claruit itaque doctrina et sanctitate, insignis concionatoris nomine, et regularis observantiae zelo. In sua Insubrica Congregatione pluries fuit variorum conventuum Prior, quindecies Visitator, septies decies Definitor, quinquies Capitulorum Praeses et novies, ab anno videlicet 1472 ad an. 1502, Vicarius Generalis. Ob praeclaras virtutes Summis Pontificibus Sixto IV et Innocentio VIII acceptissimus. Spiritum Deo reddidit an. 1503. Scripsit sequentia:

1. *Sermonum* Vol. 1.

2. *Spiritualium Orationum* Vol. 1.

(Cfr. Calvi, *Delle Memorie Istoricize della Gongreg. Osserv. di Lombardia deil'Ord. Erem. di S. Agost.* Milano 1669, p. 107; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. August.* Tolentini 1859, Vol. II, p. 190).

de **Bononia Fr. Alexander**, an 1511-12 erat in coenobio S. P. Augustinii Papiae Lector; ac deinceps renunciatus fuit ab Aegidio Viterbiensi Generali S. Theol. Magister. In Capitulo generali Venetiis an. 1519 celebrato [Pag. 139] coenobii Bononiensis eligitur Prior, atque an. 1539 inter eos, qui concionandi facultatem a Rev.mo P. Mag. Hieronymo Seripando obtinuerunt, adnumeratus est. Non constat quando obierit. Ex eius ingenio habetur: *Quaestio de Sacrificio Missae habita Bononiae die 4 augusti 1547* quae inc.: «Dicturus de Sacrificio» et reperitur in cod. 6147 Biblioth. Vat. Lat. in fol., inter, ff. 95-101.

(Cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex Diplomaticus*, cit. Vol. III, pp. 73-80, et *Analecta Aug.*, Vol. IX, pp. 244-287).

de **Bononia Fr. Bartholomaeus**, alias *de strada maiori* de Bononia, die 24 aprilis 1384 erat adhuc S. Theologiae baccalaureus (cfr. Reg. Dd. 2, f. 14); sed mense februario 1386, iam Theologiae Magister, erat Regens Bononiae, uti constat ex hac dispositione Generalis Bartholomaei Veneti: «Venerabili viro fratri Bartholomaeo de Bononia in sacra theologia Magistro. Cum in nostro Parisiensi conventu et studio more laudabili actenus extiterit observatum, ut penultimo magistratus in dicto conventu senior magister existeret, cuius studii consuetudinibus approbatis debet se nostri conventus Bononiensis universaliter conformare; idcirco cum te contigerit a Regentia Bononiensis cathedrae vacare, tibi statutis apostolicis in eadem Regentia alio succedente te in prefato Bononiensi conventu pro seniori et antiquo magistro ponimus, instituimus» etc. (ibid. f. 76); et eodem anno, mense maio cum Bartholomaeus Venetus Florentiam perrexisset, eum ni fallimur, suum socium fecit. En enim quae legitur in Reg. Dd. 2, f. 99, ad diem 2 augusti an. 1386: «Mandavimus visitatoribus provinciae Romandiolae fratribus Sygismundo de Forlivio et Paulo de S. Joanne sub pena solutionis de proprio, quatenus infra mensem magistro Bartholomaeo de Bononia quator florenos auri, quos a provincia illa recipere debet de iure ratione regentiae suae in conventu Bononiae pro anno primo post capitulum de Strigonio et illi libras bononienses et 5 solidos pro expensis factis per eundem de Bononia Florentiam tamquam noster ordinarius socius, debeant integraliter assignasse, vel fratri Augustino de Casali, Studenti Bononiae, pro eo»; et similiter ad diem 4 (ibid. f. 100v): «Mandavimus priori Florentiae, tamquam procuratori provinciae Pisarum, sub poena solutionis de proprio, ut magistro Bartholomaeo de Bononia, nostro socio ordinario,

debeat tradere XXXVJ solidos monetae Florentinae, quos exposuit de Florentia Senas, et unum florenum, quem expendidit famulus in ducendo equos dicto magistro de Florentia Bononiam». Die 30 augusti an. 1389 adhuc perseverabat in eodem officio, ut patet ex adnotatis Tridenti illa die in Generalis Registro videlicet: «fecimus vicegerentem in studio Bononiensi mag. Michaellem de Bononia, quousque Magistrum Bartholomaeum de Bononia contingerit (sic) nobiscum esse in generalatus officio, absentem in dicto studio aut conventu...» (Dd. 3, f. 116); ex quibus apparet fuisse eodem tempore Regentem studii Bononiensis. Tandem, die 30 iulii 1390 Venetiis in eodem Registro (f. 130^v) fuit notatum: «Declaravimus venerabilem virum fratrem Bartholomaeum de Bononia, sacre pagine professorem, vocem habere perpetuam [in capitulis provincialibus], eo quod plus quam per triennium interfuit in generalatus officio socius principalis». Fuit insuper an. 1391, 1392 et 1393 provinciae Romandiolae Praefectus, et Prior Rethimensis in Provincia Terrae Sanctae. Posteris reliquit:

1. *Richardi Clivinton* [kylington apud Tanner, *Biblioth. Britannica-Hibernica*, Londini, 1748, p. 460] *Quaestiones theol. XII*. Inc.: «Utrum Deus sit super omnia diligendus». Des.: [Pag. 140] Explicit [lectura] Clivinton scripta per manus Fratris Bartolomaei de Bononia de Strada Maiori studentis pro tunc padue ordinis fratrum Erem. Sancti Aug., quam scribere complevit Anno domini M.CCC.LXX, prima die mensis februarii in vigilia Purificationis Beatae Virginis. Et sunt cartae totius libri LI. Sequuntur *Quaestiones tres*, quae forsitan sunt praedicti Bartholomaei, et sunt:

a) *Utrum corpora gravia et levia in suis motibus requirant medium*; b) *Utrum omne corpus naturale habeat locum naturalem*; c) *Utrum tempus sit consequens motus*. Haec omnia sunt in cod. A. 985 Bibl. Com. Archigymnasii Bononiensis, membr., ff. 56, binis columnis.

2. *Sermones super Epistolas totius anni*. Possevino teste in Catalogo Biblioth. S. Augustini de Cremona edito in Appendice, T. III. *Apparatus Sacri*, extabant ibidem ms.

(Cfr. et Arisi in *Cremona Litt.* T. II, p. 378; Herrera, T. I., p. 112; Torelli, T. VI, p. 304, n. 35; Ossinger, p. 141 et praesertim *Analect. Aug.*, Vol. V. p. 93-94).

de **Bononia Fr. Cristophorus** Pauli, S. Theologiae Doctor, tum apud coevos cum apud posteros doctrinae amplitudine se commendatissimum reddidit. De hoc eximio viro ita scribit Elssius: «Hujus magnum in Italia erat nomen circa an. 1419». Erat in primis theologus praestantissimus, atque divini verbi praeco admodum disertus; quapropter ad Bononiense theologorum publicum athenaeum an. 1380 aggregari meruit. An. 1414 sacram Scripturam ex cathedra in metropolitana S. Petri publice, plaudentibus omnibus, legebat. An. 1419-20 erat Prior S. Iacobi conventus, et an. 1424 conciones utiles habuit in celebri D. Petronii templo ut iisdem verbis notat Gandolphus. Die 14 novembris 1425, ut legitur in Registris, f. 179, Generalis commisit et iniunxit «Magistro Christophoro de Bononia, Priori conventus Bononiensis et Fratri Augustino de Balneoregio, ut ipsi tres simul videant et diligenter considerent quaecumque sibi concedi postulant foeminae illae quae habitum Mantellatarum nostri ordinis assumere velle sub certa conditione dicuntur, et quae iusta videbuntur, nostra auctoritate concedant». An. 1429 iterum in S. Petronii templo quadragesimales praedicationes habuit, fuitque etiam primus, ante caeteros, confessarius nobilissimae Archiconfraternitatis *S. Mariae de Morte*, cuius proinde gratia regulas quasdam pro *Confortatorum schola* composuit. E vivis abscessit Bononiae, ibique sepelitur. Opera quae exaravit, sunt:

1. *Forma et modo come si debbono ordinare et disponere quelle persone che devono andare a confortare et consolare le persone giudicate a morte. Ordinata per Maestro Christoforo da Bologna dell'Ordine de' frati Heremitani di S. Agostino nell'anno 1380.* Cod. 1651 (3762) R. Universitatis Bononiensis. Alter codex eiusdem Biblioth. sub n. 611 (858), saec. XV, membr. in 4, cc. 65, ita inscribitur: 1. [Fr. Cristoforo da Bologna] «Ammaestramento alli devoti confortandi». 2. «Qui incomenza el modo come l'omo se de' ordinare alla sancta confessione». 3. «Questi sono li dieci comandamenti de la lege de Dio». 4. «Queste che seguitano sono alcune auctoritate de la sacra Scriptura et sacra theologia, le quale prima sono latine: e poi apresso retratate in volgare...». 5. «Queste che seguitano sono alcune devotissime invocatione de gloriosi e sancti martiri». Laudi: 1. O sommo, eterno, o infinito bene (terz.); 2. Misericordia, o sommo eterno Dio (terz.). 3. Alta regina de stelle incoronata (terz.). 4. Misericordia, o alto Dio: soprano (terz.).

Alii duo codices eiusdem operis, sed copiae saec. XVI (an. 1525/1530) sunt in Biblioth. Archiepiscopalis [Pag. 141] Bononiensis: Aula 2. C. VIII. 15 et C. VIII. 30. Posterior refert etiam duas ex dictis laudibus. Hoc opus videtur editum fuisse: In Roma, appresso Valerio Dorico, 1565, in 4.

2. *Decachordum*, liber profundae doctrinae ms., male a nostratibus ei tributum, cum hujus libri auctor sit Iacobus Bononiensis.

3. *Expositio super cantica Canticorum*, ms. Laudant hunc illustrem Augustinianum Gandolphus, p. 107; Ossinger, p. 141; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. I. p. 270, 368; Nicolaus Paschalis Alidosius agens de Doctoribus Bononiensibus, nec non Ioannes Antonius Bumoldus in Bibliotheca Bononiensi, et alii.

de **Bononia Fr. Iacobus**, floruit saec. XV, nam in capitulo generali de Appamis an. 1465 celebrato, locatus fuit in conventu Bononiensi Cursor in primo loco. Videtur illum totam illuc suam vitam egisse. Dicitur ab Orlando praestantissimus theologus, ac refert: ab eo editum fuisse librum cui titulus: *Decachordum* profunda doctrina refertum, qui tempore Orlandi, nempe circa an. 1714, adhuc asservabatur ms. in Biblioth. S. Iacobi Maioris Bononiensis.

(Cfr. Peregrinum Orlandi, *Scritt. Bolognesi*, p. 31, et *Analecta Angust.* Vol. VII, p. 117).

de **Bononia Fr. Simon**, theologus, librum edidit, cuius titulus est: *De novo mundo*, in tractatus decem divisum, Ingerraimo Archiepiscopo Capuano, et Regni Siciliae archicancellario dicatum, cuius initium est: «Dixit qui sedebat in throno ex nova». Asservatur Romae in archivo Ordinis. Haec scribebat Pamphilus, *Chronica Ordinis*, Romae 1581, f. 63; sed fr. Simon quando e vivis excessit? Refert Fabricius in *Bibl. Latina* (Florentiae 1858) T. V, p. 481, illum obiisse an. 1333; Lanteri vero *Postr. Saec. Sex.* T. I. p. 378, affirmat illum an. 1378 adhuc vitam agere; similiter ex Elssio, *Encomiasticon*, p. 667, in *Additamentis ad Crusenii Monastici* part. tertia, Vallisoleti, 1890, p. 381 haec habet: «Simon de Bononia, vir scriptis et virtutibus in gravissimis Ecclesiae difficultatibus frequenter adhibitus, in quibus praeclare se gessit... Reliquit librum sub titulo *De novo mundo*. Florebat an 1378». Quando ergo obiit? Nequivimus id explorare.

(Cfr. etiam Gratianum p. 315; Orlandi, *Notizie degli Scritt. Bolognesi*, 247; Gandolphum, p. 163; Mazzuchelli, Vol. II, Part. III, col. 1476 et Ossinger p. 142).

de **Bononia Fr. Thaddaeus**, alumnus Congregationis Lombardiae, sacrae Theologiae Magister, dicitur ab Ossinger, p 142: «vir moribus, disciplinis theologicis et perorandi arte conspicuus». Vixit saec. XVI labente. Extant ab eo editae:

1. *Oratio... in qua ingentis gaudii rationem reddit, qua perfusa est Augustinensis Religio propter novam amplissimi et illustrissimi Cardinalis sui [Gregorii Petrocchini de Montelparo] creationem.* Arimini, apud Io. Simbeneum, 1590 in 4.

2. *Oratio pro celebrandis Alexandri Riarrii Cardinalis amplissimi exequiis in sacris Divi Iacobi aedibus habita...* Bononiae, typis Alexandri Benatii, 1585.

(Cfr. Orlandi, *Scritt. Bolognesi*, p. 250; Mazzuchelli, Vol. II, Part. II, col. 1479; Torelli, *Sec. Agostiniani*, T. VIII, p. 702; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. III, p. 192).

de **Bononia Fr. Valerius**, theologus et concionator egregius, multa ut audio scripsit; edidit autem unicam (quod sciam) satis elegantem epistolam ad Laurentium Campedium S. R. E. Cardinalem, excusam et appositam in fronte Alberti Patavini Quadragesimalium operis aurei, quod [Pag. 142] typographis iterum excudendum tradidit. Ita Pamphilus, *Chronicon* ff. 111. Studio igitur et summo labore nostratis Valerii editum typis fuit, prima vice Venetiis per magistrum Iacobum Pensium de Leuco, anno 1523 (cum Valerius ipse esset sacrae paginae minimus lector), opus vere aureum Evangeliorum quadragesimalium eruditissimi viri Alberti Patavini, cui praemisit praefatam noncupatoriam epistolam. Tribus vero post annis idem frater Valerius in capitulo generali Tarvisii habito, S. Theol. Magister nominatus et in officium Secretarii Ordinis a Priore Generali Gabriele Veneto, Mag. Theophilo Neapolitano, suffectus est. Non constat quando obierit, videtur tamen an. 1529 adhuc vitam egisse, nam edidit hoc anno: *Mysterium humanae Redemptionis*. Venetiis, 1529 per Nicolaum de Aristotile dictum Zoppino, in 8.

(Cfr. Herrera, T. II, p. 506; Torelli, T. VIII, p. 136; Mazzuchelli, Vol. II, Part. III, col. 1476, et Ossinger, p. 142).

Bonsi Fr. Aegidius, Florentinus, dicitur ab Ossinger, p. 147: «vir divina humanaque scientia celebris, in perorando facundus, religionem nostram tam doctrina quam pietate exornavit, primas cattedras theologiae et pulpita eloquentia obtinuit». Is cum esset in studio Bononiensi, an. 1551 licentiatus fuit ad suscipienda insignia magistralia, et an. 1553 insertus fuit Catalogo Doctorum in universitate Florentina. An. 1555 interfuit Capitulo generali Arimini celebrato ut discretus Provinciae Pisarum, et uti discretus Provinciae Sardiniae Capitulo generali Veneto, an. 1559 habito. An. 1575 constitutus fuit examinatus ad suscipiendos ordines, atque die 25 augusti 1581 «Mag. Aegidio Bonsio Florentino (ita notari mandavit Generalis Augustinus Fivizanensis in suis Regestis, f. 22) scripsimus ut aliquid ex libris Beati Augustini Triumpho Anconitani emendum curaret», quod ille et fecit et ad eum misit die 7 septembris. Anno 1573, cum esset Prior sui Conv. S. Spiritus Florentiae, ut illud tam splendidum templum consecraretur curavit. De eo in ipsis Registris Ordinis nostri, sub an. 1550, cum esset Bacc., legitur quod *aliqua opera* typis mandaverit de qua materia autem nihil exprimitur. In *Arch. Conv. Florentini* observatur magnum eius vol. ms. autogr., cui Titulus: «*Specchio del Convento di S. Spirito di Firenze de' Frati Eremitani di S. Agostino*».

(Cfr. Herrera, T. I. p. 63, Torelli T. VIII, p. 324; Negri, *Scritt. Fiorentini*, p. 158; Elssium, p. 13, Lanteri in *Additamentis ad Crusenii Monasticon* p. 721, et *Analecta August.*, Vol. IX, pp. 381, 404, 412, Vol. X, pp. 250-251).

Bonsi Fr. Angelus, Ariminensis, S. Theol. Doctor, Philosophiae et theologiae scientia clarus, an. 1614 uti Discretus suae Provinciae Romandiolae interfuit Capitulo generali Romae habito. Idiomete italico elucubravat atque edidit librum, an. 1618: *De ratione status Ecclesiastici et civilis*.

(Cfr. Elssium, p. 59; Herrera, T. I, 66; Ossinger, p. 707, male ab eo dictus *Pontius*, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. II, p. 309 et alios).

Bonsignori Fr. Hieronymus, qui in saeculo Marianus de Bonsignoris vocitabatur, natus est Senis, et mense augusti an. 1485 per manus Rev.mi P. Mariani a Genazzano, tunc temporis Vic. G.lis, Congregationis Ilicitanae, Augustinianum habitum recepit. Divini cultus observans praecipuus fuit, suam Congregationem sanctissime gubernavit, [Pag. 143] pluries coenobia Ilicetanum et Sangeminiensem rmaximo eorum incremento rexit, et una cum Fr. Bernardo Monaldo, eius industria monasterium S. Martini Sen. fuit Ilicetanae Congregationi adscriptum. Decessit e vita an. 1523. Scripsit sequentia:

1. *De rebus Ilicitanis commentaria* ms. quae non tantum ob puritatem et simplicitatem illius temporis, sed etiam ob doctrinam suam incomparabilem perspicua redduntur. Ita Landucci in *Sacra Ilicetana Sylva*, Senis, 1653, p. 141, et ab eodem in decurso operis saepe saepius citata. Citantur etiam ab Ugurgerio in suo opere *Pompe Senesi*, Tit. XIX, p. 631, et a Moreri in *Bibliografia Storico- Ragonata della Toscana*, Firenze, 1805, Vol. I, p. 145.

2. *Hymnarium secundum ord. Rom. scriptum, et notatum per F. Hieronymum Sen. domo Bonsignori Ord. Erem. S. Aug. ad proprietatem huius Convent. S. Aug. de S. Gemin. eo tempore quo eram ibi Prior licet indigne An. Dom. 1511 vigente in hoc Conventu Regulari observatia Iliceti, et tu si dignus sum hora pro me*. Ita Landucci loco cit. ubi eum vocat optimum scriptorem notarum et magnarum litterarum, uti constat ex dicto codice.

3. *Ultima eius protestatio ab ipso propria manu conscripta in fine suae vitae*. Edita fuit ab eodem Landuccio in *Sylva* part. pr., p. 2.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 354. Non confundendus iste Bonsignori Hieronymus cum eius avunculo eiusdem nominis, religionis et voti, qui fama sanctitatis vixit paulo ante, nempe saec. XV, quique obiit an. 1495, annos natus 99, neque cum altero Hieronymo de Senis, qui vixit tempore S. Catarinae Senensis, de quo suo loco. Ideo corrigendi qui aliter scripserunt).

Borghi Fr. Ioannes Baptista, alias *Burgius*, *Burgus* et *de Burgo* etiam vocatus, Cremonensis, vir fuit philosophicis atque theologicis disciplinis optime instructus, nec non eximius suae aetatis orator. Interfuit Capitulo Generali suae Insubricae Congregationis an. 1600, Mediolani celebrato, in quo publicas sustinuit conclusiones; itemque Brixiae an. 1610 habito, defendens inibi theoremata centum in quibus nova quadam methodo de omnibus pene disseruit. Inter caetera eximii viri praeconia laudatur ceu religiosus magnae observantiae, praeclarum vitae et morum exemplar, in lingua hebraica egregie doctus atque magna legum peritia ornatus. Plurium conventuum priorem

egit, electusque pluries Visitator Generalis. Tandem in Capitulo Generali an. 1633 Papiae celebrato omnium consensu hilarique corde suae Congregationis supremam prelaturam reportavit. Oculos in osculo Domini clausit an. 1640. Eius opera sunt:

1°. *Conclusiones quingentae septuaginta sex, quas iuxta probatissimum Scholasticorum morem disputandas proponit.* Impr. Cremonae apud Draconium an. 1600, in 4°, quarum in fine legitur: «Disputab. per quatuor dies, primum Mediolani in aedibus S. Mariae Coronatae die 20 Aprilis 1600, quo tempore celebrandum erit Capitulum generale nostrae Congregationis; deinde Cremonae in Augustiniano templo Divi Augustini» etc.

2°. *Oratio funebris in laudem Alexandri Schinchinelli habita in templo D. Augustini pridie Kal. Febr. 1602.* Cremonae apud Draconium et Zannium, an. 1602 in 4.

3°. *Oratione funebre per la Sereniss. Margherita d'Austria, Regina cattolica di Spagna, composta e recitata in Cremona nell'an. 1611, il giorno 19 Dicembre nell'Accademia degli Animosi.* In Cremona presso M. Ant. Belpieri, an. 1612.

4°. *Conciliationes praecipuarum difficultatum inter Platonem et Aristotilem discrepantium.* ms. [Pag. 144]

5°. *Conciliationes praecipuarum difficultatum inter D. Thomam, Scotum, et Aegidium Romanum.* ms.

6°. *De materia coeli iuxta doctrinam Aegidii Romani et contra vulgarem aliquorum opinionem.* ms.

7°. *De magnitudine stellarum contra Astronomos.* ms.

8°. *Opus Logicum Aegidiorum.* ms.

9°. *Theologici cursus disputationes.* Tomi duo. ms.

10°. *Lezioni sopra il Salmo Miserere.* ms.

11°. *Dodici Ragionamenti sopra l'Astitit Regina a dextris tuis.* ms.

12°. *Discorsi Panegirici di diversi.* ms.

13°. *De Missae sacrificio theologicum tripartitum opus. In 1.a parte eius dignitas, virtus, et efficacia ac simul, quae ad Sacerdotum caeterorumque fidelium obligationes pertinent sic explicantur, ut sablatis, quae inter doctores esse videntur, contraversiis in communi, certaue doctrina pateant decretorum S. Congreg. Concilii de celebratione missarum veritas, sanctitas, et necessitas, excitantes fideles, suasuque compellentes ad sacrificium per eleemosynam etiam devotius, ac frequentius offerendum, ut eius percipiant fructus, quamvis sacerdotes pro alio celebrare tenerentur, et ab ipsis sacerdotibus longe absit infidelitatis, iniustitiae culpa, atque adeo S. C. decretis a sacerdotibus satisfiat. Pars II.a continet commentaria aphorismorum, a quibus, quae in eis posita sunt, dilucide explicantur atque S. Scripturae, Conciliorum, Sacrorum Canonum,*

Sanctorum Patrum, Theologorum, ac Iuris Canonici et simul theologica ratione cuiusque propria exigit materia probantur. Pars III.a continet 37 scholasticas quaestiones, in quibus, quae inter se pugnare videntur, theologorum sententiae sic explicantur atque ad concordiam, reducuntur, ut poteat in S. R. Ecclesia unica Domini Nostri I. C. sponsa, unam esse de hoc mysterio doctrinam, ex variis doctorum opinionibus constitutam, quemadmodum ex variis concinentium vocibus vera, perfectaue consurgit harmonia. Quibus accessere de effectu sacrificii ex opere operato tantum qui per sacerdotem, ut offert in persona Christi praecise applicantur actualiter offerentibus, et aliis pro quibus illi ipsum offerre intendunt.

14°. *Analysis praecedentis operis ad faciliorem eius intelligentiam.* ms.

(Cfr. Franc. Arisi in *Cremona litterata*, T. III. p. 127; Calvi, *Memorie Storiche della Congr. di Lombardia*, p. 458; Ossinger, in *Bibliotheca Augustiniana*, p. 168; Lanteri in *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, Vol. II, p. 421, et alios).

Borsa Fr. Petrus Iacobus, Cremonensis, adhuc adolescens primum religionis gradum in claustris piissimorum asseclorum S. M. Theresiae ascendit; crescentibus vero annis, sinistra valetudine circumventus, ad Patres Augustinianos Congregationis insubriae se transtulit. Evasit S. Theologiae atque Philosophiae publicus Lector, necnon egregius concionator, qui 40 annorum spatio in primioribus Italiae suggestibus verbum Dei praedicavit. In patrio coenobio semel prioratum assumpsit, et an. 1691, quo solemniora festa celebrata fuere in Apotheosi S. Ioannis de S. Facundo, eius dixit laudes. An. 1700 sacram quadragesimam in nostra Ecclesia S. Stephani Venetiarum praedicavit, fuitque amicissimus D. Francisco Arisi, prout iste in sua *Cremona Litterata* fatetur. Vitalianae cum in ecclesia nostri coenobii quadragesimales habuerit orationes, fatis concessit die 15 aprilis an. 1724. Edidit:

1. *Il Giovanni da S. Facondo*, Cremona per Franc. Zanni, 1688 et 1691, in 4.

2. *Lo specchio del P. Eterno*. [Pag. 145] *Panegirico dell'Immacolata Concezione*. Cremona per Franc. Zanni, 1688 in 4.

3. *La Lampada evangelica, Panegirico del B. Facio Cremonese*, iisdem typis an. 1689, in 4. Reliquit etiam mss. alias multas orationes, panegyricos et conciones evangelicas quas Arisius, l. c. T. III, p. 288, se vidisse testatus est.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, Part. III, col. 1806; Ossinger, p. 148; Cinelli, *Biblioteca volante*, Scanzia XIII, p. 127, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, Vol. III, p. 184).

Borsati Fr. Lucretius, Cremensis, S. Theol. professor, dicitur ab Ossinger, p. 148: «vir ingenio praestans et in disputando acutus». Floruit prima medietate saec. XVII, atque typis evulgavit: *Felices progressus S. Ursulae virginis et martyris, ac sociarum*. Vercellis, 1613 per fratres Martae, in 4.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, Part. III, col. 1808, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, p. 171).

Borsellini Fr. Foroborius, Erem. Ord. S. Aug. *Doctrinae morum quatuor SS. Eccl. PP.*, Neapoli, 1756 in 4. Haec legi in quodam catalogo bibliopolae Silvii Bocca.

Borzoni Fr. Franciscus, Genuensis, vir integerrimae vitae et magnae pietatis, floruit saec. XVII labente. Ad excitandam fidelium devotionem opusculum typis mandavit: *Vita S. Defendentis martyris ex legione Thebaeorum*. Genuae, 1666 per Cellum in 4.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, part. III, col. 1817; Ossinger, p. 149, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 147. In *Analectis August.*, Vol. XI, pag. 45, in Actis Capituli generalis Romae 1661 habiti, legitur: R. P. Mag. Fr. Franciscus M. Bozzinus, Discretus Congreg. Ianuensis; iste Bozzinus est ne idem ac superior Borzoni? Id enucleare non valui).

Bosio Fr. Evangelista, Patavinus, non minus vitae sanctitate, quam doctrinae praestantia celebris, multas Religionis Academias sua scientia illustravit. Is an. 1569 fuit Regens in patrio coenobio; an. 1572 Bononiae; Cathedricus an. 1580; an. 1581 Vice Procurator generalis; Regens Romanus et socius Prioris generalis an. 1586; fuit tandem publicus in Romana Sapientia professor an. 1591 in qua quosdam ingenii sui partus in lucem dedit. Non sine rei litterariae iactura postremo Romae, annos natus 56, diem extremum obiit anno Domini 1593 uti constat ex eius elogio et monumento quod in ecclesia S. Iustinae Paduae eidem confratres erexerunt apud sacristiam, quodque Angelus Portenarius noster in suo opere: *Della felicità di Bologna*, p. 456 hisce refert verbis: «Evangelista Bosius Pat. Augustinianus, non minus vitae sanctitate, quam doctrinae praestantia celebris, multas Religionis suae academias sua scientia illustravit. Philosophiam in Gimnasio Romano multis annis publice professus est; ac tandem annos quinquaginta sex natus, non sine rei litterariae iactura, Romae diem extremum obiit anno Domini MDXCIII». Exstant sui ingenii quae sequuntur:

1. *Theologica theoremata, quibus disserendi ratio, regulae modusque assequendi scripturae sensum explicantur*. Edita a Fr. Evangelista Bosio Patavino Augustiniani instituti S. T. D. atque in almae Urbis Academia publico professore. Romae ex typographia Vaticana an. MDXCII in fol. «Ill.mo et Rev.mo D. Gregorio Petrocchino S. R. E. Presbytero Card. de Montelparo nuncupata». (Cfr. inter alios Hurter, *Nomen. Litt.* Oeniponti, 1571, T. II, p. 193, [Pag. 146] qui asserit opus iam editum fuisse Romae an. 1571. Editio an. 1592 habet in frontespicio pulcherrimam tabulam aere incisam, et quoddam exemplar apud Bibliothecam Bocca hanc adiectam notulam: *Fr. Pauli Nicolai Serrani*. Quaedam ex his theologicis theorematibus exhibet Possevinus, in sua *Bibliotheca selecta*. 1. 2 c. 15. Theologica haec theoremata videntur primum prodiisse cum auctor esset Regens).

2. *Tertii libri Magistri Sententiarum [Petri Lombardi] perutilis explicatio fratris Evangelistae Bosii Patavini Augustiniani, quem in Gymnasio Romano publice interpretatus est*. Cod. ms. 137 (B. 5. 2) chart. saec. XVI in 4, ff. 359 Biblioth. Angelicae Urbis. Hoc opus minime innotuit Mazzuchellio, *Scritt. d'Ital.* Vol. II, Part. III, col., 1830 et Ossinger, *Bibl. Aug.* p. 149. Cfr. etiam Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 405.

Boscherino Fr. Nicolaus e Corinaldo, S. Theol. Bacc., cum illi essent 35 circiter anni, a P. Antonio Pacini Ravennate, ab an. 1693 ad an. 1699 Ordinem gubernante, facultatem obtinuit librum edendi cui titulus: *L' idolatria confusa e l'amazzone della fede*.

(Cfr. praedicti Generalis *Regesta ad annum*).

Botto Fr. Iacobus, Congregationis Genuensis alumnus, atque cum P. Augustino Delfino eiusdem recessus incolatu, et paris sanctitatis professione coniunctus fuit. Ad virtutum suarum praemium evolavit anno 1822. Iacet in S. Mariae de Consolatione templo cum sequenti epitaphio: «R. P. Iacobo Botto eminenti virtutum laude notissimo, omnibus carissimo, vitae suae anno 67 defuncto, mesta fratrum pietas dicavit die 2 aprilis 1822». Reliquit manuscriptam *paraphrasim officii B. Mariae Virginis*, quam typis tradidit Interamnae an. 1833 noster eximius concionator P. Mag. Augustinus Barbieri, qui fuit Generalis Ordinis Assistens. Ita Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, p. 222 ex relatione ipsi allata a nostrate P. Mag. Augustino Vesco, Parocho S. Mariae Consolationis Genuae.

Botturnio Fr. Anselmus, Vicentinus, S. Theol. Mag. quamvis ab Herrera, T. I. p. 57, fratris Marci Bocturnii ex sorore nepos dicatur, tam ipse Anselmus in suo opere: *Christiana de Indulgentiis assertio*, de familia Bocturnii se nominat. Dicitur illum fuisse virum doctissimum, et theologica scientia praesertim polemica egregie instructum. An. 1513, cum iam esset in Sacr. Theol. Magister, fuit Vicarius generalis coenobii Tarvisini; an. 1515 Paduae studiorum Regens, et an. 1519 Venetiis interfuit capitulo generali loco et vice Discreti provinciae Aragoniae et Cathalauniae, iudicisque causarum munere inibi functus. An. 1526 Tarvisii pariter Capitulo generali interfuit loco Provincialis provinciae Coloniensis, et iuxta Elssium, p. 67, floruit usque ad an. 1530. Iuxta Lanteri autem in *Additamentis ad Crusenii Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 579 Anselmus noster fuit inter primos qui Lutheranam haeresim oppugnarunt cum suo opere, cui titulus: *Christiana de Indulgentiis assertio*, Venetiis, in aedibus Bernardini de Vitalis Veneti, Kal. Iunii MDXXI, in 4.

(Cfr. Pamphilum, f. 112; Herrera, T. I, p. 57; Torelli, T. VIII, p. 25; Gratianum, p. 33; Ossinger, p. 934 et Angelum Gabriellum de S. Maria, Carm. Excalceat., *Biblioteca degli Scrittori di Vicenza*, Vol. IV. p. 38).

Bozzoni fr. Zacharias, Ligur ex oppido Millesimi, quia Savonae habitum induit, ideoque Savonesis nuncupatur. Cum coenobium S. Augustini an. 1462 ad insubricam Congregationem transisset, [Pag. 147] ipse quoque eidem Congregationi incorporatus extitit. Praedicti coenobii an. 1493 Prior electus, duravit in gubernio usque ad an. 1496. Romae per aliquot annos in D. Petri Basilica poenitentiarum officium gessit. Dein a Iulio II, Pont. max., qui eum diligebat, die 20 augusti 1504 Pontificii sacrarii custos declaratus; eodemque an. die 20 octobris. ex hac vita migravit. Ait enim Burckardus in suis *Notarum libris* (ed. Celani, Città di Castello, Vol. II. p. 461): «Dominica, XX octobris (1504) Fr. Zacharias..., professus ordinis Heremitarum S. Augustini, sacrista capellae ss. d. n. pape, ante duos menses vel circa pro papa deputatus, in camera sue sacristie dicte capelle, diem clausit extremum». Ms. reliquit, cui titulus: *Tractatus de sacris Ritibus*. Custoditur in Bibl. Vat.

(Cfr. Elssius, p. 679; Oldoinus, in *Liguria Script.*, p. 542; Gandolfo, p. 346; Ossinger, p. 151 et 974; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, 407 et in *Erem. S. Aug.*, Part. I, p. 216).

Brachiano (de) Fr. Nicolaus, S. Theol. Mag., an. 1479 locatus fuit in nostro studio Perusino, ac paulo post fit inibi Lector, et an. 1487 iam erat Baccalaureus. De familia inde constituitur in conventu Senensi, sed aer Senensis cum esset illi gravis, mittitur Romam pro-baccalaureus. Sub die 23 novembris 1489 illi facultatem conceditur insignia magistralia in Universitate Perusina suscipiendi, dieque 16 decembris coram Pontifice et Cardinalibus, pro nostri Ordinis Procuratore

Gen. absente, ipse sermonem habuit, et eius sermo (ut ait Io. Burckardus, *Liber Notarum*, Città di Castello, 1911, T. II, p. 119) fuit optimus omnibusque gratissimus. Die 3 oct. 1490 Pisas missus fuit ut esset inibi magister senior cum gratiis ibidem consuetis magistris senioribus. Anno 1491 repenitur in Conventu Florentino; an. 1500 Provinciam Romanam regebat, et an. 1509 inauguratus fuit Episcopus titularis Suffr. Episcopi Parmensis. Illius extat: *Oratione divota recitata ne l'adorazione de crocifixo al venerdì santo dal Reverendo maestro Nicolo de Braxano de l'ordine di frati Eremitani de sancto Augustino predicando in S. Iacomo de Bologna MCCCCLXXXX* s. 1. a. et typ. n.; ch. rom., 4. ff. (Bononiae, Benedictus Hectoris). Haim, *Repertorium* cit. n. 3765.

(Cfr. Elssium, p. 505; Herrera, T. II, p. 188; Burckardum, l. c. in nota, et Ordinis Regesta, Dd. 7, f. 174v et Dd. 8, f. 172, 173, 174v).

Brancaleoni Fr. Alexander e Terra S. Ginesii, ab adolescentia in patrio coenobio Ordini Eremitano nomen dedit. Is cum acri ingenio et doctnina nec non morum suavitate maxime floreret, brevi magnam existimationem apud suos confratres et praesertim apud superiores sibi comparavit. S. Theologiae Magister renuntiatus, in Tarvisino nostro athenaeo ac Bononiensi et Paduano pluribus annis docuit. A Sixto Pp. IV Romam accitus, anno 1483 ad Venetorum senatum mittitur ut in pace ipsos cum Ferrariensium Duce componeret. Nihil tamen profecit, et cum Veneti appellassent in interdictum eiusdem Pontificis contra ipsos latum, Alexander noster calamum tulit et commentarium conscripsit in quo demonstrabatur causas ipsas a facti veritate et iuris dispositione esse penitus alienas. Inde a Laurentio Mediceo uti consiliarius et theologus adscitus fuit sui filii Ioannis, qui et Cardinalis et Pontifex magnus fuit: at paulo ante Laurentii mortem, quamvis E.mo Ioanni acceptissimus foret et ab ipso loco fratris haberetur, tamen in patrio coenobio sese recipere maluit. Parum vero ibi supervixit, nam in febrim cum incidisset, [Pag. 148] paulo post die videlicet 20 decembris 1491, ad vitam sine termino transivit, ac in sui Ordinis ecclesia sepultus, apposito ad tumulum in medio chori conditum hoc epitaphio: «D.O.M. Fr. Alexandro Brancaleoni, ingenio, doctrina, et morum suavitate nulli secundo, Iohannis Medicei Cardinalis Florentini Theologo, et Consiliario, viro omnium virtutum genere cumulatissimo, Cassandra mater filio chariss. et desideratiss. multis cum lacrimis P. C. Obiit XIII Cal. Ianuar. MCCCCXCII». Reliquit quae sequuntur:

1. *De sex causis ab inclita Venetiarum Republica in appellatione contra bullam SS. D. N. D. Xisti Div. Prov. PP. IIII deductis, Commentarius Fr. Alexandri Brancaleoni de Sancto Ginesio Ord. Heremitar. S. Augustini, in Bononiensi Civitate Theologi, in quo demonstratur, causas ipsas a facti veritate, et iuris dispositione esse penitus alienas.* s. 1. et d. impressionis. Hoc opus an. 1763 asservabatur apud Alexandrum Macchiavelli. Postea forsitan ad Biblioth. Bononiensem S. Domici pertransiit. Nunc ubi latet?

2. *In librum de Civitate Dei S. P. Augustini Commentarius Fr. Alexandri Brancaleoni eiusdem Ordinis Theologi, ad Illustriss. et Rev. Cardinalem Ioannem Mediceum. Libri tres,* pp. 493. Desunt tamen Libro II. pp. 16. Asservabatur mss., sicut et sequens Expositio, in Libreria Conventus Augustiniensium S. Genesisii.

3. *Expositio in Epistolas, et Evangelia Fr. Alexandri Brancaleoni de S. Genesisio Ord. Heremitar. S. Augustini.* In fine legitur: «Explicit liber expositionis Evangeliorum Fr. Alexandri Brancaleoni in civitate Bononiae perfectus die 28 octobris 1489». Codex secum portat additamenta ad eandem

expositionem a P. M. Alexandro Pandolfini et P. M. Andrea Montercole eiusdem ordinis et patriae conscripta.

(Cfr. Vecchiotti, *Biblioteca Picena*, Osimo 1793, T. III. p. 73-74).

Brandolini Fr. Aurelius, Florentinus, Matthaei q. Georgii filius, cognomento *Lippus*, utpote a nativitate pene caecus, vixit saec. XV. Is fuit philosophus et theologus disertus, poeta celeberrimus, musicae artis peritus ac rhetoricae orandique maxime gnarus. Eius enim animus pulcherrimarum atque altissimarum rerum studio et investigationi fere ab incunabulis deditus, omnem sollicitudinem cupiditatemque deposuit, humana omnia contempsit, ac pro nihilo duxit, omni denique affectu ac perturbatione vacuus solutusque quievit. Imperturbato animo itaque adversa omnia, in praefatione operis *de ratione scribendi* ipso testante, constanter pertulit: «Ego quidem, en eius verba, quamquam neque doctrinae, neque oci ad contemplandum satis habeo, eius rei tamen incredibilem quotidie fructum capio. Nam cum ab ineunte aetate sim in maximis semper angustiis, ac laboribus corporis animique versatus cum ob naufragium rei familiaris nostrae, tum ob hanc, quae totum corpus aggravat, coecitatem: unum hoc literarum praesidium, unum hoc solatium semper habui, quo calamitates omnes, et praesentes constantissime toleravi, et adventantes fortissime repuli». Memoria potius angelica quam humana praeditus, quidquid vel etiam semel audiebat, illud penitus semper retinebat. Tanta erat in eo urbanitas, ut nec lepor in disserendo nec candor in iudicando desiderari amplius posse videretur. Oratione insuper tam prosa quam versu ita clarus ut a Matthia Corvino, Pannoniae Rege glorioso, praeclarissimorum virorum, Itolorum praesertim existimatore, audita eius fama, in suum regnum advocaretur. [Pag. 149] Ivit itaque in Pannoniam Aurelius circa annum 1482, atque ibidem tum Budae tum Strigonii summa cum laude Rhetoricam docuit. Hunc praefatus rex tum intimum sui consiliarium, tum etiam ad varias sui regni provincias oratorem saepe saepius adhibuit cumque praeterea tam ipse, quam eius uxor Regina Beatrix in adversis rebus iucundissimum consolatorem experti sunt. Rege ipsius maecenate, in cuius exequiis, uti narrat noster Sixtus Schier (Cod. Angehicae Bibl. n. 365 p. 224) orationem funebrem recitavit, an. 1490, vita functo, Aurelius noster in Italiam reversus est, atque eodem anno Florentiae, Augustinianae familiae nomen dedit. Anno 1496, 11 decembris (ex Ilicetano Regesto) in coenobio ad S. Gallum Florentiae Aurelius degebat, et an. 1497, mense octobris Romae, ex peste, in coenobio S. Augustini, in cuius ecclesia anno praecedenti sacram quadragesimam praedicaverat (ex Arch. Status Romae N. 65. Busta 7^a, f. 83), pie decessit, ibique sepultus. Non anno igitur 1498, ut ait Iac. Phihippus in *Supplemento Chronic.* ad an. 1490 et omnes qui illum secuti sunt, Brandolinus obiit; Marianus enim de Genezzano Ordinis Generalis, ut refert Herrera in suo *Alphabeto Aug.*, haec in suo Regesto habet: «die 19 octobris an. 1497: dedimus literas ad Mag. Gratianum Procuratorem Ordinis, dolentes mortem F. Lippi Aurelii Florentini, qui per adversam valetudinem praefati Procuratoris, eius loco perorare debebat in Capella D. N. Papae». Extitit quoque praeceptor Ioannis Mariae de Monte, postea Iulii III Summi Pontificis. Iustis praeconiis decoratur ab omnibus Ordinis Scriptoribus, post Bergomensem, atque a Bayle, *Dict. crit.* (1741), I. 654; Crescimbeni *Della volgar poesia* (1730) III, 296; Fabricio-Mansi *Bibl. med. aev.* (1858) I, 252; Lelong, *Bibl. sacra* (1723), I, 649; Mazzuchelli, *Scritt. d'It.* Vol. II, part. IV, p. 2013-2017. Melzi, *Anon. Ital.* (1852) II, 133 ; Moreni, *Bibl. Toscana* (1805) I, 165; Negri, *Scritt. Fiorentini* (1722), 74; Narducci, *Giunte al Mazzuchelli.* (1884), 109; Vossius, *Hist. lat.* (1627), 551; Zeno, *Dissert. Vossiane* (1753) II, 193; Ossinger, *Bibl. Aug.* (1768), 152; Gandolfo, *de 200 Celeb. Scrip. Aug.* (1704) 85-89; Hain, *Rep. bibl.* (1826) I, 3714; Copinger, *Suppl. to Hain* (1895) I, 3716, II, I, 1333; Brunet, *Manuel* (1962) III, 1092; Graesse, *Trésor* (1863), IV, 220; Giorn. di Letter. (1714) XX, 149. Et in hac numeratione

facile quidem continuari aliaque plura de Lippo nostra probatissimorum Auctorum iudicia et testimonia afferri potuissent; verum nimis longe traheremur. Itaque pro omnibus sufficiat Matthaeus Bossius canonicus regularis Lateranensis, vir sane non minus litteris quam pietate clarus, qui in quadam sua epistola, quae est 75 in suo libro Epistolarum familiarium, haec, fere incredibilia, Hieronymo Campagnolae Patavino, viro eruditissimo, de Brandolino enarravit: «Audivimus modo Veronae prophetantem ex pulpito Lippum Florentinum religiosum Eremitani Ordinis, hominem a primis ferme vitae cunabulis oculorum luminibus captum, tanta cum admiratione omnium Praefectorum urbis et civium, eruditorum praesertim, ut id complecti satis neque sermo, neque calamus queat. Hic in primis sanctas litteras amat, easque commodissime tractat, atque dispensat, hic quidquid Philosophiae illius veteris, quae ad nos effluxit a graecis, gravis, plena, expolita et emuncta, nostris nunc in gymnasiis, nescio quo vitio, exoleta, sic bene callet, ut de ea quum aliquid suscipit, non Burlaeos, non Paulos Venetos (*Ordinis nostri*) non Strodos, sed Platonem quidem, Aristotilem, et Theophrastum audire videamur. Taceo historiarum quarumcumque monumenta, et quidquid in oratorum singulo, et poetarum amplum extat et nobile, [Pag. 150] quae sibi ita suppeditavit, ut ea omnia non tam visus sit didicisse, quam a puerperio illa secum credas adolevisse. Lyra, ut licentius loquar, ei cedit Apollo et Amphion. Claros vero poetas hoc uno etiam superat, quod quae illi cudebant longa pervigilia, atque lucerna, iste extemporaliter format, et canit. In quo aequae abundat tam capax, tenax, fecundaque memoria, tanta et ingenii, orisque facilitas, ut quod hac in parte de eo dicendum est, tuo vix possis aut admittere animo, aut cogitatione, mi Campagnola, complecti. Quam tantam rem et ipse antea neque vidisse me unquam, neque quod legerim, meminisse. Cyrus omnes sui exercitus milites recensuisse scribitur nominatim; Cyneas Romam missus legatus a Pyrrho singulis et Equestris Ordinis viris postero, quam advenerat, die nomina dedisse; Mitridates duarum et viginti gentium rex, totidem linguis iura dixisse, singulas pro negotiis, et causis affatur. Sic admirabilis extitisse memoriae Antoninus proditur Seneca. Lippus vero noster in coetu multorum civium nobilissimorum, literarumque cultorum, ipsorumque astante Praetore quidquid ei ab iis proponi placuit, porrecta illi lyra in quoscumque statim arctavit, et modulatus est numeros. Denique de illustribus quoque, et priscae gloriae viris, quibus patria Verona esset, quaesitus, ut diceret, Catullum, C. Nepotem, Plinium Secundum, civitatis dignitatem, urbisque splendorem luculentissimo prosecutus est carmine, ac splendidissimis pro merito laudibus, nulla intercedente cogitatione, vel haesitatione cum mora. Sed illud caetera superat, quod omnem Plinianam naturalem historiam septem et triginta in volumina discretam per singula cuiusque voluminis capita quamplurimis et praeclarissimis versibus extemporaliter enarravit, praetermissa re nulla memorabili, ac cognitu digna. Qui ludus fuit illi domesticus, et frequentissimus olim apud Sixtum Pontificem Maximum eius nominis quartum, vel cum festi Sanctorum dies incidissent decorandi, vel quum argumentum aliud impraemeditato illi proponeretur. Tum nempe materias omnes ita prosequabatur ex tempore, ut nihil post haberet intactum, quod sive ad gratiam, sive ad veritatem pertinet. At vero dum in concione descendit ad mores, et populariter docet ex pulpito, et singula, quae extollit, vel in quae fulgurat, non videntem vidisse utique diceres». Huic amplissimo nostri Brandolini praeconio haud absimilia sunt aliorum illius aevi scriptorum; ast ad eius egregia opera enumeranda ut veniamus oportet, et en quaenam sunt:

1. *Libri de lingua latina*, qui pessimo scripturarum optimi generis fato, vel interciderunt, vel adhuc obscuri iacent in bibliothecis: sed ab eo fuisse conscriptos, immo et vulgatos clarissime ostendunt eiusdem auctoris verba libr. III *de Ratione scribendi*, cap. 24, ubi ait: «Sed haec quoniam et plura sunt, quam breviter comprehendi possint et a nobis magna ex parte *in libris de lingua latina* pertractata, non sunt hic latius repetenda».

2. *De humanae vitae conditione et tollenda corporis aegritudine ad Matthiam Regem Hungariae et Beatricem uxorem. Dialogus.* Basileae, 1498. Ita Michael Mattaire in *Annalibus Typographicis*, T. I, part. II, 683; an. 1540 ibidem per Martinum Brennerum Bistricensem transylvanum. Iterum Basileae et Viennae an. 1541; ac etiam Basileae an. 1543 apud Robertum Winter in 8°, cum Dialogo latino Aymari Falconei *de exercitatione animae in mortis agone*, quae editio extabat olim in nostra biblioth. Viennae in Austria; Parisiis apud Fridericum Morel, an. 1562 in 12°, et versum hoc opusculum in Germanicam linguam per Io. Reinhart [Pag. 151] typisque evulgatum Leugdburg, 1622 in 8° cujus exemplar est in Augustana.

3. *De Laudibus beatissimi Sixti IIII pont. max. eligiae, libri II.* Cod. Vat. Lat. 5008, membr. in 4°, saec. XV. ff. 88 (Cfr. Forcella *Cat. dei Mss. relativi alla storia di Roma*, 1878, Vol. I, p. 45). Idem opus in cod. Vat. Urbin. Lat. 739, membr., ff. 1-121, an. 1517 conscriptum. Praeit (f. 1) Raphaelis Brandolini Lippi iunioris (Aurelii germani) epist. Galeotto de Robore, presbitero Card. S. Petri ad Vincula Vicecancellario dignissimo: inc. «Nulli grati animi certius afferri testimonium potest...». Auctor libellos, ab Aurelio fratre conscriptos, sed quorundam improbitate obtrusos et ab eo olim Sixto IV dedicatos, Galeotto offert. Des.: «ex collatis in me beneficiis reportabis. Vale sexto Kal. Decembris MDV». Deinde sequitur: *Liber II de instaurata Urbe et aliis eius suorumque laudibus.* De hoc opere nonnulla edita fuerunt ab E. Müntz, *Les arts a la cour des Papes*.

4. *De ratione scribendi libri tres, ad Franciscum Picolomineum Card. Senen.*, Basileae, an. 1498; ibidem an. 1543 apud Iacobum Oporinum; item ibidem, iisdem Typ. an. 1549; item Basileae an. 1565; Francofurti ad Moenum per Petrum Fabricium, 1568, in 8°, quae edit. erat olim in nostra Bibl. Viennensi; item Coloniae, an. 1573 in 8°, ac iterum Basileae, 1585 in 4°. Ultima, Romae, typis Rochi Barnabò, 1735 in 8°, iussu Reverendissimi P. F. Nicolai Antonii Schiaffinati Neapolitani e Congregatione S. Ioannis ad Carbonariam, totius Augustiniani Ordinis Prioris Gerieralis, cui accessit eiusdem *Lippi Oratio laudatissima de Passione Domini* habita coram Alexandro VI an. 1496.

5. *Lippi Brandolini libellum de laudibus Musicae et Petri Boni Ferrariensis*, qui cantor erat illorum temporum celebris, Regi Ferdinando carus. Cod. ms. asservatus in Biblioth. Canonicorum Maioris Eccl. Lucanae. Datur statim praefatio soluta oratione scripta ad eundem Regem. Inc.: «Contemplanti mihi superioribus diebus». Tum succedit ad Petrum bonum elegia, cuius hoc specimen: «Inter Pieridum vates clarissime alumnus / Unica lux Phoebi gloria summa lyrae / Accipe parva quidem Tyrreni munera Lippi; / Sed tibi quae procerum nemo dedissequeat, / Sed quia nunc agimus Ferrandi munere vitam. / Haec tibi ferrandum mittere dona puta». Opus inc. «Huc ades nostros Citharamque et carmina cantus. Affer ab imparibus vecta elegia modis...». (Ita in Fabricio-Mansi, Biblioth. Lat. med. et infim. aetatis, (1858) p. 252).

6. *Lippi Aurelii Augustiniani heremitaie Christiana Paradoxa.* Prodierunt Basileae, an. 1498; Romae apud Minutium Calvum et Antonium Bladum, 1531 in 4°; Basileae, 1543 in 8, et ibidem 1545; Coloniae 1573, et iterum Romae 1581. Idem opus reperitur ms. in Cod. Vat. Palat. Lat. 382, membr. in 12, saec. XV, ff. 116, picturis illustratus; praeit (f. 1) Raphaelis Brandolini iunioris Lippi epistola dedicataria ad petrum Hys [vaelles] presb. Card. Reginum, an. 1506; in Cod. 1235 et 1277 Biblioth. Riccardianae Florentiae, saec. XVI, et inc.: «Diligendos esse inimicos: quid est, obsecro, quod tibi hac in re grave imprimis et difficile videatur...».

7. *Lippi Aurelii Brandolini Oratio de virtutibus Iesu Christi nobis in eius passione ostensis: habita ad Alexandrum VI*, s. l. typ. n. et an. (Romae, 1496) (Cfr. Haim n. 3714). Reperitur Romae in Bibl. Victor. Em. Incun. VIII, c. 52, et in Vaticana Incun. IV, 513. Eadem *Oratio... Romae, ante centum annos ad Alexandrum Pont. Max. in Parasceve habita, ac tantum probata ut iterum ac iterum repetere Auctor cogeretur*. [Pag. 152] Romae CI^oI^oXCVI, Ex Typographia Dominici Basae, in 4 parvo, pp. 24. (Cfr. Cat. S. Bocca, N. IX, n. 316). Hanc editionem Aldus Manutius iunior diligenter curavit, nostro Angelo Rocca dicavit, et in eius epistola nuncupatoria inter alia de Lippo scribit: «Ciceronem Romanae eloquentiae parentem aequat: materie proculdubio superat». Item in edit. cuius tit.: «*Iani Nicii Erithraei Epistolae ad Tyrrhenum*». Coloniae Ubiorum, apud Iodocum Kalcovium, 1645, in 8, inter pp. 129-145; ac tandem una simul cum *de ratione scribendi*, iussu, uti iam diximus, Rev.mi Schiaffinati Romae, 1735 inter pp. 309-341. Haec oratio fuit subinde in italicam linguam versa prius a Lion. Cernoti, Venetiis, 1596 in 4: et postea ab Augustino Mariotti et Romae edita an. 1767 in 8.

8. *Oratio pro S. Thoma Aquinate*, s. l. et an. (sed Romae per Euch. Silber circa an. 1490 (Cfr. Hain, n. 3716), II, 25-28, ff. 24, Romae in Biblioth. Nation. Vict. Emmanuelis reperitur inter incunabula sub sign. 70. 3, A, 104 et a Brandolino recitata fuit iussu E.mi Card. Oliverii Caraffa, ac eidem dicata. Ms. etiam habetur in Biblioth. Casanatense ad S. Mariam supra Minervam. Copinger, n. 1233, describens exemplar impressum et asservatum in British Museum, n. 3863 a, habet impr. Romae, Euch. Silber, 1480, 4. 12 ff. 28 II; sed melius: Romae, Georg. Herolt, c. 1480.

9. *Lippi Brandolini oratio de laudibus Sancti Iohannis Baptistae Romae in conventu Florentinorum ad partes habita*. Ms. saec. XV, in 8, cum stemmate Innocentii Pp. VIII coloribus et auro ornato; ff. 19. Inc. (f. 1.) «Lippi Brandolini praefatio in orationem de laudibus sancti Iohannis Baptistae ad beatissimum patrem et dominum nostrum Innocentium pontificem maximum. Scripsi quidem his proximis aliis alia premulta...». (f. 3): ad eundem carmen: «Iantor etherei parent cui sidera celi / Qui par in terris cum Iove nomen habes». Expl., f. 16: «sic te quot messes tot duce lustra fluant» et inc. Oratio: «Si quis unquam ab diis immortalibus munus aliquot pie...». Ex Cathalogo librariae Antiquariae Florentinae T. de Marinis N. 7.

10. *De comparatione Reipublicae et Regni ad praestantissimum virum Laurentium Medicem Florentinae Reipublicae principem*. Cod. XI Plut. LXXVII, Biblioth. Medic. Laurentianae, saec. XV, membr. in 4, pulchris charact., ac in principio effigies ad vivum Card. Ioannis de Medicis, postea Leonis X, nec non Magnif. Laurentii, et in circulo haec verba: «*Magn. Laurentius Med.*, cum ornamentis aureis, figurisque delineatae. Praeest Epistola Raphaelis Brandolini Iunioris ad Card. Ioannem Medic. Diac. Card. S. Mariae in Navi. Sequitur alia *Lippi Brandolini in libros de comparatione Reipublicae et Regni ad praestantissimum virum Laurentium Medic...*».

11. *Lippi Brandolini de Laudibus Laurentii Medices*. Cod. 35 Plut. XXXV eiusdem Bibl. Laurentianae, membr. in 4, ornatus sicut superior. Inc.: «Arbitrabar profecto, Laurenti carissime...». Hoc parvum Poema, una cum aliis eiusdem auctoris carminibus, edit. fuit inter *Carmina Illustrium Poetar. Ital.*, Florentiae 1719, T. II, p. 439 et seqq. a Roscoe in notis vitae eiusdem Laurentii lingua anglica coscriptae et a D. Mecherini, T. III, p. XVII in fine illius vitae in italicam linguam versae (Cfr. Moreni *Bibl. Stor. Rag.* (1805) V. I. p. 163).

12. *Lippi Brandolini ad Ferdinandum Regem Oratio, Capuae habita, de rei militaris et litterarum affinitate*. Codd. 6413 et 7860 Biblioth. Regiae Parisien.; ac eadem *Oratio*, italico idiomate scripta, in eodem primo cod. [Pag. 153]
13. *Epistolae*, de quibus aliquae habentur Florentiae in Biblioth. Stroziana, Cod. 368 sub tit.: *Lettere scritte a Lorenzo de Medici et altri della detta famiglia da diversi*. In cod. Vat. Capponi N. 235 habetur Ermolai Barbari epistola ad nostrum Brandolinum.
14. *Panegyricum Plinii* traduxit in linguam vernaculam, dicavitque Ferdinando Regi. Custoditur in Biblioth. Regia Parisiis.
15. *In Platinae morte elegia* invenitur ad finem Operum Platinae impressorum Coloniae apud Maternum Colinum, 1568, in fol. post Vitas Pontificum, p. 95; et una cum duobus Rhythmis v. *Sonetti* in laudem Laurentii Medicei, qui reperiuntur in *Floribus poeticis Eremitae Augustiniana* a nostrate Dom. Antonio Gandolfo, p. 67, editi. Quoddam eius *Epigramma* in laudem Antonii Squarcialupi est in Cod. Bibl. Leopoldinae Medic. Palat. 87 misc. n. XI. Alia eiusdem *Carmina* asservantur in cod. 8315, saec. XV, Bibl. Regiae Parisiensis.
16. *Lippus Brandolinus in sacram Hebraeorum historiam ad Reverendissimum Patrem et D. D. Franciscum Piccolomineum Cardinalem senensem*. Haec Epitoma Iudeorum historiarum in XXI libris continetur et asservabatur in quondam Bibl. Altempsiana in cod. chart. ms. in fol. signato N. 171. Diffuse describitur a nostrate Ossinger, 152-6; praeterea Praefatio, in qua hujus operis scribendi causas commemorat, seque adversus eius discriminatores defendit, ac inc.: «Inter omnes mortalium actiones, nulla mihi, Religiosissime Pater, praestantior, nulla homini melior, nulla homini dignior videri solet rerum divinarum contemplatione ac studio...». Opus inc.: «Lippi Brandolini Epitoma in sacram Iudeorum historiam ex volumine, quod Bibliam appellant, Iosephi historici fidelissimi ad Rev...». Explicit: «Et requies in aliquot tempus est parta. Lippi Brandolini Sacrae historiae finis...». Item extat in Bibl. Vat. Ottobon. Cod. R. 6. 35.
17. *Historiae quaedam Sanctorum et orationes plures*. Ex his *Oratio ad Senatum Venetum* extat in Bibl. Vaticana, signata n. 1882 inter codices Reginae Sveciae.
18. *Tractatus de legibus*.
19. *Commentaria in omnes D. Pauli epistolas*.
20. *Liber in quo, versibus heroicis, novum et vetus testamentum amplectitur*, ms. asservatur in cod. Vat. Ottob. R. 6. 35.
21. *Aurelii Brandolini, Florentini, Ord. S. Aug., oratio in funere Laurentii Iustini equitis et iurisconsulti praestantissimi habita*. Praeterea Epistola Ioannis Valini, Andecavensis, Mathurino Robino, d. ex gymnasio Romano, nono Kl decembris (23 nov.) 1487 quae inc.: «Saepenumero a me», qua ad eum mittit orationem hanc, et alteram, quam de S. Ludovici Francorum Regis laudibus ipse Brandolinus habuerat. Iac. Philippus Bergomensis, in *Suppl. Chronic.* ad an. 1490, habet Brandolinum edidisse «orationes plures», quarum nonnullae sunt deperditae. *Eius oratio in funere Laurentii Iustini* asservatur Romae n. Biblioth. Angelica in cod. 1503, saec. XV, inter ff. 216-227.

Brandolini Fr. Raphael, Florentinus, Lippus et ipse dictus, iam inde ab adolescentia, sicut eius germanus frater, natu maior, quasi semper caecus, eloquentia maxime et eruditione in eodem Augustiniano Ordine claruit. Non fuit certe sicut Aurelius disertissimus consumatusque poeta, sed pari eloquentia et exquisitarum litterarum disciplina et ipse excelluit. Videtur a puero illum sequutum fuisse eius germanum Neapolim, ac inibi notum fuisse Ioviano Pontano, qui de eo mentionem facit in tractatu, circa an. 1481 edito, *De fortitudine*, libr. II, cap. de coecitate, [Pag. 154] hisce verbis: «Lippus Florentinus puer vidit; nunc adolescens, quamquam utroque oculo captus, non minus tamen assidue rethorum ac philosophorum auditoria frequentat. Mirum illi studium rerum antiquarum, mira cura latini sermonis, mira etiam in amicorum congressibus iucunditas et cum paupertate simul et caecitate laboret, licet adolescens, quae aetas minime apta est patientiae, utrumque malum ea aequitate fert, ut neutrum sentire videatur». In patriam postea rediens, et Eremitarum habito suscepto, noctem cum die humanas litteras assidue legendo coniungens, atque plurimi apud suos Superiores factus, mittitur Venetias, et in capitulo generali an. 1491, Romae celebrato, in coenobio S. Stephani illius civitatis efficitur primus cursor, duosque post annos, die nempe 16 aug. 1493 inibi Lector renuntiatus fuit. Neapolim deinc rediit, illucque iuxta Neapolitanos scriptores memoratos a Mazzuchellio, panegyricam orationem habuit in laudem Caroli VIII Francorum regis, qui illum audiens, et magnum oratorem poetamque summum praedicavit. Die 24 maii 1497 creatus fuit Bacc. et Florentiam remissus, subinde S. Theol. Magister et Romam accitus, pluries in ea suam vere auream eloquentiam audire fecit. Sed Gregorius Giraldi, eius coaevus, animo parum amico in *Dialogo I de poetis nostrorum temporum*, p. 393, de eo loquutus est; nam ait: «Hic utique extemporali facultate etiam insignis, seu prosa seu versu velit, non multos ante hos dies a Leone X iussus cum magna Marone [Andrea] certare in Medicorum Cosmiana solemnitate, victus cessit. Sed Lippus hic permulta scripsit, quae eius amici legunt et mirifice celebrant». Et alibi «Non his inferiores duo Lippi fuere miraculi causa, quorum ego utrumque oratorem audivi; alter quidem Aurelius ex Augustinianis etc. alterum vero et tu, mecum non semel et praelegentem publice, et oratorem audivisti. Et quidem, inquit Iulius, nam et iuniorem Berval dum, memini dicere, iocose quidem, ut puto, Lippum solere orationes habere venales easque pro licitantium pretio». Diversimode vero Arsillius de illo in opere *de poetis urbanis* loquutus est, cum canit: «Lippus adest caro, natali sidere mancus / Lumine, sed docto carmen ab ore movens. / Delius huic lucis dedet haec solatia adimptae, / Ne misera ex omni sors sua parte foret. / Nam subito revocat blanda in certamina divas / Dum movet Ausoniam dulcius arte chelym». Summis laudibus quoque extollitur in epistolis Ian. Antonii Flaminii, a quo concreditus ei fuit, ut illum institueret, eius filius Marcus Antonius, qui postea celeberrimus evasit, quem Raphael apud se voluit in aedibus Vaticanis, sibi pro habitatione a Leone Pp. X benigne assignatis, carusque illi fuit Pontifici. Refert Ioannes Burkardus in suo *Notarum* libro, ed. Città di Castello, Vol. II, p. 50, sub die 28 aug. 1497, in festo S. P. Augustini, adstantibus solemnibus septem Cardinalibus, quamplurimis episcopis, et praelatis, nationumque oratoribus, orationem post evangelium a Raphaele habitam fuisse, «quem, ait Bukardus, me super pulpitem ducente, ruit scala, et ambo cecidimus in terram, absque tamen aliqua lesione, Deo nobis propitio». Non habetur pro comperto quando Raphael obierit; hoc certum est, an. 1515 constare nempe illum adhuc vitam egisse. Scripsit ea quae sequuntur:

1. *Commentaria in Georgica Virgilii Maronis*, quae sunt in Cod. Vat. Lat. 2740.

2. *Epistolae XXV papiraceae*, quae item sunt in Cod. Vat. Lat. 3460. [Pag. 155] Quaedam eius epistola Angelo Politiano data ex Urbe, XII Kal. octobr. agens de Demetrio Lucensi Bartholomaei Platinae alumno et de nonnullis Platinae lucubrationibus, quas susceperat Gregorius quidam, qui

Florentiae degebat apud Legatum Constantii Pisauriensis, extat in Cod. 988, n. 31 librariae Gaddianae. Alia eius littera nuncupatoria, elegiis eius fratris Aurelii de laudibus beatissimi Sixti III Pont. Max. praemissa, et Galeotto de Robore, Card. S. Petri ad Vincula, Ecclesiae Cancellario data, nec non elegia ad eundem Galeottum (alias Franciotti della Rovere) Iulii II nepotem, sunt in Cod. Vat. Urb. Lat. 739, ff. 1-117.

3. *Raphaeli Brandolini iunioris Lippi de Comparatione Reipublicae et Regni ad praestantissimum virum Laurentium Medicem Florentinae Reipublicae Principem libri III*. Extat hoc opus Florentiae in Bibl. Laurentiana, in Cod. XI Plut. LXXVII, n. III, in 8, ff. 169, sed illud Raphael tantum castigavit, complevitque et Leoni X, adhuc Cardinali, dicavit, cum illud relictum fuisset ab eius fratre Aurelio incompletum, seu melius non absolutum, morte praevento. Fuse codicem describit Bandinius in, *Catalogo Codd. Lat. Biblioth. Laurentianae*, T. III, coll. 132-5.

4. *Grammatices institutionum compendia*, in Bibl. Nation. Florentina, Cod. Cl. I, n. 22 (Fondo Magliabecchiano) chart. in 8, saec. XVI, ff. 71, olim in Bibl. Gaddiana sub n. 995

5. *Oratio parentalis de obitu M. Mariani Zenazanensis aug. eremitaе universi Ordinis praefecti*, Romae in templo divi Augustini ad patres et populum habita nonis ian. 1498, legendum vero est 1499. Est dicata: «Puccio Sedis Apost. protonotario» et asservatur Romae in Bibl. Angelica, cod. 714, membr. in 8, ff. 23.

6. *Oratio de laudibus Caroli VIII Regis Francorum*. Extat Parisiis in Bibl. Regia.

7. *Oratio parentalis de obitu Guillelmi Perrerii causarum apostolicarum auditoris. Romae in templo S. Mariae de Populo, cal. dec. 1500 habita*. S. typ. n. [Romae, Euch. Silber], ff. 10, II. 28, et est dicata «Nicolao Advocario, Canonico Ferrariensi canonum doctori amico incomparabili» (Cfr. Hain, 3717, et Pellechet n. 2814).

8. *Oratio parentalis in obitum Domini Ruvere Cardinalis Ludovico Ruvere Episcopo Taurinensi dicata*, Sine a. l. et typ. n. et est in Regia Parisiensi.

9. *Oratio consolatoria ad Card. Nicolaum Fliscum pro morte nepotis, Eidem Cardinali dicata Romae VIII kal. febr. MDXII*. Extat Romae in Bibl. Angelica, cod. 252 membr. in 8, ff. 37.

10. *Oratio ad Concilium Lateranense*. Mediolani in Ambrosiana Cod. E. 104+, Dominico Card. Grimani dicata, et in ea fit mentio de sequentibus tractatibus ab eodem Raphaelae exaratis, nempe a) *De uberrima doctrinarum fruge*; b) *De Sanctissimorum virorum integritate et sanctimonia*; c) *De illustrium mortuorum nobilitate et singulari virtute*.

11. *De Laudibus Cosmi Medices ad Leonem X Pont. Max et Patriae P.* in DD. Cosmi et Damiani Martyrum celebritate habita V Kal. octobr. MDXV, et extat Florentiae in Bibl. Laurentiana, cod. II, Plut. XLVI in 8. Inc.: «Quum odiernam celebritatem» ac praeit Dedicatoria Papae Leoni data, quae, sicut epistola nuncupatoria ad Card. Dominicum Grimanum, edita fuit in sequenti eiusdem Raphaelis opere.

12. *Raphaelis Brandolini Lippi Iunioris Florentini Dialogus Leo nuncupatus, nunc primum in lucem editus, notis illustratus auctoris vita aliisque additamentis auctus a Francisco Fogliazzi Parmensi I. C. ubi plura, quae ad istoriam Saec. XV attinent, perpenduntur.* [Pag. 156] Venetiis apud Simonen Occhi 1753 in 8. Ms. hoc opus asservantur Florentiae in Bibl. Laurentiana, Cod. 77. 11, mebr. (Cf. Bandinum, *Catalog. cit.* T. III, p. 132).

13. In Cod. 1001 Bibl. Angelicae Urbis, f. 5 adest quaedam eius alia Epistola ad Aegidium Viterbiensem, et altera responsiva Aegidii ad illum data, f, 218. Aliae Raphaelis opellae vel deperditae fuerunt, vel in hoc catalogo desiderantur.

(Cfr. Berd. de Montfaucon, *Bibl. Bibliothecarum Mss.*, p. 238, 331 et 523; Fabricium, *Bibl. med. et inf. aet.*, T. V, *Florentiae*, 1858 p. 352; Copinger in *Supplemento Haini* (1891) T. I, n. 3717; Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.* (1763) Voi. II. part. IV, p. 2017; Tafuri, *Scrit. Napol.*, (1749) T. II, part. II, p. 356, qui male sequutus est Toppium, falso illum dicens Neapolitanum; Tiraboschi, *Stor. d. lett. ital.*, T. VI, part. II, (Modena 1776), 240, et T. IX, p. 123).

Bridi Fr. Ioannes Franciscus, Caesenae, S. Theol. Bacc. floruit saec. XVII, ac reliquit: *Omilia d'Origene volgarizzata dal R. P. Iacomo Passavanti fiorentino dell'Ordine dei Predicatori 1586 (sic); migliorata secondo la favella dal Baccelliere Giov. Francesco Bridi da Cesena Agostiniano, con la giunta d'un bel trattato delle tribolazioni e travagli che tutti patiscono in questo mondo e con altre devotioni*, 1662. Asservatur in Cod. 1265 (2079) ms. chart. saec. XVII in 4. R. Biblioth. Archigymnasii Bononiensis.

Brigantino Fr. Iulianus, Antonii filius, Colle in Hetruria natus, suo tempore, ut scribit Gandolphus p. 244, subtilitate ingenii et scientiarum peritia fere absque aequali conspiciebatur. In sua patria habitum Religionis induit, annum probationis peregit, inibique professionem emisit. Cum ante Ordinis ingressum bonas literas possideret, in ea professus, statim ad speculativas scientias acquirendas promotus fuit, in quibus altissimos statim progressus fecit. Propterea iuvenis Sacrae Theologiae cathedram rexit Pisis primum, deinde Arimini, Perusiae, Bononiae, e et ultimo Paduae. Tam ardens et acutus in publicis disputationibus eluxit ut adversarii cum ipso concertare timerent, quia illius sublimi ingenio obsistere non poterant. In pergamis quoque ob eloquentiae, gratiae, et suadellae copiam, et doctrinae profunditatem, magnum sibi honorem et gloriam acquisivit, ideoque primariis in urbibus summe exoptatus erat, cum jam ab an. 1549 esset S. Theol. Magister. Inter alias praeclaras civitates Venetiis eius valor et eloquentia tam lucide eminuerunt, ut post egregie peractum quadragesimalem cursum ultra plurima alia munera, a nobilissimis Senatoribus 60 argentea toreumata imagine ipsius ex una, et ex alia parte gentilitio stemmate insculpta donatus fuerit; quorum unum utriusque iuris doctor Albertus Magdallus, civis Collensis an. 1650 adhuc possidebat. Composuit *tractatum unicum de certitudine gratiae Dei et salutis nostrae*, in quo quia nimis profunde philosophari ausit, iure merito a Tridentino Concilio damnatus fuit. Patavio Romam accersitus, ut corrigeret, emendaret, vel detestaretur supra nominatum librum iam prohibitum, cum illum defendere voluisset, ut fama detulit, mandantibus supremis Inquisitoribus in carcere detentus, dolore tactus, brevi intervallo interiit, videlicet circa finem anni 1551. Cum esset Regens Patavinus, luci exposuit sub hoc titulo: *Hexameron Domini Aegidii Columnae Romani Archiepiscopi Bituricensis, nuper a R. P. Fr. Iuliano Collensi Patavini Gymnasii apud Eremitanos Regente recognitum et in lucem editum, quod antea temporis iniuria ferme perierat.* [Pag. 157] Patavii apud

Iacobum Fabrianum, 1549, in 4. Hoc opus dicavit E.mo Cardinali Ioanni Grimani, Patriarchae Aquileiensi.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II, part. IV, p. 2095; Iöcher, T. I. col. 1308; Elssium, p. 418, et Ossinger, p. 158).

Brigida Fr. Augustinus die 5 aprilis 1871, sacramentis Ecclesiae munitus, iterata apoplexi paucis ante diebus, Genestani, ubi lucem aspexerat, supremam diem clausit aetate annorum 64. Fuit a juventute sua honestate vitae, ac prudentia magna praeditus. Die 4 octobris 1822 Ordini Augustiniano per professionem religiosam nomen dedit studiorumque curricula tum Perusiae tum Firmi perfecit. Anno 1829 Lector efficitur et an. 1836 Studiorum Regens Romae constituitur. Quinque post annos S. Theologiae Magister renuntiatur. Multum valuit scientia, consiliorum gravitate ac nostrae Augustinianae Religionis zelo, pro qua multimodis usque ad vitae terminum ex animo laboravit. Fuit apud Ordinem in variis coenobiis Prior, Romanae Provinciae Praeses, Angelicae Bibliothecae theologus ac demum an. 1865 in Comitibus Generalibus Romae habitis, Assistens Generalis Ordinis electus, in quibus muneribus semper se officio suo dignum ostendit. Caeterum industrii viri labores testantur tum S. P. Augustini coenobium, tum Angelica Bibliotheca, tum S. Mariae de Populo et Genestanensis Conventus, cujus quamdam magni momenti aliorum inscitia perditam causam instauravit, restituit atque in tutum adduxit. Musicam quoque sacram rite callens varia reliquit hujus artis monumenta, quae magistris ipsis probata fuere quae nimirum sunt:

1. *Additio et continuatio antiphonarii et gradualis, in qua praeter eorum quae in nostro Sacro Ordine canebantur correctionem et reformationem, de novo invenitur compositum quiddam missali, ac Breviario Augustiniano accessit ab anno 1814 ad praesentem 1864.* Cod. Ms. in fol. magno pp. XIX - 314 ad usum Chori S. Augustini de Urbe.

2. *Missarum choralium collectio adiecto Hymnario iuxta usitatam apud nos Augustiniens. Modulationem.* Cod. Mss. in fol. magno pp. 180 ad eundem usum.

3. *Lucerna del ven. convento dei RR. PP. Agostiniani di S. Maria del Popolo di Roma.* Extat in archivio dicti conventus.

(Cfr. Reg. R.mi Belluomini 262, p. 148. et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 330).

Brisseno Fr. Dionysius, Collensis, filius conventus eiusdem civitatis, quae tria Augustinianorum coenobia possidebat, nempe: S. Mariae Gratiarum per dimidium milliaria a civitate; S. Antonii ad lacus Ambrosianos per tria milliaria, ad Congregationem Ilicetanam pertinentia; tertium et primum habebat Parrochiale, in qua an. 1700, ut Gandolphus noster scribit, Evangelia Quadragesimalia exposui, genuit spiritualiter Dionysium Brissenum. P. Bacc. Leonardus Lessius, qui erudite admodum lingua italica descripsit Annales eiusdem monasterii Provinciae Senarum, postquam ex Pamphilo reposuit qualitates Dionysii asserens eum fuisse pietate et litteris exornatum, et arte sermocinandi peritum, concludit: «De virtute, nomine, et doctrina hujus praeclarissimi viri in conventus Scripturis memoria non remanet». Solummodo in Tabula defunctorum Sacristiae bene deposita inter S. T. M. inveni Dionysium Brissenum qui e vivis excessit an. 1471. Hunc celebrant Pamphilus, p. 88; Herrera, p. 100; Gratianus, p. 29; Elssius, p. 169; [Pag. 158] Fabricius-Mansi, T.

I, p. 448; Lanteri in *Additamenta ad Crusenium*, T. I. p. 510; Oldoinus, Cinelli, Negri, aliique. En Dionysii scripta quae tamen praeter n. 4, ubinam asserventur, est incognitum.

1. *Tractatus de morte*, in cuius omnibus ferme capitibus incipit: «Omnes morimur, et quasi aqua dilabimur».

2. *De arte sermocinandi liber I.*

3. *De pulchritudine pacis lib. I.* Inc.: «Distinguit Beatus Augustinus». Ita Gandolfo, p. 111-112.

4. *De fide et praescientia divina.* Cod. 3230 Biblioth. Regiae Parisiens.

(Cfr. et Schier in Cod. Angelicae Bibl. 353, p. 234; Mazzuchelli, Vol. II, Part. IV, col. 2014, nec non Ossinger, p. 159).

Brogi Fr. Augustinus, vixit saec. XIX, atque edidit: *Componimenti poetici pel B. Simone da Cascia*, Extant in Bibl. Angelica in Misc. KK. 4. 16.

Broilus Fr. Sebastianus vide **Ammiani Fr. Sebastianus**.

Bruini Fr. Thomas, Bononiensis, S. Theol. Doctor Collegialis, anno 1601 edidit: *Relazione intorno allo stato e buon governo del Seminario dei Novizi Agostiniani istituito in S. Giacomo di Bologna li 13 Giugno 1575*. Teste autem nostro Thoma de Talanello in suo *commentario in Magnificat* p. 108, ab eo etiam prostant: *Conciones Quadragesimales*.

(Cfr. Elssium, p. 655; Ossinger, p. 163, et Orlandi, *Scrittori Bolognesi*, p. 252).

Bruni Fr. Coelestinus, non Neapolitanus uti dicitur a Lanteri (*Postr. Saec. Sex.* T. III, p. 37), sed Venusinus, ortum habuit in fine saec. XVI, et, ut scribit Ossinger (*Biblioth. August.*, p. 165) sua profunda scientia theologica, et singulari peritia artis rhetoricae, ac philosophandi acumine Ordini nostro magnum attulit splendorem. Iam ab anno 1610 erat Pulcini Lector studii; fuit inde missus Panormum, ubi et artium et philosophiae et sacrae theologiae professorem nec non studiorum illius coenobi regentem egit. An. 1620 reperitur Mediolani ad S. Marchum Regens, totus in docendo et in libros conscribendo occupatus, ita ut, decoro sui periculo in universa theologia peracto, die 25 iunii 1621 divinae scientiae Magister crearetur. Mense maii 1623 locatus fuit Senis et anno insequenti Bononiae ut studia Ordinis suo ingenio regeret atque illustraret. Interim quadragesimales et adventuales conciones habuerat Panormi, Senis, Venetiis, Augustae Taurinorum, Romae et aliis in civitatibus. Praefuit Provinciis Romandiolae, Apuliae et Terrae Laboris; cumque esset Neapoli, almi illius civitatis theologorum Collegii doctor evasit. In Capitulo Generali an. 1640 celebrato Assistens Italiae fuit renunciatus. Romae cum degeret amicitiam initam Senis in Tuscia cum Fabio Chigi, cuius praeceptorem egerat, quemque philosophiam docuerat, laetus redintegravit. Ille autem a Coloniensi Nuntiatura reversus, apud Innocentium X egit ut Coelestinus noster professor in Romana Sapientia constitueretur, ac deinde, nimirum postquam in Sacrum Cardinalium Collegium adscitus fuit, effecit etiam ut ad Episcopale Boviani Cathedram in Aprutio promoveretur. Mitram itaque

accepit die 23 augusti an. 1653, at mors illam ei eripuit die 31 maii 1664. Dicitur a Nicolao Toppio praedicator celeberrimus. Typis ab eo prostant:

1. *Parva Logica sive Proeludium necessarium ad arduam Logicae disciplinam illustri* [Pag. 159] *Ad.m. ac Rev.mo P. Mag. Nicolao a S. Angelo Ord. Gen. Priori.* Panormi apud Io. Antonium de Francis, 1618, in 4. (Prima pars cursus).

2. *Logicalium Disputationum ad Ill.mum et Excell. DD. Antonium de Aragona et Moncada Ducem Montis Alti Principem Paternionis etc.* - Panormi apud Io. Antonium de Francis, 1619, in 4. (secunda pars cursus). Opus iterum impressum fuit Neapoli ex Typographia Costantini Vitalis, an. 1620. Ambae editiones sunt in Angelica.

3. *Apes Urbanae, sive de viris illustribus.* Neapoli, 1618 (Cfr. Minieri Riccio, *Memorie storiche del Regno di Napoli*, Napoli, 1850, p. 66).

4. *Trattato a difesa della Realità del Cambio della ricorsa, secondo che si osserva in ogni città d'Italia e fuori d'Italia, pel P. M. C. Bruno Reg. nello studio di Bologna 1622.* In Firenze, 1623 in 4. Extat in Angelica sub signo T. 4. 13.

5. *Quodlibeticae disputationes theologicae ad Rev.mum P. M. Hyppolitum Montium Finalensem Ord. Erem. S. Aug. Generalem.* Neapoli, Typis Iacobi Gaffari, 1741 in fol. et iterum Neapoli, an 1644 in fol.

6. *Opuscula contra quinque Iansenii propositiones ex genuina mente D. Augustini, una cum vera Augustiniana concordia gratiae cum libero arbitrio contra eundem Iansenium ad Alexandrum VII Pont. Max.* Extat Romae in Biblioth. Chisiana in cod. 740 in fol. ms; et in Angelica in cod. 894 et cod. 895 n. 22,1, adest eiusdem iudicium, sive medius modus conciliandi liberum arbitrium cum gratia.

7. *Vota et consilia diversa.* mss.; ipse enim fuit unus ex illis theologis, qui supramemoratas quinque Iansenii damnatas propositiones examinare debebant.

8. *Lettera operi inserta cui titulus: Gloriosa morte de' 18 fanciulli Giustiniani* ab abate Michaelae Giustiniani composita atque edita: Avellino, 1656 in 12.

9. *Vita prothoparentis Adami* ms. et *Conciones italicæ* Vol. 2, mss.; *De Cambio cum recursus; Vota et consilia diversa Moralia.*

10. *Medius modus conciliandi liberum arbitrium cum gratia,* ms. in Bibliotheca Chisiana Urbis. An sit hoc opus idem ac illud n. 6 recensitum, nescimus.

(Cfr. Mazzuchelli, Vol. II. Part. IV, col. 2185 et Ossinger, p. 165).

Bucci Fr. Gabriel de Carmaniola, qui confundi non debet cum Fratrem Gabriele de Naxiis item de Carmaniola: ambo in S. Theol. Magistri et fere eodem tempore viventes. Quapropter corrigendi sunt tum Aloysius Torelli, VII, 395, tum Thomas Herrera, I, p. 307, qui male postremum Gabrielem

de Vasis appellaverunt, dum ex documentis a Maiocchi et Casacca, *Codex Diplomaticus Ord. S. Aug. Papiæ*, II, 169, 220 editis, facile perspicitur easdem personas esse diversas et alterum de nobilissima gente de Naxiis fuisse. Is an. 1453 erat in S. Augustini Papiensi coenobio uti simplex religiosus de familia; an. 1459 ibidem Magister studentium; an. 1471 Praeses Capituli provinciae Lombardiae et in eo electus Prior Provincialis; anno insequenti erat Prior conventus S. Augustini Papiæ, et iterum an. 1479; ast an. 1480 erat ibidem Prior venerabilis sacrae theologiae doctor Fr. Gabriel de Buciis, qui iam an. 1470 Provinciae Lombardiae Provincialis fuerat, quo munere etiam functus est an. 1487 et 1488. Anno 1489 erat in Atheneo Papiensi professor et die 4 maii 1489 unus extitit e doctoribus Universitatis Papiensis, qui in arduis quaestionibus in facultate theologia baccalaureum Fr. Alexandrum de Vitalibus, eiusdem nostri ordinis examinarunt, eique birretum magistrale rotundum imposuit. [Pag. 160] In documento ad hoc redactum Gabriel dicitur «in sacra theologia doctor consummatissimus» et hac in occasione sermonem habuit loculentissimum. An. 1491 familiaris erat Marchionis Montis Ferrati Guillelmi Paleologi. Scripsit, iuxta Lanteri, *Postr. Saec. Sex Religionis* Aug. T. III, p. 389, lingua italica multas et eruditas orationes, quae mss. asservantur in Bibliotheca Regia Taurinensi quas inter ab Andrea Rossotto recensentur:

1. *Oratio in morte Ludovici I Marchionis de Saluzzo.*
2. *Oratio in laudem Bartholomaei consilarii Ludovici XII Regis Galliarum Neapoli.*
3. *Oratio in exequiis Ioannis Gavazza.*

(Cfr. et Mazzuchelli, *Scrittori d'Italia*, Vol. II, part. IV, col. 2262, et Ossinger, p. 166).

Buonaccorsi Fr. Bonaccursius, de quo Franciscus M. Zaccaria, in *Bibliotheca Pistoriensi*, p. 172, haec habet: «Servat hujus *opuscola* manu exarata Franciscus Merlinius, alias laudatus. Num autem is sit, quem ex ordine Eremitarum S. Augustini ad Pisanae Ecclesiae Archiepiscopatum evectum fuisse, adversantibus illius Ecclesiae tabulis, scribunt Gianius T. II *Annal. Sacri Ord. Servorum* T. II *Lucens.* edit. an. 1721, p. 377, et Dondorius p. 267, *Beatique* nomine insigniunt Pistorienses, ignoro. Qui opuscula illa legerit, aliquid hanc in rem fortasse ex iis deducet, quod mihi explicari non potui». Hinc quaeritur: Fuit iste Bonaccursius ex Ordine Eremitarum S. Augustini ut laudatus Zaccaria affirmat? Augustiniani scriptores illum non nominant.

Buonavia Fr. Nicolaus Maria S. Theologiae Bacc. in Congregatione Genuensi, dum Genuae de familia esset constitutus, sub die 17 februarii 1729 a P. Gener. Fulgentio Bellelli facultatem obtinuit imprimendi opusculum cui titulus: *Guida de' fanciulli et altre persone semplici alla dottrina cristiana.*

(Cfr. *Regesta Rev.mi Bellelli* ad annum).

Burattelli Fr. Gabriel, Anconitanus. Is a nonnullis scriptoribus male vocatus fuit Duratellus aut Verratellus, nam opera ab ipso impressa clare eius cognomen Burattelli fatentur. Post studiorum curricula Laurea Magistrali condecoratus, diu Ordinis adolescentulos docuit, atque propter insignem eius doctrinam inter praecipuos saeculi XVI viros eruditos adnumeratus fuit. Proclamabatur, verba sunt nostratis Ossinger theologus profundissimus, et philosophus tam academicus, quam peripateticus tam excellens, ut Platonem et Aristotelem conciliare studuerit. Praedicationi etiam

operam dedit et Urbinum et Pisaurum illum audierunt. Hoc plane constat ex litteris nuncupatoriis Principi Victoriae Farnese datis, suis concionibus appositis, et ex aliis litteris, quibus Praecipuarum Controversiarum Aristotelis et Piatonis Conciliationis opus Guidobaldo Urbino Duci nuncupat, et ubi inter alia legitur: «cum superioribus annis concionandi gratia Pisaurum venissem, ac cum saepenumero cum Illustriss. Comite Petro Bonarello a Ruvere meorum studiorum rationem contulisset etc.». Interfuit quoque tum Bononiae tum Tridenti Oecumenico Concilio Tridentino, in quo uti theologus non spernenda munera obivit. Tandem meritis plenus ac senex ad meliorem vitam transivit die 15 novembris 1571. Eius opera sunt:

1. *Prediche sopra i sette salmi penitentiali di David Profeta*, Venezia. 1572, 1 vol, in 4. et ibidem per Francesco Gasparo Bindoni, 1574 in 4. [Pag. 161]

2. *Commentaria in Psalmos Poenitentiales, in Psalmum CXVIII, et in Cantica*. Venetiis, 1574, in 4.

3. *Praecipuarum Controversiarum Aristotelis et Platonis Conciliatio, opus desideratum a veteribus, et a recentioribus pollicitum, non tamen absolutum*. Venetiis, 1573, apud Franciscum et Gasparem Bindoni, in 8. De hoc opere locutus est in *Polystoria Litt.* Tom. II. p. 40 Moroffius, sicuti pertractatum fuit in Vol. II. p. 790 *Memoires de Literature tirez des Registres de l'Academie Royal des Inscription et des Belles Letres*.

(Cfr. etiam Vecchiotti, *Biblioteca Picena*, Vol. II, p. 111; Ossinger, *Bibliotheca August.*, p. 166; Elssium, *Encomiast. August.*, p. 212; Ghilini, *Teatro d'Uomini Letter.*, Part. IV; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. II, p. 412; Pamphilum, *Chronicon*, f. 125; Torelli, *Sec. Agust.*, T. VIII, p. 552; Mazzuchelli, *Scritt. d'Ital.*, Vol. II, Part. IV, p. 2424 et alios).

[Cfr. *Analecta Augustiniana XXXVIII* (1975), p. 331].

de **Burgo Fr. Augustinus**, cuius provincia reticetur, S. Theol. Baccalaureus, floruit saec. XVII, eiusque mss. extant:

1. *Expositio brevis in summam summularum* absoluta «feliciter 17 iulii an. 1651».

2. *Brevis expositio in universam logicam*. Expl.: «Feliciter absolvimus in vigilia S. Catharinae A. 1651 sub admodum R.do Patre Augustino de Burgo, SS. Theologiae Baccalaureus, nec non lectore Philosophiae dignissimo». Asservantur in cod. 273 (C. 5. 28) chart. in 4., ff. 184, Bilioth. Angelicae Urbis. Codex prius pertinuit ad P. Lect. Michaellem de Melchiorris, et postea ad P. Mag. Iosephum Ravennatem, Regentem. Nomen scriptoris f. 30 ita habetur: «Scripsi Fr. Christophorus Bartich Philosophiae studens».

(Cfr. Narducci, *Catal.* cit. p. 147-8).

de **Burgo S. Martini Fr. Adeodatus**, in conventu S. Crucis Casalensis civitatis an. 1520 Ordini Augustiniano nomen dedit, ac philosophicis et theologicis disciplinis imbutus, praedicandi munus suscepit; quo in munere, an. 1540 una cum P. Clemente de Liburnio, Bugellam urbem ab haeresis lutheranae incursione liberavit, regularemque disciplinam inter suos fratres restituit. Fuit in sua

Congregatione de Insubria Visitor, Definitor, et bis Vicarius Generalis, annis nempe 1561 et 1568. Obiit in patria, decrepita senectute, an. 1589. Scripsit sequentes tractatus, scilicet:

1. *De honorandis Sacerdotibus.*
2. *De luce;*
3. *De inferno;*
4. *De provvidentia Dei;*
5. *De necessitate confessionis;*
6. *De religione;*
7. *De peccabilitate humanae naturae;*
8. *De Blasfemia;*
9. *Synopsisim universi iuris canonici;*
10. *Sacras figuras pro Quadragesima;*
11. *Sermones sacros latinos super Dominicis et dies festos anni, et 12: librum in favorem suae Congregationis.*

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 379 ex nostrate Donato Calvi, *Mem. Stor. della Congr. di Lombardia O. E. S. Aug.*, p. 312, et ex Rossotto in *Syllabo Script. Pedemontii* (1667), p. 12).

Busa Fr. Valentinus, vixit saec. XVIII, fuitque ab eo edita:

In funere R. P. M. Francisci Xaverii Vasquii Peruntini totius Ord. Erem. S. Augustini Prioris Gen. perpetui Oratio, Romae habita in aede S. P. Augustini superiore anno Non. Febr. nunc edita in obsequium generalium comitorum eiusdem Ordinis. Firmi, 1786 typ. Iosephi Alexandri Paccasassi, in 4. pp. 34 [Pag. 162] quae asservatur in Bibl. Angelica sub signo O. 3. 21.

Buscaglia Fr. Clemens a Spiritu Sancto, Pedemontanus, S. Theol. Lector et Congregationis Disalceatorum Italiae alumnus ob eloquentiam pergami claruit praesertim in Romandiolae, Picenae, et Liguriaie Provinciis. Ferrariae Provincialem egit, et an. 1876 suae Congregationis fuit Procurator generalis electus. Anno 1881 adhuc vivebat. Praelo mandavit: *Orationes Panegiricas*. Cfr. Tani, opus cit., p. 83.

Bussoletti Fr. Augustinus e Terra Cavarum, Prov. Romanae alumnus, S. Theol. Mag. ac vir rectus et timens Deum, floruit saec. XIX, proeloque mandavit: *La santissima Vergine e l'Ord. Agostiniano. Cenni storici dedicati alla Madonna della SS. Trinità la cui prodigiosa immagine*

venerata nell'antico eremo del Cimino si ridona a pubblica venerazione nella chiesa degli Agostiniani in Soriano pel P. M. Agostino Bussoletti, priore del medesimo convento. Viterbo, Sperandio Pompei, 1866.

Butti Fr. Camillus, Comi, ex parentibus christiana pietate conspicuis, die 25 ianuarii an. 1870 primas hausit auras. An. 1884 Eremiticae religioni nomen dedit, aetatis ob defectum tyrocinio nondum idoneus, magnoque animi affectu Neapolis Ordinis habitum induit, atque inibi tyrocinii aggressus est iter, quod ad S. Monicae in Urbe emensus est, vota an. 1886 nuncupatus. Prima studiorum in Ordine curricula iucundissime exhausimus simul animorum concordia ex primo iuventutis flore numquam abrupta. Sacrum primum fecit Carpineti die 9 oct. an. 1892, atque simul, ex mandato Prioris Generalis Sebastiani Martinelli, professis nostris in Urbe religiosa disciplina imbuendis ut Magister praefuit. Periculo de more facto, Lector renunciatus est an. 1893: atque philosophicas, dein etiam theologicas tradidit disciplinas ad S. Monicae primum, nostro postea S. Clarae in conventu prope Ianuam ad an. 1897. Ad Episcopalem sedem Alexandrinam evecto Mag. Iosepho Capecci, parochus magni nominis S. Mariae de Consolatione in urbe Genuensis, in eius locum Camillus noster suffectus est, pleno antea examinatorum suffragio Regentis munere honestatus. S. Theol. Magister an. 1902 nuncupatus, unanimo fere plausu an. 1904 parochorum Genuensium Collegii praeses eligitur. Fuit posthac, non una vice tantum, et Prior illius magni momenti conventus, et praesul suae religiosae Genuensis provinciae, quibus non uno nomine profuit. Quinquies interfuit capitulis generalibus, an. nempe 1895 et 1907 ut discretus suae provinciae; an. 1913 ut Definitor, in quo quidem capitulo renunciatus fuit Procurator Generalis, quod munus inopinato et quietis amore mense ianuarii 1917 abdicavit; an. 1920, quo eidem commissum fuit munus scribendi litteras amoris atque obsequii totius Ordinis erga Rev.mum. P. Mag. Fr. Thomam Rodriguez, priorem generalem absolutum, et de eodem Ordine magnopere benemeritum; atque ultimo an. 1925 in quo concinnum perpolitum sermonem habuit *De priore generali eligendo*, typis datum in *Analectis August.*, Vol. XI, p., 153 et seqq. Nunc autem veram eremiticam vitam agens moratur Casciae in Umbria confessorium monialium nostrarum consoriorum. Scripsit atque edidit:

1. *La dottrina di S. Agostino: discorso recitato a Pavia per la traslazione del corpo di S. Agostino l'an. 1900*, duabus editionibus. [Pag. 163]
2. *Panegirico di N. Signora della Salute*, Genova, Tip. della Gioventù, 1911, in 4.
3. *Viaggio in Oriente del P. Camillo Butti Agostiniano*, Romae an. 1895, et iterum Romae, Desclèe Lefevre e C.i Edit., 1907.
4. *Panegirico di S. Francesca Romana, recitato nella sua Chiesa e nella sua festa, 9 marzo 1915*, Bagnorea, Scuola Tipografica.
5. *Della prima comunione di Diego Farina. Pensieri ed affetti*. Bagnorea, Scuola Tip. 1915, et alia quaedam minoris momenti opuscula.

Buzi Fr. Heronymus e Morrovalle, filius Augustini et Mariae Rastelli, ortum habuit die 23 martii 1720. Habitum Augustinianum Anconae induit, et post novitiatum Romam vocatus, Augustino Antonio Giorgi praeceptore, philosophiam prius ac deinde graecas litteras et theologiam didicit.

Lector et Regens renunciatus, docuit Pisauri, Perusiae, Paduae, Ravennae, Recineta, Arimini et Mediolani. Studiorum cursum Florentiae explevit ac iterum Romam accitus an. 1755 laurea magistrali condecorari promeruit. Ab anno 1764 ad annum 1769 in Auximano seminario theologiam docuit. Fuit iterum Perusiae studiorum Regens et anno 1776 in capitulo Generali electus fuit Picenae Provinciae Prior Provincialis, et Pisauriensis conventus Prior. Dum inibi moraretur ad ditandam illius conventus Bibliothecam mille scutata est elargitus, quae quidem Bibliotheca una cum pretiosissimis manuscriptis B. Petri Iacobi a Pisauro, nec non Fr. Ludovici Zacconi ad Oliverianam migravit. Pisauri eruditissimum litterarum cultorem Annibalem ab Abatibus Olivieri in amicitiam sibi devinxit; familiaritate R.mi Auximani Episcopi D.ni Compagnoni maxime usus est et R.mi P. Francisci Xav. Vazquez protectione gavisus. Venetiis, Veronae, Tergestis, Utini aliisque in locis verbum Dei predicavit, et tandem sui desiderium relinquens sexagenario maior mortuus est. Opera eius sunt:

1. *Io. Laurentii Berti Fratris Eremitae Augustiniani Theologi praeclarissimi Librorum XXXVII de Theologicis disciplinis accurata Synopsis, quam ad usum Seminarii Auximatis concinnavit, notis perpetuis, ac novissimis quibusdam dissertationibus auxit et in lucem nunc primum edit Fr. Hieronymus Maria Buzius Augustinianus, in eodem Seminario sacrae Theologiae professor. Accedunt de Locis Theologicis Libri X, qui in auctore desiderantur.* Auximi, 1765 ex Typographia Dominici Antonii Quercetti, Tom. IV in 8 regali. Opus pluries impressum, videlicet: Neapoli sumptibus Michaelis Stasi, typis Iosephi de Dominicis, 1769, Vol. 4, in 4, ibidem 1773; postea Romae, Bassani, 1792 et alibi.

2. *Per l'onorevole promozione della nobil donna la Sig. Contessa Ippolita Mezzalancia di Iesi moglie del fu Conte Orazio Mazzacalli di Recanati all'Ordine insigne della Croce Stellata, o sia delle Dame Crociere fatta da S. M. I. Maria Teresa Regina d'Ungheria e di Boemia, Capitolo di Fabbrizio Guralmo [anagramma significans Hieronymum Buzi] con note estratte fedelmente dai processi autentici in occasione della detta promozione.* ms.

3. *Theses de Sacris Novi Testamenti scriptoribus*, Ravenna, 1750, in 4.

4. *Theses de sacris utriusque Testamenti Codicibus*, Mediolani, 1753 in 4.

5. *Orationes et dissertationes diversae.* ms.

(Cfr. Vecchiotti, *Biblioteca Picena*, Vol. 2, p. 116-119 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, Vol. III, p. 350).
[Pag. 164]

C

de **Caccamo Fr. Fulgentius**, e Congregatione Sicula de Centuripis, O. N., ac eiusdem Congregationis Vicarius Generalis, virtute, doctrina et integritate morum illustris, scripsit italice: *Sommario delle Cronologiche notizie della Vita, Virtù, e Miracoli del Ven. P. Fr. Andrea del Guasto di Castrogiovanni, Fondatore dell' Eremitani Reformati Agostiniani della Congregatione di Sicilia. Parte prima*. Palermo per Agostino Bossi 1677, in 4, cura et studio P. Caroli de Regalbuto, Vic. Generali eiusdem Cong. et affert approbationem P. Mag. Bonerba sub die 13 martii 1627, datum forsitan erratum. (Cfr. Ant. Mongitore, *Biblioth. Sicula*, Panormi, 1707, Vol. I, p. 249, et Ossinger, *Biblioth. Augustiniana*, p. 174).

Cacciatore Fr. Eustachius, alias a S. Ubaldo, Mediolanensis, ex nobili familia oriundus, in Baptismate Alexander vocatus, in coenobio romano Iesu et Mariae habitum induit anno 1639; sed postea ad conficiendum ex regulae legibus tyrocinium, Mediolanum missus fuit, ibique post annum solemniter in Discalceatorum Augustiniensium Congregatione emisit vota, et studiis addictus, insignis verbi Dei evasit praeco; ob suas conciones, et panegyricas orationes tum Romae, tum Mediolani, tum denique in omnibus fere Lombardiae civitatibus habitas, ab episcopis vel primioribus conquisitus, tam seipsum quam Ordinem suum maxime commendavit. Romae, Mediolani ac Genuae Theologiam docuit. Fuit Consultor S. Officii, Provincialis, et Vicarii Generalis a Secretis. Obiit Romae anno 1700. Opera ab ipso relicta haec sunt:

1. *Discorsi Sacri*, Roma, Tipografia Moneta, 1665, Vol. 2, in 8.
2. *Sacri trattenimenti per i popoli devoti in alcuni giorni festivi, cioè, Discorsi sacri*. Milano, per Vigone, sine anno.
3. *Quodlibeta regularia ad Patres Excalceatos praecipue spectantia*. Mediolani, 1661, in fol. In hoc opere non tantum dubia moralia ac canonica tractavit, sed etiam de vero monachatu S. P. Augustini contra Nicolaum Desnos et Franciscum Macedo egit. Item repellit objectiones Ludovici Tomassini de nova et vetere Ecclesiae disciplina. Haec Quodlibeta fuerunt item recusa Mediolani 1691 apud Malatestani in fol.
4. *De Dei benedictione*. Mediolani, 1696. apud Malatestam (opus eruditum).
5. *De praecipuis juribus et iustitiae partibus, scilicet de restitutione et contractibus*. Mediolani, 1681, in 4.
6. *De Metropoli Mediolanensi*. Mediolani, 1699, apud Malatestam in 4. cum erudita praefatione L. A. Muratori.
7. *Commentariolum, seu selectiora Patrum Excalceatorum de vocali Dei cultu statuta, et observationes variae morales, asceticae, rituales. Accedunt disquisitiones de hymno «Te Deum laudamus», quis auctor fuerit, et de canta a D. Ambrosio in Mediolanensem Ecclesiam introducto*. Mediolani, 1695, in 4.

8. *Conciones variae*, Ms.

9. *Cursus Philosophiae*, Ms.

10. *De electionibus Pontificum*, ms. Haec mss. asservabantur Mediolani in Bibl. SS. Cosmae et Damiani.

(Cfr. Tani, *Commentaria* cit. p. 88 - 89, Ossinger p. 916, Hurter, *Nomenc. Lit.* T. IV, col. 544; [Pag. 165] Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III. p. 417; Argelati, in *Bibliotheca Scriptorum Mediol.*, Part. II. T. I. col. 254, et Lopez, *addit. ad Cruseni Monast.*, p. 163).

de **Caesena Fr. Leonardus**, S. Theol. Mag., qui in capitulo generali an. 1645, Romae habito, constitutus fuerat revisor litterarum, et electus in Priorem conventus Bononiensis ad S. Iacobum, quique in capitulo sequenti an. 1655 electus fuit Procurator Generalis, dicitur ab Ossinger, p. 176, vir magnae doctrinae, et prudentiae, ac in negotiis tractandis circumspectus. Non dico retinuit munus Procuratoris, sibi commissum; nam eodem anno, quo illud susceperat, propter longaequam aetatem, dimisit. Eius opuscula sunt:

1. *S. Arduinus coecorum illuminator*, liber 1.

2. Liber cui tit.: *Septem Angeli praecincti zonis aureis*.

(Cfr. et Elssium, p. 429, et Gandolphum p. 369).

Caiazza Fr. Ioseph. Hydruntinus Archiepiscopus, ortum habuit Neapoli die 14 maji 1805 ex Aloysio et Fortunata Pecoraro; ac anno 1825, die 30 septembris in maiori S. Augustini patrio coenobio nostrae Eremitanae familiae suum nomen dedit. Post solemnia vota nuncupata per omnes studiorum gradus ad magistralem lauream pervenit, atque pluries praefati coenobii, laudabiliter Prioratum gessit. Cum omnibus illius praesertim ecclesiastica doctrina nota esset, obtinuit etiam theologiam doctoralem lauream Neapolitanae Universitatis, meruitque illius urbis theologorum Collegio adnumerari, quem subinde honorem Florentinum quoque theologorum Collegium illi attribuit. Anno 1850 cum totam Neapolitanam provinciam magno cum zelo administraret, a R.mo P. Mag. Iosepho Palermo, tunc Vic. Generali, Romam accersitur Procuratoris Generalis munus exercere. Hunc locum ea qua decet dignitate tenuit usque ad an. 1859, quo temporis intervallo, praesertim cum R.mus P. Mag. Vic. gen. Paulus Micallef in Mexicum navigasset, totum Augustinianum Ordinem Commissarii Generalis nomine gubernavit. Vir ingenti doctrina ac praecipue ecclesiastica vere refertus, aliis praeterea honoribus nobilitatus fuit, quippe qui consultor estitit Romanae S. Congregationis Indicis. Examinator Cleri Neapolitani atque Nolani nec non socius academiae in civitate Nolana, et demum, praeter opinionem suam, a Summo Pontifice Pio IX die 22 augusti 1872 Hydruntinus Archiepiscopus renuntiatus fuit, ac Romae in tempio S. P. Augustini ab E.mo Card. Patrizi, adsistentibus DD. Alexandro, Arch. Thessalonicensi et nostrate Episcopo Porphyriensi Francisco Marinelli die 1 ianuarii 1873 consecratus. In Pastoralis novo officio sanctissime se gessit, suaque prudentia, amore iustitiae, atque mansuetudine omnium animos sibi devinxit. Tandem a laboribus fractus, susceptis Ecclesiae sacramentis, ad vitam sine termino die 25 iulii 1883 placidissime transivit. Ita fere Reg. R.mi Neno N. 264 p. 171 - 2, et Lanteri in *Erem. Sacr. Aug.* P. I, p. 20-91. Edita ab ipso fuit:

1. *Epistola Pastoralis ad Clerum et Populum Archidioecesis Hydruntinae*. Romae, Tipographia Editr. Romana, 1872 in fol.

Caiazza Fr. Cherubinus, Neapolitanus. Hortum habuit die 8 martii 1886. Augustinianam professionem emisit die 19 maii 1909 et mense iunii 1910 ad Presbyteratum evectum fuit. Bonis peditus studiis, sive in publicis sive in scholis Ordinis per multos annos cum laude docuit et docet etiam nunc. Praelo mandavit: [Pag. 166]

1. *Aritmetica e Geometria. Quanto è necessario sapere per l'ammissione alle scuole medie*. Lib. Ed. Fiorentina 1928..

2. *La Chiesa di S. Agostino alla Zecca in Napoli. (Monografia Storica)*.

3. *Il Convento di S. Agostino alla Zecca in Napoli. (Monografia Storica con illustrazioni)*.

Caietanus a S. Theresia, Genuensis, e Congregatione Augustiniensium Discalceatorum Italiae, nostratibus scriptoribus ignotus, floruit saec. XVIII, atque edidit: *Il catino di Smeraldo Orientale. Gemma consacrata da N. S. Gesù Cristo nell'ultima cena degli Azimi, e custodita con religiosa pietà dalla Ser.ma Republica di Genova, come glorioso trofeo riportato nella conquista di Terra Santa l'anno 1101. Si mostra la sua antichità, Preziosità e Santità* etc. Genova, Franchelli, 1726, in 4: opusculum rarissimum.

(Cfr. *Catalogum Libreriae Romanae* an. 1905, n. 269).

Calafato Fr. Chrisostomus a S. Anna, Siculus, nobili genere ortus, vitam egit saec. XVIII, in nostra Congregatione discalceatorum Italiae. Vir non minus vitae munditia, quam omni scientiarum genere conspicuus, bis Panormi ad S. Gregorium communitati praefuit nec minori laude in Provincia Panormitana provincialis munere est functus. Typis evulgavit *librum de magno lucro quod percipitur ex nostris bonis operibus factis pro defunctis*.

(Ita fere Tani in opere cit. p. 81, ex Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. III, p. 437, qui tamen ait illum fioruisse saec. XVII).

Calamato Fr. Alexander, Messinensis, Provinciae Siciliae alumnus, floruit saec. XVII atque posteris mandavit: *Quaresimale, ovvero ragionamenti sopra tutti gli evangeli della quaresima, con li sabbati delle lodi della B. Vergine Maria*, Bologna, 1648; vol. in 4.

Calandrelli Fr. Michael Angelus, Episcopus Acernensis, ortum habuit in dioecesis Beneventanae oppido, cui vulgo nomen *Cerce Maggiore* die 10 februarii 1731. Cum in ordine evasisset S. Theol. Magister singularisque meriti, Acerni episcopales infulas obtinuit die 26 martii 1792. Brevi, quo praefuit, tempore *synodum dioecesanam celebravit, quam typis commisit*, totamque dioecesim sacra visitatione lustravit. Ad meliorem vitam transivit die 18 augusti 1797. (Cfr. Lanteri, *Eremi Sacrae Aug.*, Part I, p. 14).

Calepinus Fr. Ambrosius, Iacobus in saeculo vocatus, Trusardi filius, ex nobilissima gente Comitum Calepii (est hoc oppidum in Cenomanis ad XIV lapidem a Bergamo Brixiam versus ad colles in sinistra parte positum) vixit saec. XV, ortumque habuit Bergomi die 2 iunii 1435. Iuxta nostratem Herrera T. I, p. 57, an. 1451, iuxta alios an. 1458 per manus P. Simpliciani de Andrea sui patrii coenobii Prioris Augustinianam vestem induit. Divinarum et humanarum litterarum indagator accuratissimus, quidquid perficere potuit, tantum studio suo perfecit. «Non enim (ut ipse de se loquens ait) tam instruendorum aliorum, quam mei exercendi ingenii gratia id efficere aggressus sum. Nam cum a teneris (ut aiunt) unguiculis, inter sacrorum numerum, faventibus superis, relatus fuissem et neque declamationibus refragante natura me dedendum putarem, neque percipiendae philosophiae ulla mihi a fratribus facultas daretur, quippe qui in id temporis incidissem, [Pag. 167] quo de salvandis animis tantummodo cogitandum foret, cum nec tempus omnino frustra terendum facerem, haud iniqua res visa est, ea me amplecti studia, quae certam prae se ferent humanitatem (Cfr. *Epistolam nuncupatoriam Senatui Populoque Bergomensi* suo Dictionario praepositam)». Ex natura igitur solitariam vitam ducens, ad studia sese inclinatum sentiebat, cum esset mitissimus, et ab officiis ac graduum vanitatibus abhorreret, malens diu noctuque inter libros versari, quam fratribus invitus praeesse. Pluries tamen ah obedientia compulsus, aliquorum conventuum, ut ait Gandolphus, pater spiritualis fuit. Illius familiaritas dulcis et suavis apparuit. Scribit ideo Iac. Philippus Forestus in *Supplemento Chronicarum*: Ambrosius Calepinus, conterraneus, et coetaneus meus, meique instituti professor cuius consuetudinis suavitate iugiter fruor, his temporibus nobisque dulciter cohabitans innumerorum doctorum elucubrationes sua industria, magno labore opus pergrande, atque insignissimum de vocabulorum omnium notitia solerti indagatione collegit". Pervenit usque ad decrepitam aetatem, in qua, etsi coecus evasisset, consueta tamen studia numquam intermisit. Caecitatem suam ipsemet testatur in epistola data Bergomi Kal. Octobris 1509 ad Generalem Aegidium de Viterbio, cui alteram sui Dictionarii editionem nuncupavit, de Bergomensibus fratribus dicens: "Vale: Pater R., et Congregationem nostram [observantiae de Lombardia] et praesertim Bergomensem conventum habe commendatissimum. Nam et te, ut debent omnes, mirifice amant ac reverentur, et me *decrepitum jam senem, atque oculis captum* mira pietate complectuntur". Fere octuagenarius itaque decubuit Bergomi die 30 Novembris 1511 et in Ecclesia S. Augustini sepultus iacet. Hoc affirmant tum P. Calvi in *Scena Letteraria degli Scrittori Bergamaschi*, Bergamo 1664, p. 34, tum Gandolphus in *Dissertatione Historica de 200 celeberrimis Augustinianis Scriptoribus*. Romae, 1704 p. 51; ast secus scripserunt tum Pamphilus in *Ordinis Chronica*, tum P. Angelus Rocca in *Bibliotheca Vaticana, Operum* T. II, p. 162, Romae 1719, ubi etiam sequentia de illo scripsit: "Dictionarium ex innumeris fere autoribus collectum non solum voces omnes Latinas et Graecas ad Poetas, et Oratores, ad Medicos et Philosophos et Mathematicos, nec non ad Doctores Ecclesiasticos pertinentes, sed etiam Auctorum et locorum omnium, sive propositionum attestationem ipsam comprehendens ordine concessit alphabetico, et in lucem edidit; opus quidem et doctis, et indoctis valde utile ac pergratum, et cuiusvis litteraturae hominibus pernecessarium,.. Felix revera fortunatumque opus! Laus igitur summa debetur famoso Calepino, qui primus invenit fundamentum firmum et principale super quod alii omnes aedificaverunt. In Ecclesia S. Augustini Aloysius Novarini hoc, tanto viro, epitaphium ponere statuerat; videtur tamen sculptum non fuisse: "Mag. Fratri Ambrosio Calepino Bergomensi Latina quantum debeat lingua / Exprimi lingua non potest / Latior Latio ipsa scriptoris fama / Qui obiit hinc, hinc non abiens". Attamen non defuerunt Calepini detractores, quos inter excellit Franciscus Dionysius Camusati in notis *Bibliothecae* Alphonsi Ciaconii, Parisiis, 1731, coll. 844 - 845, et Floridus Sabinus, *Apol. contra calamit. linguae Latinae, operum*, p. 112-113, qui iniquissimum iudicium de Calepino tulit, cum impudentissime contra omnium doctorum, scriptorumque aureae latinitatis

universalem consensum, minime veritus sit absque ullis probationibus, Calepinum de furto accusare eiusque vocabolarium insulsum appellare. Sed videmus quae ab eo edita fuere: [Pag. 168]

1. *Vita B. Joannis Boni Ord. Erem. S. Aug.*, quam habes in *Actis Sanctorum* sive *Acta Bollandiana* die 22 Oct. IX, 748-67.

2. *De Venetiarum civitatis laude* in libro pluries edito, qui inscribitur *Supplementum Chronicarum* a Fr. Iacobo Philippo Bergomense exaratum.

3. *In laudem S. P. Augustini Ode* versu saphico, incipit:

Quis tuos Praesul venerande gestus.

4. *In honorem B. Clarae a Cruce de Montefalco - Ode* - idem versu saphico: incipit: Ecce quae Falco generata Monte.

5. *Admonitiones ad Conversos suae Congregationis Elegia*. Inc.: Discite Conversi summum trepidare Tonantem / Sanctaque perpetuo fundere vota Deo.

6. *Confessionale*, editum, iuxta Vaerinum, historicum Bergom. Venetiis per Ludov. Benenagium.

7. *Interpretamenta omnium dictionum ab ipso in iuvenili aetate expositorum*.

8. *Dictionarium*. Cod. 833 Biblioth. Trivultianae, chart. in fol., chartar. 422, saec. XV. Fol. 413 legitur: «finis ad laudem Dei et Divi presbiteri S. Augustini die 6 octobris 1487». Sequuntur inde voces adiunctae (Cfr. Porro, *Cat. mss. Bibl. Trivulzianae*, p. 55. Edictiones hujus Dictionarii sunt prope innumerae; praecipuae autem sunt: Regii industria Dionysii Bertochi 1502, in fol. (Panzer, VIII, p. 243). Venetiis, 1505 in fol. Senatui Bergomensi dicata quae est sine 1. et a. Sub titulo adsunt 14 versus incipientes: «Mos est puditus: et novo repertus». Goth. in fol.; 3^a edit. item Venetiis an. 1509, recognita ab auctore, ex officina Petri Liechtenstein in fol., sub auspiciis nostri Generalis Mag. Aegidii Viterbiensis (Cfr. Mattaire in *Annalibus Typ. pant. 1, t. II, p. 206*). Inde Parisiis, 1510 in fol.; Argent., Ioh. Grüninger, 1513 sub hoc tit: *Ambrosius Calepinus Bergomas professor devotiss. Ord. Erem. S. Augustini dictionum Latinarum et Graecarum interpres perspicaciss. omnium cornucopiae Vocabulorum insertor sagaciss. ita ut in unum collegerit volumen Nonnium, Marcellum, Festum Pompeium, Marcum Varronem, Servium, Donatum, Vallensemq. et Suidam plurimum Argivo functus officio, litterariaeque palestra*. His versibus appositis: «Horrida Parnassi scopulis iuga quisquis adire / Quisquis et Aonidum florida rura cupis, / Musarum cupidis concessus munere divum / En Calepinus adest, hoc duce carpe viam».

De hac editione Cfr. Panzer, IX, 360, 273. Item Argentorati, 1516 in fol.; Parisiis, N. de Pratis, 1518 in fol., Augustae Vindelicorum, 1520 in fol. ex officina Sigismundi Grimm et Marci Wirfung; in oppido Tridini Marchionis Montisferrati per Bernardinum Iolium, 1521, in 4.; Tuscolani apud Benacum an. 1522 in 4.; Venetiis, Typ. Paganini cum additamentis Nicolai Perotti, 1522 in 4.; Parisiis 1525 in fol. impressit Ioannes Cornillean; Parisiis, 1539 in fol. apud Ambrosium Girault; Basileae, 1544 apud Leonardum Hospinianum in fol.; Venetiis 1545 apud Franciscum Bindonum et Maphaeum Pasinum, latine, graece et italice; Basileae, 1550 in fol., et ibidem 1553 cum

addictjonibus Pauli Manutii. Inde Genuae 1554 in folio opera et studio Roberti Stephani; Basileae 1555 in fol.; Venetiis 1558 in fol. cura et studio Pauli Manutii; Basileae 1558 in fol. et 1560 studio et cura Conradi Gesnerii, et postea hic et alibi pluries, sed en principales: [Pag. 169] Antuerpiae, 1572 Latinis vocibus additae Hebraeae, Graecae, Gallicae, Italicae, Germanicae; *Calepinus, septem linguarum (editio IV)* Venetiis 1613 in fol. *cum Pauli Manutii additamentis et appendiculis duabas de verborum splendore et de verborum interpretatione Henrici Farnesii Ebaronis in Ticinensi Gymnasio Professoris; Calepinus, Dictionarium octolinguae editio novissima cura Io. Lud. De la Cerda Soc. Iesu*, Lugduni, 1647, 2. vol. in fol.; *Calepinus - Passeratius sive Linguarum novem dictionarium*, Lugduni Batav., Hackii s. a. (circa 1650), 2 vol. in 4; *Calepini Ambrosii Dictionarium, adiectae sunt latinis dictionibus Hebraeae, Graecae, Gallicae, Italicae, Germanicae, Hispanicae atque Anglicae*, Lugduni, 1656, 2 vo. in fol.; *Calepinus, Decem linguarum Dictionarium*, Lugduni, 1586; *Calepini Ambrosii, Ord. Enem. S. Augustini, Dictionarium undecim linguarum, ita ut Latinis respondeant Hebraica, Graeca, Gallica, Italica, Germanica, Belgica, Hispanica, Polonica, Ungarica, Anglicae*, Basileae, s. a. (1605 et 1610) in fol. *ex recognitione quinta sextaque, sabiuncto Conradi Gesneri Onomastico egregie locupletato*. Una ex melioribus editionibus est ea quae in usum Seminarii Patavini prodiit opera et studio I. Facciolati, Patavii, 1758, 2 vol., in fol. (Cfr. omnes nostrates, et externos praesertim Ossinger, p. 177; Gandolfo, pag. 51; P. Thomam Verani in *Continuazione del N. Giornale d' Letter. d'Ital.*, Modena, s. a. XXVI, p. 138 et seqq.; Salvioni, *di Ambrogio Calepino e del suo Diz.*, Bergamo, 1839, et Sac. C. G., *P. Ambrogio Calepino O. S. A. Cenni Bio-Bibliografici in Bollettino Storico Agostiniano*, Anno II, pp. 102-109; 143-148; Anno III, pp. 13-21).

de **Caltagirone Fr. Franciscus** floruit saec. XVII; scripsit: *Duo carmina ad Rev.mum P. Hyppolitem Montium Finalensem Ordinis Generalem* quaesunt in cod. 748, ff. 191 et 193, Bibl. Angelicae.

Caluschi Fr. Thaddaeus, Mediolanensis, S. Theol. Mag., natales habuit ex honestissimis parentibus, a quibus optimaeducatus Religioni Eremitanae S. Augustini se vovit cuius habitum sumpsit in patrio S. Marci conventu. Ibi pietati, et studiis deditus, post cursus philosophicos, atque theologicos optime exaratos cathedram in iisdem facultatibus ex decreto suorum ascendit, et munere ipso egregie adimpleto Regens ac Magister efficitur. Deinde verbum Dei tam docte, tam feliciter, praesertim Arimini an. 1696, disseminavit, ut concionatoris eximii nomen in tota fere Italia obtinere meruerit. Uno verbo, tam probe Thaddaeus noster semper se gessit, ut in comitiis generalibus suae religionis an. 1699 habitis in secretarium generalem totius Ordinis electus fuerit. In eodem officio perstitit usquequo morbi causa ad patriam ex medicorum consilio redire coactus fuerit, ut aeris beneficio in pristinam sanitatem se restitueret. Tot praeclaris dotibus excultus, illico nobilium doctissimorumque virorum animos sibi facile conciliavit, atque consultor S. Inquisitionis, librorumque revisor efficitur. Ipsum etiam tanti fecit E.mus. Card. Archintus Mediolani Archiep. magni nominis, ut examinatorem synodalem eum voluerit; sed nec ab istis, nec ab aliis curis detentus unquam studia reliquit usque ad suae vitae finem, qui fuit an. 1720, die 21 aprilis, aetatis suae 63. Quae ab illo exarata fuerunt haec sunt: [Pag. 170]

1. *Varie notizie molto utili per facilitare l'intelligenza e lo studio della Sacra scrittura, con una Dissertazione sopra l'ultima Pasqua di Gesù Cristo, dedicata al Sig. Card. Giuseppe Archinti*. Milano, per Agnelli, 1708, in 8. Idem opus, «edizione 4^a arricchita di copiose aggiunte sin'ora inedite». In Venezia, 1758 presso Ant. Bassanese in 8.

2. *Lettera ad un amico che contiene una risposta generale a tutte le ragioni, che furono addotte in difesa de' riti della Cina già condannate con pubblico decreto dalla Sede Apostolica.* s. 1. a. et typ. n. in 8, pp. 60. In cod. A. 1122, in fol., ff. 18 Bibliothecae Archigymnasii Bononien. asservatur eiusdem Thaddaei: *Lettera scritta a N. che in qualche modo può servire di risposta alle due scritture pubblicate da N. N. N. intorno alle cose presenti della Cina.* Est ne eadem ac superior recensita?

3. *Risposta alla critica sopra la suddetta lettera ad un amico intorno ai riti Cinesi.* Similiter s. 1. o. et typ. nota.

4. *Esame della religione protestante o sia pretesa riformata.* Venezia per Giuseppe Corona, 1720 in 4. Hoc opus dicavit E.mo Card. Odescalco, Archiep. Mediolanen., et iterum reimpressum fuit Venetiis an 1750.

5. *Dissertazione sopra la Maddalena,* Ms. Extabat Mediolani in olim nostra Bibl. ad S. Marcum.

6. *Dissertazione sopra le Sibille,* Ms. ibidem.

7. *Prediche,* Ms. in fol. ibidem.

8. *Panegirici,* Ms. in fol. ibidem.

(Haec fere ad verbum ex *Bibl. Script. Mediolanensium Philip. Argelati.* T. I, part. 1, col. 264, ex Ossinger, p. 180, et ex Lanteri, *Postr. Saec. Sex,* T. III, p. 110).

Calvi Fr. Donatus fuit philosophus, theologus, et poeta, ut eius scripta testantur. Natus est Bergomi die 11 novembris 1613 e Martino et Flaminia Zerbini. In scholis pueritiam egit, et in patrio S. Augustini coenobio Congregationis Lombardiae habitum Augustinianum induit per manus P. Io. Antonii Coreggio die 16 aprilis 1629. Lue, hoc tempore grassante, per duos annos impeditus fuit a studiis, at an. 1632 Cremonam missus sub magistro P. Imerio Ocasali Cremonense in scientiis adipiscendis alacriter incubuit. Lector a P. Nicolao Dalmatio suae Congregationis Vicario nominatus, per viginti annos, cathedras philosophicas et theologicas ornavit. Papiae, Cremonae, Alexandriae, Genuae, Novarae, Mediolani aliisque in civitatibus praedicavit. Una cum Bonifacio Agliardi et Clemente Rivola academiam sub nomine *degli Eccitati* fundavit, in qua *Ansioso* vocatus fuit. In Synodo Dioecesana, an. 1648, una cum P. Ioan. Calepio Theatino regularium causam sustinuit cum felici exitu. In Capitulo suae Congregationis, Ferrariae habito, renuntiatus fuit patrii Monasterii prior, Laudae Pompeiae an. 1654 Visitator Generalis, et 1659 Generalis Vicarius, nec non S. Officii Consultor. Anno 1676 erat adhuc inter vivos. Reliquit:

1. *Le glorie di Bergamo per S. Fermo Martire.* In Bergamo per Marc'Antonio Rossi, 1641.

2. *Dolcezza, amore, sotto nome di Vito Canaldo che per anagramma dice Donato Calvi.* In Finale per Matteo Squadra, 1643.

3. *Galleria della morte, che contiene cento epitaffi giocosi.* In Bergamo per Marc'Antonio Rossi, 1643.

4. *Nei Giovedì estivi*, Item ib. 1645.
5. *Il Parto di Serapi*, Item ib. 1645.
6. *Discorso accad. se più in un giovane disdica mancanza d'Amore, o in un vecchio l'esser bersaglio de strali di Cupido*. Item ib. 1645.
7. *La genitrice percossa*, (Declamazione). Item. ib. 1645. [Pag. 171]
8. *Sechelo sbranato*, (prosa et versi con altre compositioni) Item. ib.
9. *Osservationi sopra l'Universal Giubileo dell'Anno Santo 1650* (publicate per ordine di Monsign. Dovara Arcivesc. d'Aleppo Vic. Generale dal suo Cappellano) Item. ib. 1650.
10. *Ragguaglio di Sparta narratione panegirica per le glorie di Paolo Leoni Podestà*. Item. ib. 1652.
11. *Saggio della, vita, et meriti di S. Nicola etc.* Item. ib. 1652.
12. *Misteriose pitture del Palazzo Moroni*. Item. ib. 1655.
13. *L'aggruppamento de' Pianeti Panegirico per S. Aquilino Mart.* In Milano per il Garibaldi, 1656.
14. *Tenue tributo di lodi per le glorie di Pietro Gradenigo etc.* In Bergamo per il Rossi, 1657.
15. *Rituale Augustinianum Cong. Obs. Lombardiae Ord. FF. Erem. S. Augustini*. Bergomi apud Rubeos 1661, in 4.
16. *Scena letteraria degli Scrittori Bergamaschi*. Bergamo, Rossi, 1664, 2 vol. in 4, cum iconibus permultis.
17. *Campidoglio de Guerrieri, et altri illustri personaggi di Bergamo*. In Milano per Francesco Vigone, 1668.
18. *Delle Memorie Istoriche della Congr. Osser. di Lombardia dell'Ord. Erem. di S. Agostino* (Parte Prima). In Milano MDCLXIX, nella stamperia di Francesco Vigone a S. Sebastiano, 1 vol. in 4, cum iconibus.
19. *Effemeride sagro-profana di quanto di memorabile sia successo in Bergamo sua Diocesi e territorio*. Milano, 1676. 3 vol. in 4.
20. *Evangeliche risoluzioni ecc.* Venetia, 1677, 1 vol. in 4; Milano, 1714, in 4; Venetia 1721 in 4, et ibidem 1726 in 4.
21. *Delle Grandezze della Madonna SS. di Caravaggio*. Brescia. s. a. in 12 chart. et Milano 1710, in 8 chart. (Cfr. Bocca, Catalog. 230 n° 729).

22. *Filosofia delle donne conforme l'ordine d'Aristotile* etc. (Disputationi, et questioni accademiche).
23. *Cento discorsi sopra la regola del gran Patriarca S. Agostino*.
24. *Delle memorie istoriche della Congr. Oss. di Lombar. parte seconda, terza et quarta*.
25. *Sagro concistoro de' Prelati Bergamaschi*.
26. *Panteone de Santi, Beati e Servi di Dio di Bergamo*.
27. *Teatro d'honore delle famiglie patritie di Bergamo*.
28. *Discorsi accademici*.
29. *Stillicidi poetici*.
30. *Impressiones Italicae seeletiorum omnium librorum, qui ab ortu typographiae usque in hodiernum diem prodierunt in lucem Cathalogus; in quo auctorum opera, et nomina item et impressionis Urbium, locorum, Typographorum et annorum brevi et clara methodo secundum Civitatum, et materiorum ordinem recensentur, omnibus etc. opus imperfectum*.

(Cfr. eiusdem opus *Delle Memorie istor. recensitae*, n. 18; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex. R. A.*, T. III, p. 40 ex Ossinger).

de **Calvisano Fr. Apollonius**, clarissimus Insubricae Augustinensium Congregationis alumnus, ac eximius choralium librorum delineator atque scriptor, floruit saec. XV occidente. Ortum habuit in oppido Calvisani Provinciae et Dioec. Brixienensis post medietatem saec. praedicti, suumque dedit nomen Papiensi coenobio ad S. Paulum, ac die 27 maii an. 1480 primam tonsuram ordinesque quatuor minores [Pag. 172] per manus Gabrielis de Abiate episcopum Berricensem Papiiae suscepit. Sacerdos effectus Brixiae vitam transegit ad S. Barnabam, ac Romae ad S. Mariae de Populo. Stephanus Fenaroli in suo *Dizionario degli artisti Bresciani*, Brescia, 1877, p. 90, illum vocat: «Scrittore di libri corali e miniatore eccellentissimo», et in *Archivio storico Lombardo*, an. XXVI, fasc. XXII, an. 1899: *I corali del monastero di S. Francesco di Brescia*, p. 4, ita de illo loquitur: «Fra Apollonio da Calvisano, Eremitano di S. Agostino nel convento di S. Barnaba in Brescia, nel 1494 miniava pure i stupendi Corali del suo Convento, ed altri che si ammiravano in Roma nella Chiesa di S. Maria del Popolo, ma che ora non si sa dove siano». Chorales libri de S. Maria de Populo Urbis, nunc asservantur in Archivio Ordinis ad S. Monicæ Urbis. (Cfr. Maiocchi-Casacca *Cod. Dipl.* cit. Vol. II, p. 225).

de **Camerino Fr. Angelus**, percelebris sui aevi philosophus, theologus atque poeta, ortum habuit circa medietatem saec. XIII. An. 1295 adfuit Senis comitiis generalibus mense maio inibi celebratis, et in Actis dicitur: «Sacre Theologie novus profexor, sive Magister, et fecit ibi similiter generales disputationes de quolibet, et sub eo substituit frater Gregorinus, Lucanus lector». In his publicis de universa theologia concertationibus, aemulus extiterat B. Aegidii Columnae, ab Ordinis regimine iam absoluti et ad Archiepiscopatum Bituricensem electi (Cfr. *Analecta August.*, Vol. II, p. 368). In

eodem capitulo vero diffinitum fuit «quod in studio Romane Curie legat frater Angelus de Camerino, profexor Sacre Theologie» (Ibidem, p. 273). In Priorem Generalem Ordinis hoc in capitulo electus fuerat Ven. P. Simon de Pistorio qui, eo expleto, ivit «ad Curiam pro confirmatione sui officii, una cum fratre Angelo de Camerino, Magistro posito in Curia» (Ibidem, p. 385). Ita Fr. Angelus notus fuit Pontifici Bonifacio VIII, qui magni faciens illius doctrinam atque vitae probitatem die 17 decembris eiusdem anni ad Episcopalem Calliensem in Umbria Sedem illum evexit, inde tamen binos post annos, die videlicet I maii 1297 ad Fesularum Ecclesiam regendam transfertur, quam vero Sedem Angelus noster idibus Aprilis an. 1301 sponte dimisit. Cum autem illius Dioecesis regimen teneret, an. 1298 magnifico viro Corso Donati castrum Ferioli locavit, et an. 1299 die 29 novembris simul cum Episcopo Florentino et Pistoriensi ut enarrat Ioannes Villani (*Croniche Fiorentine*, libr. VIII, cap. 31) novis tertiis muris in in agro Omnium Sanctorum Florentinae Civitatis primum lapidem apposuit. A Fesularum Ecclesiae munere regendae absoluto, idem Bonifacius VIII illi Episcopatum Larinensem in Aprutio administrandum assignavit. Videtur obiisse circa annum 1308 quo Ep. Paschalis Casani administrationem Larinensis ecclesiae suscepit. Opera ab eo in lucem data sunt quae sequuntur:

1. *Fr. Angeli de Camerino Ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini expositio in artem veterem*. Cod. f. III, 24 Bibliothecae Escorialensis in Hispania, pergam., binis coll. saec. XIV, ff. 123, diversis manibus exaratus, cuius in prima pag. legitur: «Iste liber inventus fuit inter libros Mauretani M. Danduli. CII», et fert antiqua signa: IV. K. 26 - I. V. 29 - IV. c. 29, nec non initialem litteram minio linitam. Continet tres tractatus, a fol. 1: *Commentaria in librum praedicabilium Porphyrii*. Inc. [S]icut dicit agazel in methaphisica; fol. 56 legitur: «frater Angelus de camerino fratrum heremitarum ordinis sci. Augustini dilecto sibi ut filio fratri andriolo eiusdem terre et ordinis salutem». [Pag. 173] Eodem fol. 56: *In praedicabilla Commentaria*; b) fol 68: *In praedicamenta Aristotelis commentaria*; c) fol. 96 *in lib. perihermias Aristotelis commentaria*. Nuncupatur: «Dilecto in xpo. fratri Alexandro de sco. elpidio fratrum heremitarum sci. augustini frater angelus de camerino eiusdem ordinis salutem...»; inc.: «Sicut dicit philosophus VII methaphisice»; Des.: «Explicit expositio artis veteris edita a frate Angelo de camerino ordinis fratrum herem. sancti Augustini. Deo Gratias. Amen». Hi tres tractatus, qui in codice Escorialensi vocantur: *Expositio in artem veterem*, distincti asservantur etiam Romae in Bibl. Angelica, cod. 832 (Q. 8. 7) membr. in 4, ff. 113, saec. XIV ineuntis, binis coll., pallido atramento exarato. In reietaneo folio chartaceo, quod est in principio, legitur compendium vitae auctoris. Ibidem adnotatur codicem hunc, Bibl. Angelicae dono datum fuisse an. 1612 a P. Mag. Nicolao a S. Angelo, eiusdem Ordinis. Idem tractatus, asservatur etiam ibidem in altero codice n° 1040 (R. 7. 21), membr. in 4, ff. 90, saec. XIV exeuntis, binis columnis, a P. Mag. Fr. Thoma de Herrera, eidem Bibl. Angelicae die 23 nov. an. 1630 donato. Notandum vero est ex his tribus opuscolis alterum tantum innotuisse Ossingero et Gandolpho, licet utrique de Fr. Angeli scriptis in Bibl. Angelica extantibus loquantur. Teste autem Tomasini, p. 54, eiusdem fr. Angeli *Commeniarum super librum Praedicamentorum* asservantur etiam Patavii in Bibliotheca S. Antonii, ms. in fol.

2. *In topica Aristotelis*, Cod. Vat. Palat. 1057, in quo p. 411 reperitur nomen auctoris.

3. *Commentaria in utramque philosophiam*.

4. *Commentaria in Dialecticam*.

5. *Lecturae in Magistrum Sententiarum*, Senis et Bononiae habitae.

6. *Expositiones in Evangelia, libri IV.*

7. *Commeniaria in omnes D. Pauli epistolas, libri XIV.*

8. *Sermones ad populum*, Senis et Bononiae habiti. Quae omnia observabantur, aiunt fere omnes nostrates, in Bibliothecis S. Marci Mediolani et S. Spiritus Florentiae.

9. *Laudes Spirituales*, v. *Canzoni*, ex quibus duae extant in Bibl. Vat. Chisiana, in cod. 577, editae a P. M. Nicolao Mattioli in *Antologia Agostiniana*, Vol. II, (Roma, 1898), pp. 98-102, et prima tantum a Crescibeni, *Storia della volgar Poesia*, Venezia, 1730, Vol. II, Part. II, libr. XI, p. 93, et a Valeriani, *Poesie del 1° sec. della Lett. Ital.*, Firenze, 1810, p. 379. Francisc. Xav. Quadrio, *Storia e Regione d'ogni Poesia*, Milano, 1741, Vol. II, p. 468 de nostro Camertino scripsit: «Fu poeta e compositore di Laudi, delle quali alquante esistono nella Chisiana in Roma e leggonsi sotto il nome del maestro Angelo dei Romitani, congiunte a quelle di fra Iacopone da Todi». Tandem Perticari, *Difesa di Dante*, Venezia, Vol. IV, p. 4, de eo ita loquitur: «Nel duecento poi ebbe la gloria d'un buon rimatore anche la nobile Camerino, città di confini de' marchiani e degli Umbri. Perciocchè vi fiori quel maestro Agnolo dei Frati romitani, cui forse niuno fra ducentisti è da antiporre, o vogliamo per la perfezione de' costrutti o vogliamo per la proprietà de' vocaboli».

de **Camerino B. Simon** ortum habuit an. 1392, atque ante annum 1426 iam Ordini Augustiniano nomen dederat. Anno 1436 fundator atque primus Vicarius Generalis fuit Augustinianae Congregationis de Monte Ortone prope Patavium, in quo loco, propter insignem tunc temporis Deiparae apparitionem, atque cuiusdam ipsius prodigiosae imaginis inventionem summopere celebrato, ipse paullo ante coenobium cum Ecclesia [Pag. 174] in eiusdem Deiparae honorem construxerat. In eodem coenobio diu vixit, ut ait Elssius, cum maxima sanctitatis opinione. Praecipuus autem ipsius famae splendor in suggestu enituit; erat enim admodum excellens concionator, immo suae aetatis omnium concionatorum princeps. Maiorem tamen prae caeteris ipsius nomini celebritatem comparavit hoc egregium facinus, quod in praesentiarum aliorum verbis enarrandum suscipio. Nam, verba sunt Io. Bapt. Egnatii lib. II *exemplorum illustrium virorum*, «decertarant longo difficilique inter se bello Veneti, et Franciscus Sfortia Mediolanensium Dux, quos ad ineundam pacem neque Pontificis Maximi auctoritas, neque Regum, Principumque Italiae preces flectere umquam potuere, cum Simonetus Camerinas ex Eremitica familia, Sfortiae Ducis familiaris, et notus, Venetiis quandoque commoratus, negotium hoc suscepit. Erat autem hic propter vitae sanctitatem in summo cultu, et veneratione. Venetiis igitur solvens, Mediolanumque profectus, tentato prius Sfortiae Ducis animo, cui ille negare nihil est ausus, statim Venetias rediit. Principe igitur et Patribus ipsis facile persuasis, pax inter eos inita est, unde hodie coenobium in stagnis Murianum petentibus extat Divo Christophoro dicatum, perpetuoque pacis nomine dictum; tantum recta religio, veraeque pietatis cultus in mortalium animis saepe valet». Hoc tam egregium atque perillustre facinus omnes Italiae historici enarrant, summisque laudibus extollunt, praesertim Eneas Silvius, postea Pius II, qui in sua descriptione Europae nostrum Simonem vocavit: «probatae et integrae vitae monachum», nec non «pacis Italicae auctorem». Io. Petrus Crescentius autem illum nuncupavit «virum sanctum, qui praedicatione innumerabilem populorum turbam ad Deum convertit». Tandem praestantissimus vir, tot tantisque meritis cumulatus, sanctissime obiit an. 1478, aetatis suae 86, sepultusque fuit in olim nostra ecclesia Montis Ortoni. *Scripsit*, ut ait Iacobillus in

suis *Scriptoribus Umbriae*, p. 148, *nonnullos sermones super festivitates annos et conciones diversas*.

(Cfr. etiam Fabricius-Mansi, *Biblioth. Latina mediae et inf. aetatis*, T, V, p. 481; Gratianus, p 163; Gandolphus, p. 315; Ossinger, p. 184; Torelli, T. VII, pp. 2-4 / 288- 289; Lanteri. *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 149, a quo haec fere ad verbum accepimus, aliique permulti, sed praesertim Tomasini Iac. Phil. in *Historia della B. Vergine di Monte Ortone nella quale si contengono diverse grazie e miracoli, con la vita di Fr. Simone da Camerino Erem. Agost.*, Padova 1644, 1 vol, in 4.).

Cami Fr. Nicolaus, Cremonensis, alumnus Congregationis Insubricae, dicitur a Francisco Arisio, *Cremona Litt.*, Cremonae, 1741, T. III, p. 235, concionator egregius, ac poeticis musis italicis apprime doctus. Prior extitit patrii coenobii, et an. 1741 suae Congregationis Visitator. Arcadiae Cremonensis academiae, sub nomine Ipranii socius, edidit tres musicales concentus: quibus titulus:

1. *La fede trionfatrice contro l'idolatria per lo glorioso Martirio di S. Catarina V. e M. Protettrice degli studii Agostiniani*, Cremona, coi tipi di Pietro Ricchini, 1725, in 4.

2. *Sacro Quaresimale*. ms.

3. *Orationes panegyricae octo*, nempe a) 1 *pro S. P. Augustino*; b) 2 *pro S. Nicolao Tolentinate*; c) 2 *pro S. Ioanne Bono Mantuano*; d) 1 *pro Immaculata conceptione*; e) 1 *pro S. Philippo Nerio*; f) 1 *pro B. Facio* habita in Cathedrali Cremonae.

(Cfr. et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, 177, [Pag. 175] et Ossinger, p. 186, a quibus dicitur *De Camiis*).

Camilleri Fr. Ioannes M., Episcopus Methonensis, Provinciae Melitensis alumnus, ortum habuit ex honestis parentibus Vallettae, die 15 martii 1843. A puero sancta adamavit, studia dilexit, vitam puram egit. In nostro S. Marci coenobio Augustinianam tunicam induit die 29 iulii 1861, atque tyrocinio laudabiliter peracto, dignus habitus est professione religiosa. Studiorum curriculis feliciter emensis, facto periculo, Lectoris gradum obtinuit, atque Brachianum in Provincia Romana missus, magna cum laude nostram pubem per quinque annos inibi docuit, saepissime praedicans eodem tempore verbum Dei tum in nostra cum aliis in ecclesiis. An. 1875 Regens renunciatus, Melitam redeit nostros atque externos in coenobio S. Marci civitatis Notabilis docturus. In Seminario Militensi simul confessarii munus egit, non semel praedicavit tum S. Adventus cum Sacrae Quadragesimae tempore. Quinquennio suae Regentiae expleto et S. Theologiae Magisterii laurea donatus, mox in comitiis provincialibus, Provincialis eligitur, munere quoque hoc optime functus. Romam deinceps accitus. Theologiam Moralem per aliquot annos ad S. Monicam docuit, S. Romanae Congregationis negotiis EE. et RR. Consultor eligitur, ac tandem die 24 februarii Episcopus Gaudisiensis, sacerdotii plenitudinem accipiens per manus Card. Rampolla, N. Ordinis Protectoris. Quanta bona suae Dioecesi ipse contulerit, non sunt facile numeranda: fuit uno verbo verus ac bonus pastor. Pius X eum inter suo praelatos domesticos adscivit, Comitum Romani adiecto titulo. Ingravescente vero aetate, Episcopale munus abdicavit, atque Notabili ad S. Marcum se recepit, quo inter pietatis exercitia, extremum diem obiit die 7 decembris 1925, eiusque corpus in Ecclesia cathedrali conditus fuit. Haec ex notitiis *De vita Ill.mi ad Rev.mi Joannis Mariae Camilleri Episcopi*

Methonensis exaratis a Fr. E. B. ac editis in *Analectis August.* Vol. XI, pp. 353-356. Edidit pientissimus Episcopus noster quae sequuntur:

1. *Giudizi dello Storico Ab. Rohrbasher sopra alcuni punti della dottrina del S. P. Agostino*, opus dicatum Ecc.mo D. Aloysio Sepiacci, Ep. Callinicensi Ord. Nostri, atque ed. Roma, Tip. della Buona stampa, 1887, in 8, pp. 263, ac iterum Melitae an. 1893 in 8.

2. *Epistola Pastoralis ad Reverendissimum Capitulum, universum clerum, cunctosque fideles Dioecesis Gaudisiensis.* Romae Typ. Pacis, 1889.

3. *Per la quaresima del 1890 sui principali doveri dei cittadini Cristiani dopo il 12 febr. 1890.*

4. *Per la promulgazione di alcuni decreti fatti nella Sacra Visita Pastorale. 21 giugno 1890.*

5. *Per la quaresima del 1891, il Sacro Cuore di Gesù, 7 febr. 1891, et aliae quamplurimae epistolae quadragesimales, quorum haec sunt praecipua argumenta et apposita dies, videlicet: 30 sept. 1890. Per annunciare la prima Visita Pastorale; 7 febr. 1891, Il Sacro Cuore di Gesù; 26 febr. 1892, Il Giubileo Episcopale di Leone XIII; 7 februarii 1893, Sul culto e devozione dell'augustissima Famiglia Nazarena e sulla famiglia cattolica; 31 ian. 1894, La grazia divina; 22 febr. 1895, L'insegnamento del catechismo; 12 febr. 1896, La preghiera; 13 martii 1896, Il Matrimonio cristiano e protesta contro le decisioni del Consiglio privato di S. Maestà la Regina, ledenti i diritti della chiesa; 22 febr. 1897, Il mistero della SS.ma Eucarestia; [Pag. 176] Per comunicare al Clero ed al Popolo la lettera di sua Santità diretta ai due Vescovi di Malta e di Gozzo riguardante i matrimoni misti; Per festeggiare il giubileo di diamante della Regina Vittoria, della potestà che è da Dio e del dovere di onorarla; 12 febr. 1898, La Carità; 8 febr. 1889, Le due vite, spirituale e carnale; 16 febr. 1900, Sull'omaggio dovuto al Divin Redentore, omaggio di amore, di adorazione, di espiazione, di ringraziamento; 1901, Istruzione sul Giubileo; 3 febr. 1902, Necessità d'informarsi allo Spirito di Gesù Cristo; 26 martii 1902, Per festeggiare anche in Gozo il Giubileo Episcopale di Mons. Pietro Pace, già Vescovo di questa diocesi; 10 febr. 1903 iterum La Carità; 20 Aprilis 1903, Per festeggiare in modo speciale il 17° Centenario di S. Giorgio M. titolare della Chiesa Par. e Patrono della città; 15 aug. 1903, Per la convocazione del 1° Sinodo; 1 aug. 1903, Per annunziare la morte del S. Pontefice Leone XIII; 8 febr. 1904, Amore di Dio; 15 Augusti 1904, Il Giubileo della definizione del dogma dell'immacolato Concepimento della SS.ma Vergine Maria; 24 febr. 1905, Della Santità del tempio di Dio; 19 febr. 1906, L'umiltà; 19 oct. 1906, Sulla legge del digiuno e dell'astinenza; 4 febr. 1907, Per protestare contro l'agire del governo francese nel separare la Chiesa dallo stato; 8 decembr. 1907, Per annunciare il Decreto «Lamentabili sane exitu», e l'Enciclica «Pascendi»; 24 febr. - 31 Oct. 1908, Pio X ed il suo Giubileo Sacerdotale, et aliae quamplurimae epistolae datae fidelibus sibi congregatis, fere omnes editae typ. Salvatoris Grech, Gaudisii, e quibus quaedam selectae una cum omiliis et sermonibus habitis sive in templo principe, sive in minoribus diebus festis, pro temporis et rei diversitate arrepto argumento, octo editis voluminibus complectuntur sermone melitensi exaratis. Edidit insuper an. 1904 Primam synodum Dioecesanam, qua sapientissimis legibus datis, elegantiori calamo latino expressis, pulchre monstravit qua dexteritate polleret in munere pastorali gerendo.*

Campagna Fr. Ioannes a Messana, S. Theologiae Magister, vixit saec. XV. Ab incunabulis totum se dedit ad animi ingeniique culturam, et ita profecit ut a Pontifice Sixto IV ob reservationem

omnium beneficiorum Romae XI Kal. novembris 1479 Prothonotarius, die vero 24 februarii 1481 ad Abbatiam S. Nicandri prope Messanam promotus fuerit. Edidit librum: *De receptione beneficiorum*.

(Cfr. Attardi P. *Bonaventura, Il Monachismo in Sicilia*, Palermo, 1741 p. 136).

Campanile Fr. Emmanuel, Neapolitanus, floruit saec. XIX; sed in nostro ordine non perseveravit usque ad obitum. Antequam vero tunicam exuisset, praelo mandavit librum italicum, in quo habentur:

Orazioni sacre, Lucca, 1845, in 8.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 343).

Campello Fr. Augustinus de Leonissa, a nonnullis dictus de Gonessa, quod nomen indigitat idem oppidum. Claruit saec. XV ineunte tum divinarum tum humanarum disciplinarum peritia, fuitque S. Theol. Bacc. et Magister Biblicus. Quippe qui pro Apostolica Sede plures utiliter labores sustinuerat episcopali infula Ecclesiae Bovensis ab Eugenio IV an. 1435 die 14 febr. remuneratus fuit. Ast vix inauguratus Episcopus post initam per procuratorem episcopalis Sedis possessionem, cum Romae degens iter Bovam pararet, inopinata aegritudo omnem illi viam in Calabriam interclusit, pandens illi e contra aditum ad immortalitatis regionem, in quam [Pag. 177] Romae intravit eodem suae consecrationis anno 1435 die 25 augusti. In templo S. P. Augustini humatus fuit cum hac inscriptione: «Hic iacet corpus R.mi in Christo Patris et / Domini Augustini de Gonessa, Ord. Heremitarum Episcopi Boven / qui obiit an. MCCCCXXXV die / XXV augusti cuius anima re / quiescat in pace». Eius extant: *Sermones pulcherrimi super dominicam orationem Pater noster, et angelicam salutationem Ave Maria*, unicuique ad populum volenti *declamationes facere accommodati, editi per rev. patrem Augustinum de Leonissa ordinis Eremitarum illuminatissimi ecclesie doctoris et antistitis Hipponensis beati Augustini*. S. nn. typ.; sed impressi in Alemannia prope finem saec. XV in 8, ff. 99 charact. goth., II. 33. Editio rarissima. (Cfr. Copinger n. 3546 ex *La Bibliofilia* Vol. IV, p. 421); et latuit Gandolpho, pp. 71-72. A Toppio in sua *Bibl. Neapol.*, 1778, p. 4 memorantur ex *Biblioth. Mariana Hippoliti Maracci*, f. 165 nostri Augustini *Sermones XXVIII super salutationem Angelicam*, Coloniae apud Martinum de Werdana, an. 1503 in 8. Romae in *Bibl. Angelica* habentur eiusdem *Sermones* super Dominicam Orationem et salutationem angelicam, Coloniae, Henr. Quentel, 1505, goth., ff. 92, Cl. 33, in 12 (Cfr. Panzer, T. VI, p. 356 n. 80. In cod. LIX *Bibl. Laurentianae* (Cfr. Bandini, T. I, col. 220) habetur eius quaedam *Epistola missa de Basilea ad Cardinalem de Ursinis*).

(Cfr. Ossinger, *Bibl. Aug.*, p. 188; Gratianum, in sua *Anastasi*, p. 42; Gesner, *Bibliotheca Collecta*, Tiguri, 1574, p. 77; Iacobilli, *Catal. Script.*, p. 57; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. 1, p. 250, et in *Eremitae Sacrae*, Part. I, p. 43).

Canani Fr. Nicolaus, Romanus, floruit saec. XVIII, et cum esset Perusini nostri collegii alumnus, auspicante et protegente Rev.mo P. M. Francisco Xaverio Vazquez Peruntino, Ordinis S. P. Aug. Priore Generali, die festo S. Catherinae V. et Mart.. Alexandrinae, studiorum Augustinensium Patronae, concertationem theologiam tenuit, cui titulus:

De praecipuis Augustinianaе hipoteseos principiis, quae osservatur ms. in cod. 651 Bibliothecae Angelicae Urbis, inter ff. 87-108, quae *Concertatio theologica* asservatur etiam ms. in Bibl. Nation. Neapol. cod. III, A. 48. (Cfr. Narducci, *Cat. cit.*, p. 284). In codice Neapolitano tamen auctor inscribitur Fr. Nicolaus Carrani.

Canisio Fr. Aegidius, S. R. E. Cardinalis et unum ex sapientioribus sui aevi; fuit enim poeta primi fastigii, orator mirae eloquentiae, philosophus atque theologus excellentissimus, hystonicus celeberrimus, philologus peritissimus, linguarum demum notitia atque concionandi gloria omnium suae aetatis facile princeps. Hystonicus Bussi, *Istoria della città di Viterbo*, Roma, 1742, T. I, p. 291, illum dicit de familia *Antonini*, apud Ughellum vero dicitur *Canisius*. Quamvis non desint qui illum Canepinae natum putant, tamen Aegidius primam lucem aspexit Viterbii an. 1470 ex honestis, probis ac prudentibus, ut ipsemet scripsit, parentibus patre, iuxta nonnullos, Laurentio, iuxta alios, Antonino Canisio et matre Maria del Testa. In ipso iuventutis fiore an. 1488 nostrum Eremitanum Ordinem ingressus, consuetis studiis Ameriae, Patavii, in Istria, Florentiae et Romae operam navavit, ut ipse idem de semetipso testimonium praebet in sua epistola data Nicolao Mannio ac edita a Marténe, T. III, col. 1242, *Veterum Scriptorum Collect.* Postea sub nostrate celeberrimo Mariano de Genestano, qui cum esset Ordinis supremus [Pag. 178] Antistes comperta illius ingenii praestantia et lauream magistralem illi contulit, et sibi eum in socium adscivit. Quae ab eodem Aegidio in praefata epistola ita narrantur: «Inde (Romae) donatus laurea, missus Florentiam sum sacra dogmata interpretaturus. Revocor mox Romam facturus ad Alexandrum Pontificem verba, quae cum non obscure habuissem, abire prohibeor. Elegit in socium Fr. Marianus, qui tunc Ordinem administrabat multa pollicitus, multa si renuissem subminatus. Orandum rursus ad Pontificem fuit, nec ita multo post Neapolim contendinus. Obiit illic Marianus, ego morti eripior, amisso vitae robore...». Se interim ab urbium strepitu removens, et secessus sive eremos tum Ilicetani apud Senas cum Montis Cimini prope Viterbium petens, orationibus et studio continuo vacabat; ex quibus non egrediebatur nisi ad Dei verbum praedicandum. Et in concionibus e suggestu ad populum pronunciandis tanta vi, tantaque dexteritate excellebat, ut tanquam alter Paulus, atque concionatorum portentum ab omnibus haberetur. Illum Senae, Venetiae, Florentia, Bononia, Ferraria, Neapolis et aliae praecipuae Italiae civitates iam avidissime audierant, illum audire voluit et Alexander Pp. VI. Paulus Pp. III, iam ante pontificatum, illum in confessarium sibi adsciverat, et sub die 4 novembris 1505 Iulius II illi scribebat: «Romam est redeundum; tantum enim tui desiderium reliquisti, ut ab omnibus in lege domini et salutem animarum querentibus expecteris» (Pastor, *Geschichte der Päpste*, T. III, Fribourg, 1895, p. 856). Uno eodemque tempore illum exoptant et principes et quamplurimae civitates. Si Aegidius ad aliquam accedit reliquae se immerito posthabitas conqueruntur, atque personarum acceptionis integerrimum hominem incusant. Audivit has quaerimonias Petri successor, atque ad eas tollendas, sibi reservavit facultatem illum mittendi huc vel illac (Torelli, *Sec. Agost.*, T. VII, p. 557). Idem Pontifex Iulius II illum suum oratorem misit an. 1506 apud Rempublicam Venetam ut illa Ecclesiae Romanae restitueret Faventinam civitatem ab illa usurpatam (Pastor, *loc. cit.*, p. 588). Anno superiore ut Definitor suae Romanae Provinciae interfuit capitulo generali Perusiae celebrato in quo electus evasit in Priorem Generalem Magister Augustinus de Interamna, qui e vivis mense iunio anni insequentis sublatus, sub die 27 praedicti mensis iunii 1506, ipse Iulius II, Aegidium nostrum totius Ordinis Rectorem constituit «cuius singularis doctrina, aiebat in suo Breve Summus Pontifex, prudentia, probitas et canitas ardentissima nobis persuadet fore, ut, te Rectore, ordo ipse et viri religiosi in eo Altissimo servientes in spiritualibus et temporalibus incrementum suscipiant» (*Analecta August.*, Vol. IX, pp. 17, 171). In comitiis generalibus anno postero Neapoli die 12 Iunii habitis in suscepto munere

confirmatur, et a praefato Summo Pontifice tum ad Neapolitanum Regem, tum ad Venetos legatus iterum mittitur, ac deinde Perusiam accitus ut populum ipso Pontifice audiente moneret «sedatis Italiae rebus signa illum in Turcas illaturum ut Ierosolimam et Constantinopolim ex impiis ipsorum manibus eriperet». Anno 1512 in prima Lateranensis V Concilii sessione coram Julio II et universis Patribus ipse primus orationem habuit quae doctissimis ac gravissimis viris admirationi fuit, quamque Sodeletus et Bembus ad sydera usque extulerunt. In ipsa Synodo iura regularium ac eorum exemptiones acerrime defendit, nec minori zelo et eloquentia necessitatem reformandi Ecclesiasticorum mores peroravit, ita ut torrentem verborum et sententiarum potius esse videretur, quo frequentissimi auditores [Pag. 179] quocumque ipse vellet ineluctabiliter ferebantur. Variis itidem legationibus postea a Leone X fuit honestatus, prima scilicet an. 1515 ad Maximilianum Caesarem, ut eum induceret ad pacem cum Venetis componendam, altera an. 1517 ad Urbinatem Ducem, tertia an. 1518, iam purpura decoratus, in Hispaniam ad Carolum V, et aliis denique ad alios Principes christianos ut eos excitaret ad bellum, coniunctis viribus, ineundum contra Solymantum Turcarum Imperatorem, qui victoria in Persas elatus, contra christianum nomen quasi radicitus illud extirpaturus insolescebat.

Ex qua legatione rediens Venetias divertit unde sapientissimus illius Reipublicae Senatus se illi obviam totum effudit, eumque magnificentissimis honoribus cumulavit. Quantum vero Aegidius suo Ordini profuerit non est facile dictu. Testatur id certo unanimis sui aevi fratrum consensus, qui non semel ac iterum supremum Ordinis clavum, an. scilicet 1507 Neapoli, ut iam vidimus, an. 1511 Viterbii, et an. 1515 Arimini ei concrediderunt; testatur eius progressus tum in religiosorum numero, tum in scientiarum cultu quammaxime inter fratres adaucto; testatur disciplina ac regularis observantia undique in eo restituta; testantur denique ipsorum Summorum Pontificum testimonia, qui eius doctrinam prudentiam, dexteritatem in rebus agendis, animarum zelum, monasteria, mores, habitus ac litterarum studia ob eo disciplinata vel emendata, itemque leges vel definitiones saluberrimas et Ordini maxime necessarias summis laudibus extulerunt atque approbarunt. Audiatur pro omnibus Leo Pp. X, qui in suo Breve «Inter cetera» diei X iunii 1513, Definitiones factas in Capitulo generali Ordinis Neapoli an. 1507 celebrato approbans et Aegidium in Priorem Generalem reelectum confirmans, haec inter alia ad eum scribit: «Cum vero te ex ea solitudine, in quam te ut tibi et Deo viveres, contuleras et ex eo ocio litterarario cui totum te dedideras tamquam in actionum et negotiorum tumultum extraxit, Tibique Augustiniani Ordinis tui regendi et moderandi tradidit curam, nimirum ille nihil iudicavit aliud nisi integritatem et prudentiam summae rerum curae esse praeficiendam, praesertim accedente singulari sacrarum, bonarumque litterarum scientia et illa admirabili qua prae ceteris omnibus polles in sacris concionibus habendis eloquentia, tibi divinitus concessa. Cuius quidem facti atque iudicii fructus, cum ipse idem praedecessor noster ex laude omnium maximos, tum Ordo tuus ab eo utilitate quae inde secuta est, et uberes percepit, et in dies maiores percepturus est» (*Analecta* cit. Vol. IX, p. 21).

Sed tantae benevolentiae signa atque laudum testimonia illum potius se abiicere quam superbire cogebant. Et revera statim ad a se peramatum Montis Cimini eremitorium sese recepit, ut inibi cum aliquot religiosus viris absconditam in Christo, semotatamque ab humanis laudibus vitam inter pias exercitationes iugiter duceret. Attamen qui ipse se contemnit Deus exaltat, et en Leo ipse X eidem suam intensionem pandit S. R. E. Cardinalium Ordini illum adscribere velle, illumque rogans, utrum sineret, necne sibi ab ipso purpureum galerum imponi. Leonis epistolae continuo respondit Eremitarum Antistes: caeteris digna se, tantoque Pontifice digna dedit responsa; de galero autem siluit omnino. Miratus Pontifex tantam meritissimi viri humilitatem, suam erga illum auxit

existimationem, ut clare patet ex sequenti epistola, quae maximum est ipsius Aegidii praeconium: «Scripseram ad te, nostro Aegidio inquebat Leo, proximis litteris cogitare me Senatum vocare Cardinalium creandorum [Pag. 180] causa; neque tamen statutum mihi esse quo die: sed cum statuisset, tibi significaturum. Eas ad litteras tantummodo mihi rescripsisti probare te consilium. Scire enim nihil me, nisi quod e Republica sit, esse facturum. Ego vero scripseram ut elicerem abs te cuperesne ipse in Cardinalium Collegium cooptari. Id quoniam reticuisti vel pudore tuo atque modestia, qua semper magnopere abundas, vel quod eius rei nulla te cupiditas teneat; utrumlibet laetor vel prudentem esse te, vel ambitione carere praesertim earum rerum, quarum adipiscendarum desiderio plerique ita ducuntur ut etiam insaniant. Itaque confirmasti etiam tu quidem mihi tuo silentio consilium meum. Perdiu enim est cum te legere in Cardinalium Ordinem cogito, cum ut tuorum laborum magna cum Reipublicae utilitate triginta totos annos susceptorum hanc tibi quasi mercedem persolvam quam possum maximam atque amplissimam: tum ut te Respublica sic utatur ut ex te fructus uberrimos capere possit. Puto autem Reipublicae maiori et usui et honori fore dignitatem tuam quam tibi ipsi. Maior enim atque illustrior iam est virtus tua, quam quae magistratu illo egeat. Ordo vero ipse talibus viris, ut tu es, egere mihi quidem magnopere videtur. Quare plus tu Ordini, quam tibi Ordo ornamentum afferes. Efficiam igitur id nunc quod dudum, ut dixi, meditor, teque cum reliquis, qui a me creandi sunt, Cardinalem nominabo. Id erit Calendis Quintilibus. Quem ad diem mando tibi Romae ut sis, ut te statim videre atque amplecti possim. Dat. octavo Cal. Quintiles, anno quinto, Roma» (Cfr. *Epistolas scriptas nomine Leonis X* a Card. Petro Bembo libr. XV, n. 38). De qua sua ad Cardinalatum promotione haec ipsemet Aegidius habet in Ordinis registis ad an. 1517 sub die 30 iunii «Etsi hac die a multis dictum sit et nobis coram relato nos coetui Cardinalium esse omnino in crastinum adscribendos, nos nihil minus nostram insufficientiam et indignitatem ad tantum honorem attendentes, minime id credimus; immo nostris fratribus de tali nuncio exultantibus silentium magnis minis imposuimus». Et sub die 1 iulii: «Hora XVIII, mittit ad nos nuncium SS. D. N. Leo Decimus, iubetque nos Concistorium intrare statim quo cum adivimus, Deo volente, et Leone Papa agente, et Collegio Cardinalium annuente, coetui Cardineo una cum aliis triginta sumus adscripti. Illo autem die tenuit Cardinales novos SS. D. N. ad secum coenandum: post coenam vero hora iam noctis dimidia transacta, habita a SS. D. N. licentia ad conventum revertimur, universa iubilante Roma, cum luminibus, tum campanis, tum bombardis, tum magno numero ignium per vicus et plateas ardentium tantam Pontificis liberalitatem universis admirantibus et collaudantibus, et hac die tantum birretum accepimus.. secunda die Breve accepimus a SS. D. N. per quod in officio Generalatus sumus confirmati cum omni auctoritate, iurisdictione, potestate et utilitate, subsidio, et proventu, quo potiti sumus cum Generalatus officio et non Cardinalatus munere fungeremur. Die 3 in publico Concistorio congregato sacrosancto Senatu una cum aliis Cardinalibus creatis pileum a SS. D. N. accepimus... Die 5 augusti... Accepimus hodie Breve Apostolicum quo iubemur Ordinem universum reformare, et communem vitam exacte ubique instituire». Ad an. 1518 sub die 25 febr. haec leguntur: «Hora sexta decima in palatio nostro fratribus romani conventus ad capitulum convocatis et congregatis, habito sermone minime prolixo, officium egredimur, et Generalatui renuntiamus, non sine lacrymis et illorum qui aderant, et nostris. Vicarius gen. Ordinis Magister [Pag. 181] Gabriel Venetus fuit apostolica auctoritate publicatus et acceptatus». Omnibus religiosis usque nunc sibi subiectis nuntiavit Aegidius has S. Sedis dispositiones peramantissimis litteris, quae verum constituerunt christianae umilitatis monumentum, quaeque editae fuerunt a Martène, *loc. cit.*, T. III, p. XXII. Post reditum Romam a sua legatione ad Hispaniarum Regem, mortuo jam Leone eiusque immediato successore Adriano VI, a Clemente VII die 2 decembr. an. 1523 eligitur Patriarcha Constantinopolitanus e latinis VI, necnon Viterbiensis Episcopus, et administrator Ecclesiarum Castrensis, Lancianensis,

Sutrinae, Nepisinae, et Iadrensis, cum iam ab an. 1521 sui Eremitani Ordinis protector fuisset constitutus. Mandante eodem Pontifice Cingulum Piceni oppidum etiam administravit, cuius palatium an. 1524 mirifice exornavit. An. 1527 imperialibus copiis inaudito ac sacrilego ausu Romam vastantibus, suam deperdidit selectissimam bibliothecam, quae sane acerbissima iactura, tanta virum litterarum amantissimum tristitia affecit, ut Patavii, quo recesserat, per integrum ferme annum aegrotavit. Interim iussu Pontificis Romam reversus, ab eodem mirificum Breve sub die 22 iulii 1530 accepit, quo eius virtutes Clemens ad sidera extollit, illi aiens «quod veterum doctorum exemplo ad doctrinam (*praeter iuris peritiam*) etiam eloquentiam, ad Latinas etiam Graecas, et praeterea Hebraeas, Chaldaesque litteras adiecisses; quasque alii facultates, tum scientiarum, tum linguarum, singuli singulas, tu unus omnes admirabiliter comprehendisses, tum fuere ex his (*viris doctis*) nonnulli, qui quo magis tuam virtutem admirabantur, eo plus dolerent magnam in tua modestia fieri studiorum iacturam, quod multorum annorum pios et sanctos labores in studii sacrarum litterarum insumptos, nec scriptis mandare, nec mandatos edere audes, interiori atque abdito contentus fructu, qui ex studiis decerpitur, publicum et communem haud satis magni faciens». Ideo illum exhortabatur ad libros conscribendos et scriptos edendos «ut habeant posteri Aegidii scripta, qui voce caruerunt» (Cfr. Torelli, *Secoli Agost.* Vol. VIII, p. 160-161). Non surdo equidem Clemens haec praedicabat, sed cum ad aliquot graecos codices in latinum sermonem transferendos ipse una cum nostrate Nicolao Scutellio naviter incumberet, subita pituita oppressus, naturae concessit die 12 novembr. an. 1532, aetatis suae 62 «destinatus, optatusque a multis, ut ait Iovius, ad Pontificatum, tamquam par summo honori». Sepultus fuit apud nostrates in templo S. Augustini. Nimis longe adirem si omnes vellem eius laudatores recensere, quare duo haec tantummodo alia referam testimonia, unum nempe Leonis X, et alterum Cardinalis Sadoleti: «Is (*Id est Aegidius*) quoniam est eximia integritate (ita primus de eo scripserat ad Maximilianum Imp.), religione, doctrina, omniumque prope linguarum, quae nunc quidem excoluntur, usum, atque scientiam, omniumque bonarum artium disciplinas cognitatas, et explicatas habet, te hortor, ut eum liberaliter excipias, cum mea, tum ipsius etiam causa». Alter vero ad Card. Petrum Bembo de illius eloquentia pariter fatebatur: «Scimus enim experti pluries illam hujus viri mulcentem omnium aures atque animos eximiam eloquentiam vernacula quidem lingua etruscorum, quae illi patria est, abundantem, sed ex uberrimis et graecae et latinae eruditionis fontibus deductam. Magno enim hic studio theologiae ac philosophiae altissimis artibus comites litteras politiores adiunxit» (Cfr. Labbe, *Sacrosancta concilia*, T. XIX, col. 668). Misere eius maior operum numerus sunt inedita, et en quae extant: [Pag. 182]

1. *Historia viginti saeculorum per totidem Psalmos digesta, ad Leonem pp. X*, Cod. 351, chart. in 4, ff. 399, saec. XVII Biblioth. Angelicae Urbis. Inc.: «Usurpatur passim versiculus David». Fol. 398 haec habetur notitia, quam Hieronymus Seripandus, Card. et Concilii Trident. Legatus, in suo exemplo apposuit: «Huius libri exemplum unicum Alex. Card. Farnesio a me commodatum, eo Pontificatum ineunte amissum est, quod quibusdam post annis Marcellus Cervinus Card. S. Crucis cum in Campo Flore venundaretur redemit. Est igitur, ut opinor, penes eius heredes. Haec scripsi ne quis alienis se pluribus vendidaret». Subiunguntur quaedam quae idem Seripandus adiecit de Leone X, Adriano VI, Clemente VII, Paulo III, Iulio III, Marcello II et Pio III. Aliud exemplum habetur in cod. 502 cum cod. 501 compacto eiusdem Bibl. Angelicae, et tertium in Bibl. Nationali Neapolis in cod. IX, B. 14. In cod. vero IX, B. 12 eiusdem Bibl. Nat. Neapolitanae habetur eiusdem Aegidii *Liber de X Saeculis*, qui an sit diversus ac superior dicere non valeo. Iuxta iudicium Card. Hergenröther et P. Laemmer, hoc opus hominum historiam continens XX saeculorum ante et post Christum natum, comparari potest cum *Discours sur l'histoire universelle* percelebris Bossuet. In eo

auctor de libris Sanctis, de sacris ac profanis scriptoribus, ac de profunda philosophica scientia sese peritissimum demonstrat. Clarissimus Pastor in sua Summorum Pontificum historia saepe saepius Aegidiano opere usus est, itemque ante eum Vittorellius, Mannius, Georgius, Balutius, Hofler, Laemmer aliique quamplurimi. Pelissier accuratam super illud analysim instituit in sua pro doctoratu thesi, cui titulus: *De opere historico Aegidii Cardinalis Viterbiensis, quod ms. latet in biblioteca, quae est in urbe augustinianorum Angelica eiusdem operis cui titulus praeest «Historia viginti saeculorum» vera indole*, Montpellier, 1896. Plurimi illud facit pro Ecclesiastica historia saec. XV.

2. *In librum primum Sententiarum ad mentem et doctrinam Platonis seu exactius Aegidii Viterbiensis, Sententiarum liber primus usque ad XVII Distinctionem ad mentem Platonis*. In Bibl. Angelica, cod. 636, chart. in fol. saec. XVI. Exemplum alterum, ita inscriptum: *Sententiarum liber primus secundum Platonis mentem*, extat in memorata Neapolitana Biblioth. cod. VIII, F. 8.

3. *Commentationes ad mentem Platonis*. Cod. Vat. Lat. 6325, saec. XVI.

4. *Aristotelis operum index ordine alphabetico digestus*. Parisiis in Bibl. Regia, Cod. 6589 (Cfr. *Catalog. codicum mss. Bibliothecae Regiae*, T. IV, part. III, p. 260).

5. *Aristotelis monumenta et index de Aristotelis erroribus*. Ibidem.

6. *Caietani Thienensis expositio in libros de coelo et mundo, cum Aegidii Romani, erem. aug., quaestione de materia coeli, castigante Aegidio Viterbiensi, erem. augustini*. Venetiis, per Bonetum Locatellum, 1502. Recensetur haec editio a nostrate Gandolpho, op. cit. in catalogo operum Aegidii Romani, p. 29. Minime eam novit P. Angelus Gabriel a S. Maria in capitulo operum Caietani Thienensis, *Biblioteca e storia degli scrittori di Vicenza* (1772) T. II, p. XXX-XXXIII, et Tomasini in sua *Bibl. Patavina* (1639), p. 55, eiusdem tantum nominat: *Commentaria in libros de coelo*.

7. *Aegidii Viterbiensis notae autographae in opera Cardinalis Bessarionis - In Calumniatorem Platonis - In interpretem Legum eiusdem Platonis - Trapezuntium, et in librum eiusdem Bessarionis de natura et arte*. Venetiis, Typ. Aldi, 1503, in fol. asservata Romae in Bibl. Casanatensi. Incun. n° 1261. [Pag. 183]

8. *Eiusdem Aegidii notae autographae in Iliadem Homeri latine redditam a Laurentio Valla impress. s. l. per Praesbyterum Baptistam Farfegum an. 1497*. In eadem Biblioth. et eodem n° 1261.

9. *Eiusdem De opere sex dierum ad Robertum Comitem Clarismontis*. Cod. VII, A. 10, Bibl. Nation. Neapolitanae chart. in fol.

10. *Liber Zohar super libros Mosis, interprete Aegidio Viterbiensi*. Parisiis in Bibl. Regia. Cod. 527 (Cfr. *Catal. cit.*, T. III, part. III, p. 43).

11. *Liber qui dicitur Temuna, eodem interprete*. Ibidem.

12. *Hortus nucis, eodem interprete*. Ibidem.

13. *Annotationes in librum Raziel*. Ibidem.
14. *Interpretatio et annotationes in librum decem Sephirot*. Parisiis in Bibl. Regia, Cod. 598 (Cfr. *Catal. cit.*, p. 50).
15. *Interpretatio et annotationes in librum Mayerchet haeloit*. Ibid.
16. *Racanatensis, alias Racanatensis expositio in libros Mosis*. Ibid.
17. *De arcana Iudeorum doctrina tractatus*. Parisiis in Bibl. Regia, Cod. 3363 (Cfr. *Catal. et l. cit.* p. 402).
18. *Neconia Ben Hocana liber qui Pelia dicitur interprete Aegidio Viterbiensi*. Parisiis in Bibl. Regia, Cod. 3667 (Cfr. *Catal. et l. cit.* p. 445).
19. *Liber de revolutione 23 litterarum hebraicarum secundum viam theologicam in lingua hebraea, interprete Aegidio Viterbiensi*. Ibid., n. 37.
20. *Opus contra hebraeos de adventu Messiae et de nominibus Messiae contra eosdem*. Ibid. n. 53.
21. *Iragion, seu explanatio litterarum hebraicarum ad Iulium Card. de Medicis*, Cod. Vat. Lat. 5808 saec. XVI, chart. in 4. Inc: «Litterarum inventum...». Huius tractatus ita meminit Dom. Ant. Gandolphus in *Dissertatione hist. de 200 celeberr. August. Script.*, p. 18: *Eiusdem in Iragion, idest signa facta super litteras Hebraicas fol. in Angelica*; et revera Codex habet pro titulo: «Thaghin, id est signa facta super literas et specialiter Ghimel, Zain, Teth, Samech, Guhain, Zadi, Scin, Aegidio Viterbien. Card.li interprete, manuscript». Codex diligenter descriptus fuit a Narduccio in *Catal. cit.*, p. 529.
22. *Tractatus de anima libri XV*, prioribus tribus, principio quarti et decimo quarto deficientibus. Cod. 1253 Biblioth. Angelicae Urbis, saec. XV, maxima parte autographus, principio mutilus, ff. 408.
23. *Dictionarium sive liber radicum, Aegidio Viterbien. Card. interprete*. Cod. 3 eiusdem Bibl. Angelicae, in fol. saec. XVI, ff. 785. Inc.: «Dixit David filius Ioseph Kamtii hispani». Subiungitur (ff. 774-785) index vocum. Fol. 441^b, perfecta littera *Nun*, legitur: «Ego Ioannes margaritus Narniensis summa cum diligentia scripsi. Fr. Aegidius scribi iussit». Hoc opus videtur esse imperfectam versionem ex lingua Hebraica in latinam Dictionarii Davidis, filii Iosephi Kamtii, hispani, ex schedulis Aegidii. Cfr. Pélissier, *Manuscripts de Gilles de Viterbe à la Bibliothèque Angélique* opusculum excerptum ex *Revue des Bibliothèques*, p. 4-5. Num hoc *Dictionarium* idem sit ac cum sequentibus, dicere non valeo.
24. *Eiusdem Aegidii Viterbien. Vocabularium linguae sanctae*. Parisiis in Bibl. Regia Cod. 596.
25. *Diversorum librorum hebraicorum vocabula*. Ibid. Cod. 597.
26. *Opera nonnulla cabalistica Aegidio Viterbiensi Card. interprete*. Cod. Vat. Lat. 5198.

27. *Scholia Platonica Evangelio conformia*, in 4., de quibus noster Gandolphus l. c. p. 19 [Pag. 184] haec habet: «Sunt in Carbonaria. Scribit de hoc libro P. M. Augustinus Rubeus, iam excell. Principis Ioannis Andreae Auriæ viventis magister et a secretis in indice mss. apud me: Est eiusdem Aegidii, ut Opinor: nam nomen auctoris non apparet, licet scriptio et doctrina satis Aegidium ostendant».
28. *Commetaria in Psalmos ad Leonem X*.
29. *Libellum de Ecclesiae incremento*, et
30. *Librum Dialogorum* eidem nostro Aegidio tribuit Philippus Elsius in suo *Encomiasticon*, p. 14. Non dicit tamen ubinam reperiantur.
31. *Promemoria ad Hadrianum Papam VI de depravato statu Romanae Ecclesiae, et quomodo reformari possit ac debeat*. Opusculum editum ab Hofler in *Analecten zur Geschichte Deutschlands und Italiens*, Munich, 1846, T. IV, 3, p. 62-89.
32. *Informatio contra Lutheranam sectam pro sedis Apostolicae auctoritate*. Ad quem librum haud auctoris nomen praeferentem haec adnotat P. Montfaucon in *Biblioth. Mss. T. II*, p. 779: «puto esse opus Aegidii Cardinalis Viterbiensis». Liber hic enim intravit Bibliothecam Regiam Parisiensem, ubi extat, cum tota Bibliotheca eiusdem Aegidii.
33. *De moribus Turcharum tractatus*, qui deperditus putatur.
34. *De saeculorum dispositione*. Huius libri fit mentio ab ipsomet Aegidio in sua Epistola ad Mannum Capenatem, quae est XI apud Martin, *Veterum Script.*, T. III, col. 1249, quem tamen librum alium non esse existimo quam *librum de X saeculis* vel *Historiam XX saeculorum* de quibus n. 1.
35. *Oratio prima Synodi Lateranensis habita per Egidium Viterbien. August. Ordinis Generalem*. (In fine) Habita fuit oratio in aede Lateranensi V non. Maias MDXII. Romae impressa apud S. Eustachium per Ioannem Beplium Alemannum in 4. Edita etiam fuit ab Hardouin, *Acta Conciliorum*, Parisiis, 1714, T. IX, coll. 1576-1581; a Labbeo, *Sacrosancta Concilia*, Venetiis, 1732, T. XIX, coll. 225-235; imperfecte et mendose ab Aloysio Torelli, *Secoli Agostiniani*, T. VII, pp. 627-629, et a Cornelio Curtio; Hefele illam reassumpsit in *Conciliengeschichte*, T. VIII, pp. 501-506.
36. *Oratio habita post tertiam sacri Lateranensis Concilii sessionem in Ecclesia dive Marie Virginis de populo, de federe inito inter Iulium II Pontificem Maximum et Ill. Maximilianum Imperatorem*, Romae, 1512.
37. *Sermo Aegidii ad populum* in operibus Ioviani Pontani, Neapoli, 1507, in fol. et Venetiis, 1519, T. II, ff. 156-158.
38. *Ilicetanae Congregationis descriptio ac de eius laudibus*. In memorata Bibl. Angelica, cod. 1156, membr. in 8, ff. 22, quorum 10 priora tantum scripta. Inc.: «Fr. Aegidius Viterbien: eremita

d.ni Iesu servus indignissimus suis Ilicetanis patribus in d.no Iesu salut.». Hic codex idem videtur esse, quem Ossinger in sua *Bibl. Augustiniana*, p. 195, ita memorat: «De Ilicetana familia, seu de viris praeclaris Congregationis Ilicetanae, in 4. In Bibl. Angelica». «Istud opus, subiungit Gandolphus l. c., originaliter asservatur in Monasterii Ilicetani archivo, ac ipsius copia in Bibliotheca S. Martini [Senis], sed licet a me diligenter quaesitum, adinvenire non potui».

39. *La pudicizia - Stanze del Cardinale Egidio di Viterbo Agost.* Strophae 52, v. ottave, editae a P. Dominico Ant. Gandolpho in *Fiori Poetici dell' Eremo Agostiniano raccolti e illustrati*. In Genova, 1682 nella stamperia del Franchelli, pp. 81-93. Item a Crescimbenio, *Commentarii intorno alla istoria della volgar Poesia*, Roma, 1710, T. II, part. II, pp. 204 et seqq., et ibidem, 1711, T. III, pp. 225 - 235. [Pag. 185]

40. *Caccia di amore del medesimo.* Strophae 52, v. ottave, Editae Venetiis, 1537 et 1538 in collectione Ludovici Dolce, in *Fiori Poetici* laudati P. Dominici Ant. Gandolphi, pp. 94-107, et apud Arrivabenum *Rime di diversi eccellenti autori*, Venezia, 1553, libr. VI, p. 265 et seqq. Quispiam tamen ex historicis Italiae literaturae has strophas tribuunt Ioanni Baptistae Lepini Senensi (Cfr. Fontanini, *Biblioteca dell'eloquenza Italiana*, Venezia, 1753, T. I, p. 291 in notis Apostoli Zeni. Sub Lepini nomine hae strophae in *Scelta di stanze*, an. 1572 editae etiam fuere Venetiis apud Augustinum Ferentillo).

41. *Aegidii Eglogae tres*, scilicet: 1. *Paramellus et Aegon* «Quid magni tacitam». 2. *De ortu Domini, Melibeus, Lycidas* «Cantemus Lycida»; 3. *In Resurrectione Domini* «Nunc superis meritas»: haec carmine elegiaco, duo priores hexametris, extant in cod. 1001. Bibl. Angelicae inter ff. 36-44. *Aegidii Viterbiensis Carmen de mirabilibus Bononiae* extat in cod. 388, f. 62 Bibl. Monacensis. P. Gandolphus, *Fiori Poetici* cit. p. 79-80 edidit ipsius Aegidii Viterbien.: *In Aegidii Romani Cardinalis Laudes*. Ode; et *Padue Domino Petro Memoriae Magistro carmen elegiacum*. Lyricum percelebre carmen Francisci Petrarcae: In «Virginis Mariae laudem» ex italica in latinam linguam vertit (Fontanini op. cit., T. II, p. 46), nec non quamplurima epigrammata ab eo italice exarata ad Victoriae Columnae laudem edita etiam fuere ex codice Magliabechiano 720 in collectione Trucchi, *Poesie italiane inedite di ducento autori dall'origine della lingua infino al secolo decimo settimo, raccolte ed illustrate*. Prato, T. III, 1847, pp. 126-129.

42. *Epistolae selectae* quae collectae a Mabillonio ex antiquo codice ms. Bibliothecae S. Ioannis ad Carbonariam (quae nunc incorporata est Biblioth. Nazion. Neapolitanae), editae fuerunt a Martene in cit. *Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectione*, Parisiis, 1724, T. III, coll. 1232-1268. Sunt 18 epistolae, pereleganter conscriptae, quae multa ad illius temporis notitiam hauriri possunt. Alia epistola Aegidii P. Magistro Ioanni Staupitz data contra Lutherum edita fuit ab Höhn in *Chronologia provinciae Renosvevicae Ordinis Fratrum eremitarum S. Augustini*, Wurzburgii, 1744, p. 154, et ab Ossinger l. c.; quaedam aliae eius epistolae, seu earum excerpta, editae fuerunt in *Archivio Storico per le provincie Napolitane*, T. IX (1884), p. 430-452; altera eius epistola P. Mag. Gaspari Ammonio de Hasselt O. S. A. data, typis mandata fuit apud Enk et Brun, *Annales litterarii*, Helmstadt, 1782, T. I, p. 193, et aliae tres missae ad Ioannem et Elisabettam Reuchlin insertae fuerunt in opere: *Illustrium virorum epistolae hebraicae, graecae et latinae ad Ioannem Reuchlin Phorcensem, virum nostra aetate doctissimum diversis temporibus missae*, Hagenoe, 1519, ac reimpressae a Geiger, *Iohan Reuchlin Briefweclzsel gesammelt und heransgegeben*, *Bibliothek des litterarischen Vereins in Stutgard*, Tubingae, 1875, T. CXXV, p.

260-261, 276. Datae illae fuerunt an. 1516 et 1517. Quaedam alia eius epitola est in Cod. Vat. Chisiano, 731. A., p. 85, et aliae 2 Pisauri in Bibl. Oliveriana cod. 375, ff. 129-134, ac datae sunt an. 1522 prima di 7 aprilis, 2^a vero die 11 maii. Aliae quam plurimae eius *Epistolae familiares* sunt in Biblioth. Angelica Urbis, cod. 688, ab. an. saltem 1494 ad an. 1517, ff. 1-65, ac harum praecipuae datae fuerunt ad Fr. Gabrielem Venetum, ad Fr. Deodatum Senensem, ad Mag. Barnabam Patavinum et ad alios. Aliae eius *Epistolae* n. 10 ad mag. Ioan. Franciscum Libertà [Pag. 186] datae, reperiuntur in cod. 762 eiusdem Bibliothecae Angelicae. Eius tandem et *aliorum ad eum Epistolarum libri octo* extant in eadem Bibl. Angelica, cod. 1001, chart. in 4. saec. XVI, ff. 314. Aegidi epistolae in eo contentae, sunt n. 297, et aliae forsitan alibi reperiuntur. Certe eius *epistolarum Registrum ad fratres, ad provincias sive ad universum Eremitarum Ordinem* asservatur Romae in Ordinis Archivo sub n. Dd. 11, et quaedam pars eiusdem Registri Berolini in publica Bibliotheca.

De eo consulendi sunt: Pontanus, *Opera omnia*, Venetiis, 1519, T. II, qui illi dicat dialogum qui inscribitur: *Aegidius dialogus*; Flandini Ambrosius, in *quadagesimalium concionum libro, qui gentilis inscribitur*, Venetiis, 1523, p. 481; Petrus Bembo, *Epistolae*, Venetiis, 1552, p. 261-64, 343-344, 486-487, 489-490, 492-493; 520-523; Sadoletus, *Epistolae*, VII et LXXXII, Romae, 1760, T. I, p. 18-20, 230; Laurentius Grana, Episcopus Signinus, *Oratio in funere Aegidii Viterbiensis, Card. S. R. E. ex ms. codice exarata et a Joanne Christophoro Amadutio nunc primum in lucem edita*, Romae 1781; Jovius, *Elogia virorum ill.*, Basileae, 1577, p. 159; Giraldi, *De poetis nostrorum temporum Dialogi duo*, Basileae, 1580, T. II, p. 415; Pamphilus, op. cit. f. 73-80; Galatini, *De arcanis catholicae Veritatis*, Francofurti, 1612, p. 22; Curtius, *Virorum Ill. ex Ord. Erem. S. Aug. elogia*, Antuerpiae, 1636, p. 93; Correntini, *De Episcopis Viterbii*, Viterbii, 1648, p. 166-168; Aubèry, *Histoire gènèrale des Cardinaux*, Paris, 1645, T. III, p. 229-293; Landucci, *Sacra Leccetana Selva*, Roma, 1657, p. 143-4; Elssius, l. c. p. 14; Contelori, *Elencus S. R. E. Cardinalium*, Romae, 1656, p. 124; Aldoinus, *Athenaeum romanum*, Perusiis, 1676, p. 32; Ciacconius, *Vitae et res gestae Pontificum Rom. S. R. E. Cardinalium*, T. III, Romae, 1677, col. 395-399; Gandolphus, *Fiori Poetici*, Genova, 1682, p. 71-78, *Le porpore Agostiniane*, Mondovì, 1695, p. 36-43; *Dissertatio hist. de 200 celeberr. aug. script.* Romae, 1704, p. 16-20; Palatius, *Fasti Cardinalium*, Venetiis, 1703, T. II, p. 682-689; Eggs, *Purpura docta*, Monachii, 1714, T. II, p. 396-400; Bussi, *Storia di Viterbo*, Roma, T. I, 291, 304; Fabricius-Mansi, *Bibl. mediae et inf. aet.*, Florentiae, 1858, T. I, p. 23; Ossinger, *Bibliotheca* cit. p. 190-198; Cordella, *Memorie storiche dei Cardinali*, Roma, 1793, T. IV, p. 47-50; Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. II, p. 45 et in *Eremitae Sacrae Aug.*, Part. I, p. 191-196; Fiorentino, *Egidio da Viterbo e i Pontani* in *Arch. stor. per le Prov. Nap.* T. IX, 1884, p. 430-452, et in *Risorgimento filosofico del quattrocento*, Nap. 1885, p. 251; Kolde, *Die deutsche Augustiner Congregation und Joahan von Staupitz*, Gotha, 1879, p. 124-312; Höfler, *Papst Adriano VI*, Vienne, 1880, p. 210-214 et alios quamplurimos.

Cangemi Fr. Franciscus, e Terra Nova Calabria, adhuc adolescens Augustinianum Ordinem in sua provincia ingreditur. Eruitur ex Ordinis registris illum, ab an. 1633 ad an. 1638, in nostro Andriae conventu de familia constitutum fuisse, ac inibi logicalia philosophica et theologica studia peregrisse. Postea ad Neapolitanum S. Augustini coenobium translatus, an. 1639 Lectoratus gradum obtinuit. Anno insequenti ad S. Ioannem de Carbonaria transfertur atque fit respondens. An. 1653 cum confrater noster Coelestinus Bruni, Episcopus Bovianensis renuntiaretur, per duos annos, uti theologus, eidem Cangemius inservivit. Inde Romae die 12 iulii an. 1657 a Paulo Luchini, Ordinis Generali S. Theol. Magister fuit renunciatus. An. 1660 Tarvisii praedicavit, [Pag. 187] an. 1661 Venetiis, et an. 1662 Veronae. Ab. an. 1667 ad an. 1670 Provincialem Calabriae ulterioris magna

egit cum prudentia, ac ab hoc munere absolutus postulantium ordinandorum et confessoriorum examinatus extitit. E vivis putamus ipsum excidisse post an. 1673. Quae de Cangemio edita fuere sunt sequentia:

1. *Brevis ampla methodus pro morbis humani corporis in particulari curandis*. Romae apud Angelum Barnabò 1658 in 4°. Alterum eiusdem argumenti volumen ms. remansisse dicitur.
2. *De mirificis facultatibus Aquae Anticoli in Campania tractatus parvus ad.m Rev. F. Francisci Cangemi de Terra Nova Ord. Erem. S. Augustini Sac. Theol. Magistri* an. 1667. Ms. Cod. Vat. Lat. 7925 et in. Biblioth. Lancisiana Romae.
3. *Poema heroicum duodecim partibus divisum, quod inscripsit: La vittoria navale*. ms.
4. *L'apostolo piangente*, ms.
5. *Considerationes in Symbolum Apostolicum*, ms.
6. *Sonetti e Madrigali*. ms.

(Cfr. Ang. Zavarroni, *Biblioth. Calabria*, Neapoli, 1753, p. 158).

Cannoni Fr. Gregorius Ord. Erem. S. Aug. floruit saec. XVIII, edidit notisque illustravit: *Ruperti ab. tuitiensis opera omnia*, Venetiis, 1748-52, T. IV in fol., nec non in Migne, *Patrologia*, T. 167-70. Ita Hurter, *Nomencl. Lit.* T. IV, (1910), col. 1459.

Cantalupo Fr. Ambrosius, Genuensis, Sacrae Theologiae Baccal. quammaxime commendatur morum integritate atque praeclara doctrina. Anno 1587 ut Vicarius Generalis suae Congregationis Ianuensis S. Mariae de Consolatione interfuit Capitulo Generali Romae celebrato, et ut Definitor alteri Capitulo Generali, etiam Romae an. 1592 celebrato, adstitit; iterumque Vicarius Generalis, an. 1602 Recinetensi Generali Capitulo intervenit. Pia in Deiparam Virginem devotione incensus, typis vulgavit tractatum, cui titulus: *De admirabili prodigio Imaginis B. Virginis quae est in Ecclesia SS. Trinitatis Viterbi, Viterbii*, Coladio, 1577.

(Cfr. Oldoinum, *Athenaeum Ligustinum*, 1680, p. 12; Ossinger, p. 198; Maracci in *Bibl. Mariana*, Vol. I, p. 63, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 121).

Cantulli Fr. Ambrosius, Cremonensis, Augustiniani Ordinis professus, S. Theol. Doctor, ac praeclarus Orator, reposuit in patrii coenobii bibliotheca suae eloquentiae numquam interiturae monumenta, quae sunt:

1. *Concionum Tomi II*, mss.
2. *Sermones in feriis sextis Martii*, mss.
3. *Arbore della sua famiglia*, in fol.

Ita Franc. Arisius in sua *Cremona Litterata*, Romae, 1702, T. II, p. 447 et ex eo Ossinger, p. 200, qui affirmat illum vixisse saec. XVII, et Congregationi Lombardiae adscriptum fuisse, in qua sacrarum Litterarum scientia, lectione Sanctorum Patrum, atque oris facundia, vix non omnes suae aetatis superavit.

(Cfr. et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 121).

Canziani Fr. Nicolaus, Provinciae Rernanae clarus alumnus, poeta non spernendi nominis, Orator, atque Archeologus, fuit Academiae Quiritorum socius, vixitque saec. XIX. Obiit in non longaeva aetate, mense ianuario 1875. Reliquit mss. quae sequuntur:

1. *Divertimenti poetici del P. Nicola Canziani Agostiniano Lettore in Teologia [Pag. 188] ed Accademico Ardentino*. Carmina cum A. notis et haec sunt: a) *Divina Tragedia* versibus ternariis, pp. 1-145. Inc.: «Già chiuse dell'Inferno eran le porte». b) *Il grande Setaccio, ovvero Roma anarchica e sua caduta*, pp. 1-84. Inc. «Canto l'armi vittrici e delle stesse». c) *Componimenti anteriori*, varia carmina, pp. 85-130, quae omnia sunt in cod. 609 Bibliothecae Angelicae, et in codice sequenti n. 610 eiusdem Bibliothecae adest ipsius P. Canziani d) *Il Coadiutore, Cantica*, versibus ternariis, subiectis aliis eiusdem carminibus, pp. 65-87.

2. Eiusdem varia, soluta oratione, et sunt haec a) *Orazione in onore del martire S. Vittore, fatta e recitata dall'Autore in Vallerano nel 1848*; b) *Dell'arte poetica*; c) *Sermones varii*; d) *Sul Mesmerismo, Pensieri dati in luce a Ferrara 1841*; e) *Logicae institutiones, quas Corae Hieronymo Chiari et Dominico Pasquali tironibus Auctor ipse tradidit*. Quae omnia sunt in priori codice, nempe 609; in secundo vero adsunt etiam sequentia: *Ricerche del P. Lett. Nicola Canziani Agostiniano, dell'Accademia dei Quiriti segretario dell'antica letteratura*, nempe: a) *Ricerca prima: Storico-critico esame intorno ai primi abitatori d'Italia, detti comunemente Aborigeni*; b) *Ricerca seconda: Su la vera Metropoli dell'Etruria, Discorso*; c) *Ricerca terza: Se veramente la città di Corneto sia la legittima erede di Tarquinia. Ragionamento*; d) *Memorie istoriche dell'antica città di Agylla, oggi Cerveteri*.

(Cfr. Narducci, *Catalogus* cit. p. 256).

Cao Fr. Guillelmus, Vicentinus, S. Theol. Lector, floruit saec. XVII, cuius habentur:

1. *De oratoriae lyrae modulamine, sive de arte rhetorica libri tres, ex optimis quibusque auctoribus ut summa diligentia deprenti, sic pari castigatione rescripti Ill.mo D.mo Gasparo Goda Vicentino ipsimet accurate studente anno a purissimo Virginis partu MDCLXXIX*. Cod. 201 Biblioth. Comm. Veronensis, chart., saec. XVII, ff. 103, quorum 12 sunt alba (Cfr. Giuseppe Biadego, *Catalogo descrittivo dei mss. della Bibl. Com. di Verona*, 1892, p. 135).

2. *De arte poetica ex praestantissimis auctoribus animadversiones XII haud poenitendae in gratiam Ill.mi D.ni Gasparis de Godis Vicentini adolescentis expectationis maxime nec vulgaris eruditionis a fr. Guilelmo Cao Vicentino Ordinis Eremit. S. Augustini transcriptae anno a saluberrimo Virginis partu 1679*.

3. *Le sette pie considerationi sopra la passione di Gesù Cristo*, an. 1688 editae.

4. *Compendiosa notizia de' Celesti Beatissimi Spiriti*, ms. (Cfr. Angiolgabriello di S. Maria, *Bibl. Scrittori di Vicenza*, Vol. IV, p. 63).

Capannaroli Fr. Christophorus, Fabrianensis, floruit saec. XVII ineunte; de quo haec habent Bollandistae in *Acta Sanctorum*, T. VII, p. 842: «Fulgini quoque impressa est *Epitoma alia [vitae B. Ritae e Cassia] anno MDCXXXX*, auctore Fr. Christoforo Capannarolo Fabrianensi Augustiniano». Cfr. et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 415.

Capecci Fr. Ioseph, Episcopus Alexandrinus in Pedemontio, Castrifidardi in Piceno die 15 martii 1830 ex Mariano natus, atque in humanioribus disciplinis rite institutus, an. 1856 mense septembris Augustinianum Ordinem Tolentini ingreditur, quo laudabiliter suum perfecit tirocinium. Deinc Perusiam mittitur, quo angelicis moribus fulgens, ut de illo scribebat eius Magister Regens Aloysius Concetti, [Pag. 189] exornatus sufficienti ingenio et memoria, virtutibus aequae ac studiis tenebatur assidue. Romam postea fuit accersitus, ac inibi Deo vacans et disciplinis philosophicis, theologicis, exegeticis etiam et philologicis iurique canonico sub optimis atque laudatissimis magistris, primo anno scilicet 1865 mense augusto ad Lectoratum, atque quinque post annos, alios sedulo erudiens, vertente an. 1870 ad Regentiam pervenit. Frequentaverat eodem tempore Romanam Universitatem Studiorum; docuerat Viterbii; praedicaverat assidue, ac propterea merito a superioribus Ordinis Genuam missus fuit ut inibi Parocho S. Mariae de Consolatione esset coadiutor cum futura successione. Nec interea sua praedilecta studia unquam intermisit, ita ut inibi in Academia S. Thomae, maximis votis oninium plausu, Doctoratum in S. Theologia consequutus fuerit. Illud parochiale munus reapse ipse suscepit anno 1872, et difficile dictu est quanta ex tunc praeclara fortiter suaviterque in eo gesserit pro animarum salute. «Fu parroco ammirando, scribebat de illo ephemeris *La Sveglia*, per zelo nella direzione delle anime, nel decoro della casa di Dio, nella predicazione. I parroci di Genova l'ebbero in tanta stima che per ben due volte fu eletto presidente del venerando loro collegio. Spiccò per elettissimo ingegno fra i membri del Collegio teologico di Genova, di cui fu pure parte elettissima. Anche quell'eccellentissimo Arcivescovo, che fu Mons. Magnasco, l'ebbe in tanta considerazione che lo nominò Prevosto ed esaminatore Prosinodale. Nel suo Ordine ebbe pure titoli e cariche di molta importanza». Fuit enim pluries Definitor, illius coenobii Prior et per circiter duodecim annos Provinciae Liguria atque Pedemonti Prior Provincialis, in cuius favorem omnes suum posuit studium ut reintegraretur. Et in omnibus his fuit constanter verus ac dominicus pastor. Tam eximias eius qualitates eiusque indefessos labores probe suspexit summus Pontifex Leo XIII illum augens Episcopatu Feretrano et, ob huius renuntiationem, Alexandrino Statiellorum (19 aprilis 1897). Et nunc quid ipse in diuturno eius Episcopatu egit? Dicam uno verbo: Ipse se praebuit qualiter Divus Paulus vult esse Episcopum. Sanctissime, uti vixerat, obiit die 16 iulii an. 1918. Multa edidit, sed principaliora sunt sequentia:

1. *La credenza Cattolica intorno al Purgatorio conforme ai dettami della ragione e ai sentimenti del cuore. Discorso*, Genova, Sordo-Muti, 1889 in 8.

2. *La professione monastica e i suoi nemici. Discorso per la vestizione religiosa di Caterina Milesi nel monastero delle Agostiniane di S. Ignazio in Genova, il 20 nov. 1893*, Genova tip. del R. Istituto Sordo-Muti, 1893.

3. *Intorno alla sua missione del governo e regimento della Diocesi di Alessandria*, Genova, Tip. di Giov. Batt. Canini 1897,

in 4.

4. *Sulla necessità della Parola di Dio*, Alessandria, Tipo-Litogr. Successori Gazzotti e C. 1898, in 8.

5. *Dei doveri dei Cristiani verso Gesù Cristo, Omilia*, Alessandria, Stab. Tip. G. Iacquemod e figli, 1899, in 4.

6. *La Sacra Visita*, Ibidem, Stab. Tip. Gazzotti e C. 1899, in 8.

7. *Pellegrinaggio a Roma per l'Anno Santo 1900*. Ibidem, Stab. Tip. Iacquemod e figli, 1899, in 8.

8. *Il Beneficio della nostra vocazione alla Fede*. Ibidem, Stab. Tipo-Lit. Successori Gazzotti e C. 1900, in 8.

9. *La Traslazione delle Ceneri del S. P. Agostino dalla Cattedrale nella Chiesa monumentale di S. Pietro in Ciel d'Oro di Pavia*. Ibidem, Stab. Tip. G. Iacquemod e figli, 1900, in 8. [Pag. 190]

10. *Della necessità di ritornare a Gesù Cristo*. Ibidem, Stab. Tipo-Litogr. Succ. Gazzotti e C. 1901, in 8.

11. *Della necessità dei Sacramenti*, Ibidem iisdem typ. 1902 in 8.

12. *Della necessità dell'istruzione religiosa*, Torino, Tip. Matteo Artale in 8, pp. 62.

13. *Nei solenni funerali celebrati nella Cattedrale di Alessandria il giorno 27 Luglio 1903 a suffragio dell'anima benedetta del sommo Pontefice Leone XIII. Discorso*. Alessandria, Tip. Iacquemod e figli, 1903.

14. *Il perchè dell'odio e della persecuzione contro la religione di Cristo. Lettera pastorale per la quaresima del 1905*, Alessandria 1905, in 4.

15. *Il Laicismo e le sue conseguenze*, Lettera pastorale del 1906. Ibidem.

16. *Una sicurezza ed un timore. Lettera Pastorale per la quaresima del 1907*. Ibidem.

17. *Il modernismo, Lettera circolare al clero: Comunicazione di documenti*, Alessandria, Iacquemod e figli, 1907 in 8.

18. *Moderno Paganesimo. Lettera pastorale per la quaresima del 1908*. Ibidem.

19. *Di un'empia campagna. Lettera pastorale per la quaresima del 1909*. Ibidem.

20. *Del Miracolo. Lettera pastorale per la quaresima del 1910*. Ibidem.

21. *Di una grande vanità ed un supremo interesse. Lettera Pastorale per la quaresima del 1911. Ibidem et semper iisdem typis G. Iacquemod.*

22. *Un po' di Catechismo. Lettera pastorale per l'anno 1912. Ibidem.*

23. *Dio e l'impero della sua legge. Lettera pastorale per l'an. 1913. Ibidem.*

24. *Giogo soave e l'osservanza della legge divina. Lettera pastorale per la quaresima del 1914, quae ex suis epistolis et Sermonibus fert: n. 59. Ibidem.*

25. *La parola del Papa. Lettera pastorale per l'anno 1915. Ibidem et iisdem typis.*

26. *Sursum Corda. Lettera pastorale per l'anno 1916. Ibidem.*

27. *Dio e la guerra, ossia i mali fisici e morali nel governo della Provvidenza divina. Lettera pastorale per l'anno 1917. Ibidem.*

28. *Lettera pastorale per la quaresima del 1918. Ibidem, quae fuit ultima, et in omnibus hiis nescis an laudare debeas magis doctrinam quam pietatem, magis sobrietatem et claritatem quam venustatem et concinnitatem, magis theologiarum rationum vim quam philosophicarum argomentationum robur.*

(Cfr. Perini David Aurelio, Agost., *Studio Bio-Bibliografico sul Cardinale Agostino Ciasca O.E.S.A.*, Roma, 1903. *Appendice, I, Biografia*, Monsignor Giuseppe Capecci, pp. 123-131; et *Analecta Augustiniana*, Vol. VII, an. 1918, pp. 405-414, in quibus fuse enarratur illius vita).

Capitani Fr. Petrus Antonius a S. Elisabeth, Brixiensis, S. Theol. Lector, atque alumnus Provinciae Neapolitanae nostrae Congregationis Discalceatorum Italiae, utrumque ius egregie colluit et in Registris ipsius Congregationis dicitur graecae et linguae hebraicae peritissimus. Tenuit insuper suae Provinciae primatum, fuit Examinator Synodalis, atque concionator non spernendi nominis. Cum Pisauri magno cum plausu concionaretur nonnulla epigrammata ad eius honorem, quae asservantur in Bibl. Olivenana in cod. 199, edita fuere a viro litteratissimo Francisco Belluzzi. Eius extant:

1. *Orationes panegyricae*, Tipis datae an. 1750.

2. *Orationes qaadragesimales*, mss. Ita Tani, in opere cit., p. 133. [Pag. 191]

Capocci B. Iacobus, Viterbiensis, ac ideo constanter de Viterbio nuncupatus, ex nobilissimo genere ortus, videtur primam lucem illum aspexisse circa an. 1255-6, atque a pueritia litteris ac pietate instructum fuisse. Adolescentulus Erem. S. Augustini Viterbiense coenobium frequentare coepit, eorumque sancta conversatione illectus, regularis vitae institutum circa an. 1270 amplecti statuit. Iuvenis raro ingenio praeditus, post sedulam humaniorum litterarum ac philosophiae in Italia navatam operam, an. 1276 iam erat Parisiis, illuc missus una cum sodali sui Ordinis et gentis Columnae Iacobo, theologiam addiscendi causa; ubi doctrinae Sancti Thomae Aquinatis sectator et Aegidii Romani discipulus, a tantis magistris caelestem doctrinam cum sanctitate coniunctam

hausit. Sacerdotio auctus et Lectoratus gradum inibi est assequutus. In Itahiam reversus et docuit in nostris Scholis et ad plura gravia officia gerenda a superioribus fuit destinatus. In Capitulis enim provincialibus Corano an. 1283, de Genestano an. 1284 et de Tuscanella an. 1285 renuntiatus fuit et Definitor et Visitator suae Romanae Provinciae. Parisiis deinc revertitur, ubi an. 1287 fit Bacc., et an. 1293 sacrae theologiae doctor renuntiatur, actu inibi manens studiorum Regens. Augustinianus Ordo, in Capitulo generali an. 1295 Senis congregato, testari voluit quanti illum faciebat, definiendo: «cum sit nostrae intentionis et velimus omnino quod frater Iacobus de Viterbio, Magister in sacra theologia, debeat scribere et facere opera in sacra pagina, diffinimus quod singulis annis debeat habere ab Ordine pro qualibet provincia unum florenum de auro pro scriptoribus et cartis, et aliis necessitatibus opportunis». (Cfr. *Analecta Aug.* Vol. II, p. 371). Postea, an. 1295, ad patrias sedes remeavit; nam in Capitulo provinciali Viterbii hoc anno celebrato, eiectus extiterat pro Capitulo generali Neapoli anno insequenti celebraturo eiusdem suae provinciae Definitor; et illi revera adstitit. In quo quidem Capitulo, cui adfuit etiam Rex Angioinus Carolus II, mirum humilitatis, atque mansuetudinis specimen ipse dedit. Nam, cum propter susceptam ex fraternae caritatis impulsu clientelam cuiusdem religiosi, qui falsi criminis insimulatus fuerat apud Generalem B. Augustinum Novellum, ab hoc, accusatorum mendaciis decepto, huiusmodi duriora verba coram omnibus fratribus audire debuit: «Fratres Carissimi, dolenter vobis denuncio quod fratres quidam, per ordinem enutriti et in statu honoris positi, sic suae rependunt matri Religioni, quod fratres defectuos et vitiosos nituntur excusare et defensare. Ad quae verba predictus venerabilis Magister Iacobus, considerans quod predicta obiurgatio, licet minus cauta et provida, non procederet nisi ex corde puro et zelo fervido tanti patris, surrexit coram omnibus fratribus et humiliter respondit ista verba: “Pater, protestor coram Deo et vobis si quid in ista materia locutus sum, hoc feci ex sincero animo et puro corde pro bono ordinis: tamen si vobis videtur quod in hoc offenderim, dico meam culpam Deo et vobis et paratus sum emendare”. Ad quod responsum tante humilitatis et reverentiae omnes fratres stupefacti et medulitus emendati, animus predicti patris fr. Augustini totaliter conquievit» (Cfr. Henric. de Urimaria, qui huic capit. erat praesens, *De origine et progressu Ord. Erem. S. Aug. in Analectis August.* Vol. IV, p. 326). Post capitulum Neapoli mansit, huius civitatis in generali studio docens, ac praedictorum summorum magistrorum doctrinae et vestigiis fidei obsequio iugiter inhaerens, atque sententiam memoratu dignam, eo tempore [Pag. 192] Bartolomaeo Capuano patefaciens: «se credere, nempe, in fide et Spiritu Sancto, quod Salvator noster doctor veritatis pro illuminatione Orbis et Universalis Ecclesiae, miserit Paulum Apostolum et postea Augustinum et novissimo tempore Fratrem Thomam». Anno 1302, a Romano Pontifice Bonifacio VIII, ad Archiepiscopalem Sedem Beneventanam promotus et a Cardinali Teodorico Episcopo Praenestino consecratus, inter illustres praedictae Sedis praesules merito adnumeratus est. Verum eodem anno idem summus Pontifex propter illius «grandia probitatis merita et aliarum virtutum insignia» ad Metropolitanam S. Iuvari Neapolitanam Ecclesiam illum transtulit, quam usque ad obitum tenuit et sapientia, prudentia atque virtutibus illustravit, existimationem et amorem sibi adeptus non solum Romani Pontificis sed etiam Regis Caroli II eiusque fidei Rogerii, quibus et consiliarius extitit, et ab eis suae Archidioecesi privilegia multa impetravit, gregique suo non minora obtinuit beneficia. Sancte, ut vixerat, Neapoli ad coelum evolavit mense febr. an. 1308. Cum vero una cum fama sanctitatis magis in dies invalesceret cultus publicus ecclesiasticus, eidem Servo Dei validisque argumentis ac signis probatus, a Pio Pp. X, sub die 14 iunii 1911 confirmatus fuit (Cfr. *Decret. confirmationis eius cultus in Analect. cit.* Vol. IV, p. 154). Laudant nostrum Beatum fere innumeri Scriptores, inter quos praecipui sunt: Iord. de Saxonia in *Vitas Fratrum* 1587, p. 171; Ios. Pamphilus, ff. 35-36; Herrera, l. c., T. I. p. 369; Torelli, *Sec. Agost.* T. V, p. 276; Alessius Sim. Mazzocchi, *De Sanct. Neap. Eccl.*, T. I, in Append. pp. 187, 413; Chioccarelli, *Ant. Neap. Eccl.*

Cat. (1643) p, 190; Ughelli, *Ital. Sac.*, T. VI, col. 119-120, T. VIII, col. 143; Signorelli, *Viterbo nella Storia della Chiesa*, Vol. I, p. 119; Tritenius, *S. Eccl.*, p. 534; Fabricius-Mansi, *Bibl. m. aet.* (1858) T. III, p. 312; Gandolphus, l. c., p. 184; G. Correntini, *Brevi not. della Città di Viterbo* (1774) pp. 78-97; Ferret, *Hist. de la Fac. de Paris*, T. III, p. 479; H. X. Arquillière, *Le plus ancien traité de l'Eglise, Jacques de Viterbe, de Regimine Christiano* (1301-1302). *Étude des sources*, Paris, 1926; Ossinger, op. cit, p. 203; Elsius, *Encomiasticon cit.* p. 310; Coppinus, *Monasticum*, tit. I, n° 15, qui illum appellat: clarissimum Ecclesiae lumen ac SS. librorum auctorem venerandum; Ciacconius, *Vitae et res gestae Pont. Rom. et S. R. Eccl. Card. Romae*, 1630, Vol, I, p. 817; Gratianus, l. c., p. 103; Budinszky, *Univ. Paris*, (1876) p. 192; Hauréou B., *Hist. Litt., de France* (1877) XXVII, 45-63; Iöker-Le Long, *Bibl. Sacra* (1723) T. II, p. 666; Oudin, *S. Eccl.* (1722) T. III, 889-90; Sodo Giov. I, p. 231-34; Tiraboschi, *Stor. della Lett. ital.* (1806), T. IV, 147-8; Uccelli Piet. A., *Biblia di S. Tomasso d'Aquino* (1879) p. 100-1; Lanteri, *Postr. Saec. sex*, T. I, p. 124, et *Erem. Sacr. August.*, Part. I, p. 121; Partenius, *Hist. Neap.* (1713) T. II, libr. 22, p. 52; Tagliatela, *Il B. Giac. da Viterbo*, Napoli, 1887; Denifle, *Chartularium Un. Paris.*, Vol. II, 109; G. L. Perugi, *Il De Regimine Crist. di Giac. Capocci Viter.* (1914) Pref.; B. Cantera, *Documenti riguardanti il B. Giac. da Viter.* (1888); Nicodemo, *Cenno Stor. sulla vita, dottrina e santità del B. Giac. Capocci da Viterbo*, Bari, 1887; *Analecta Aug.*, Vol. IV, pp. 346-355 et 396-407; Hugo Mariani, *Giac. da Viterbo, cenni Biografici*, Arch. della R. Soc. Rom. Stor. patr., Vol. XLVIII, pp. 137-170, *Di due scrittori politici del sec. XIII, Giac. da Viterbo e Guglielmo da Cremona*, Rivista d'Italia, anno XII, fase. 9, Settembre 1909, et alii quamplurimi. Ecce nunc catalogus operum quae scripsit; ab Hugone Mariani ex Ossingero confectus: [Pag. 193]

1. *Libri duo de Regimine Christianitatis, quos Clementi V, Pontifici Max. dicavit.* Asservantur in Bibl. Vaticana, Angelica, Casanatense et Parisiis: Cod. 4046 Bibl. Nat. Parisiensis, iam Golbertinus N. 506, perg. saec. XIV, ff. 236; Cod. 4229 eiusd. Bibl. Nat. Parisien., etiam iam Golbertinus N. 2402, perg. saec. XIV, ff. 125. Asservatur etiam in Cod. Vat. Lat. 4612, perg. saec. XIV, ff. 124. Praeit ff. 1-74 *Tractatus de Ecclesiastica potestate Aegidii Romani*, tractatus vero *De regimine christiano Iacobii Viterbiensis* est inter ff. 80-124; item in Bibl. Angelica, cod. 130 (B. 4. 7) saec. XV, in 8°, ff. 224, una pariter cum *de Potestate Ecclesiastica*; Cod. 367 (D. 1. 13) eiusdem Bibl., chart., saec. XVII, in 4°, ff. 518; Cod. 347 (C. 8 - 15) eiusdem Bibl. chart. in 4., saec. XIX, ff. 126; item Romae in Bibl. Casanatensi, cod. 3212, chart., misc. inter ff. 250-331, et nuncupatur Bonifacio Pp. VIII. Possevinus in *Apparatu Sacro*, T. III, affert *Indicem* olim nostrae Bibl. Conventus Cremonensis, in quo apparet inibi asservari alium codicem *de Regimine Christiano* eiusdem fratris Iacobi de Vit.; sed ubinam nunc reperitur nescio. Neapoli, in Bibl. Nationali, cod. VII, C. 4 in fine habentur mss. quatuor prima capita eiusdem operis. «Hoc opus, ut scribit Gandolphus l.c., est in duos tractatus divisum, in quorum primo de Ecclesia et in secundo de Potentia Christi Regis et eius Vicarii subtilissime tractat. Videatur Gavardus meus, de Hierarchia Ecclesiastica, art. 6, p. 499. Ms. in fol. Romae in Angelica et Vaticana, ac Viterbii apud Illustrissimum amicum Ioannem Paulum Ricciolum, inibi edendum, ut spem mihi dederunt aliqui Nobiles, qui propriae patriae decorem quaerunt». Sed haec spes Gandolphum fefellit, nam tunc opus editum non fuit. Illud edidit primo, sed mendosum memoratus G. L. Perugi, «Roma, Tip. Universo, 1914», et omnibus numeris absolutum, etiam memoratus. «H. X. Arquillière, professeur d'Histoire à la faculté de Théologie et à la faculté des Lettres de l'institut Catholique de Paris, a Paris, Gabriel Beauchesne, 1926, édition critique», cum eruditissima praefatione «des sources», pp. 1-82-82-315 in 8.

2. *Quaestiones Parisiis disputatae de predicamentis in Divinis*. Existit hic Codex in Archivo Conventus nostri Viterbii ac in Bibliotheca Carbonaria ad S. Ioannem, in membrana cum miniaturis in fol. De codice Viterbiensi hic ab Ossingero, l. e., memorato, nihil scimus, neque sors melius dinoscitur codicis Bibl. Carbonariae. In praesentiarum hujus operis tres tantum noscuntur codices, nempe: 1.^{us} Romae in Angelica, cod. 213 (B. 8. 17), chart. in fol. saec. XV ineuntis, ff. 140, binis columnis, scriptus per «fratrem Iohannem de Austria, studentem Padue eiusdem professionis», an. 1408 et in fine auctor dicitur: «Doctor inventivus»; 2.^{us} ibidem, cod. 1357 (T. 4. 22) chart. in 4., saec. XVII, ff. 180, olim fratris Angeli Vancii Ariminensis, Romam ab ipso missum hoc insigne opus pro Bibliotheca s. p. n. Aug. ni anno 1638, et deleta linea «Apud Iohannem Simbeneum impressorem», ex quo constat praelo opus fuisse paratum; 3.^{us} Burdicalae (v. Bordeaux), in Bibl. publ., Cod. 167, perg. saec. XIV, ff. 223, binis columnis, qui inscribitur: *Questiones de predicamentis (in) divinis cum quatuor collibetis magistri Iacobi de Viterbio, sacre pagine professoris, Archiepiscopi Neapolitani, Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini*. Dictae quaestiones, sunt inter ff. 1-91; fol. 117 «Incipiunt *questiones de primo quolibet*, determinate a fratre Iacobo de Viterbio Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini, sicut secuuntur per ordinem. In disputatione vestra de quolibet prehabita [Pag. 194] quesita sunt in universo XXII, que ut enumerentur non ordine quo fuerunt proposita...». Expliciunt fol. 217: «per dicta vero patet que dicenda sunt ad obiecta. Explicit quartum quodlibet fratris Iacobii de Viterbio».

3. *Quodlibeta quatuor Parisiis exposita et disputata*. Asservantur, ait Ossinger l.c., in nostra Bibliotheca Mediolani ad S. Marcum. Iordanus de Saxonia in *Vitas fratrum*, loquitur de tribus quodlibet B. Iacobi; Trithemius, c. 534, inter B. Iacobi opera enumerat tantum *Quodlibeta*; Mauritius Parmensis de Tertiis Augustinianus, qui floruit saec. XVI labente, quique colligere et edere statuerat opera omnia B. Iacobi Viterbiensis (Cfr. Mazzocchi, op. cit. p. 417, n. 10) ait: «Alii tres, alii duos tantum libros (de quodlibetis) agnoscunt. Ego quatuor ab eo confectos puto, quamquam nonnisi hos tres (scilicet quos ipse colligerat) reperire potui». Iam vidimus ex his, quatuor existere in memorato codice 157 Bibl. Burdigalensis, sed sparsim inveniuntur etiam in aliis Bibliothecis, nimirum: a) Neapoli in Bibl. Nation. Cod. VIII, E. 44, saec. XIV ineuntis, membr., binis coll., cuius tit. *Fratris Iacobi de Viterbio Ordinis Eremitarum Sancti Augustini quaestiones de quodlibeto libro secundo*, verius, *quodlibeta duo*, in fine mutilo, et in cuius prima pag. legitur: «Ponatur in armario S. Dominici de Neapoli» suam tali modo indigitans derivationem; b) Patavii in Bibl. Antoniana in Cod. 373 membr. saec. XIV, post *Quodlibeta D. Thomae et aliorum doctorum*, habentur: *Quaestiones de quodlibetis determinatae a Fr. Iacobo de Viterbio Ord. Frat.^m Heremit.^m S. Augustini* (Cfr. Iosa, *Cat. Codd. Bibl. Antonianae*, p. 22); c) Bononiae in Bibl. Archigymnasii, cod. A. 971, membr., saec. XIV, binis coll., ff. 79 continet eiusdem B. Iacobi *Quodlibeta tria theologica et Quaestiones VII de Verbo*, quae quamvis non praeferant auctoris nomen, tamen Albanus Sorbelli, scriptor catalogi illius Bibliothecae (Cfr. Mazzatinti, *Inventarii dei Mss. delle Biblioteche d'Italia*, Bologna, *Bibl. Comun. dell'Archigin.*, pp. 117-118) harum quaestionum paternitatem assignat eidem B. Iacobo de Viterbio; d) Florentiae in Bibl. Laurentiana Palatina, Plut. XVII, Cod. II, olim Bibl. Conventus S. Crucis, membr. in 4 maiori, saec. XIII, binis coll., cum initialibus coloratis, ff. 95, habentur eiusdem B. Iacobi *Quodlibeta duo*; e) Romae in Bibl. Vat. Lat., cod. 5745 in 4°, incipiens «Dixisti Domine»; cod. 772 inter ff. 63-95, et cod. 982 inter ff. 1-21 habent: *Quodlibeta* eiusdem B. Iacobi; item in Bibl. Vat. Ottob. cod. 196 continet eiusdem *Quodlibeta*; f) Parisiis in Bibl. Nation. cod. 15350 affert nostri Iacobi 1.^m *Quodlibet*, et Codd. 14569, 15362 et 15851 eiusdem 1.^m et 2.^m *Quodlibet*. Insuper ibidem in Bibl. Mazzariniana, Codd. 889, 1011, et 3512 habent: *Quaestiones determinatae de quolibet a fratre Iacobo de Viterbio*; g)

Quodlibeta (seu potius compendium in quatuor libros Sententiarum) fr. Iacobi Viterbiensis continentur praeterea in cod. 269 Bibl. civitatis Tricassii (v. Toyes), saec. XIV, perg., et h) in cod. 223 (214) publicae Bibl. civitatis Audis (v. Angers) in Gallia, pergam. ff. 119, binis coll., in fol. et caractere rotundo exarato; i) Cracoviae in Bibl. Universitatis Iagellonicae, in cod. 1577 (CC. VII. 8) chart. in fol. saec. XIV, ff. 178, inter ff. 2-132 habentur eiusdem *B. Iacobi Quaestiones de visione beatifica* atque in fine legitur: «Expliciunt duo Quodlibet fratris Iacobi [de Viterbio] heremitaie, cum suis reprobacionibus»; tandem, non escludendo quod aliis in Bibliothecis adesse possint aliorum B. Iacobi quodlibetorum codices, in Bibl. Vaticana [Pag. 195] (fondo Borghese) in cod. n. 298, pergam., in fol. repeniuntur inter ff. 157 - 21: *Quodlibeta abbreviata fratris Iacobi [de Viterbio] heremitaie*. In olim nostra Patavina erant: *Quodlibeta Aegidii et Iacobi Viterbiensis* (Cfr. Tomasini, *Bibl. Patavinae privatae*, p. 74). Attamen, his non obstantibus, P. Glorieux, *La Litt. Quodlibetique de 1260 a 1320*, Le Saulchior Kain (Belgique) 1925, pp. 214-217, antumat nostrum B. Iacobum non edidisse nisi duo quodlibeta, quorum, titulum omnium quaestionum disputatarum refert. At ipse non cognovit codicem Burdigalen., in quo clare enumerantur quatuor quodlibeta.

4. *Abbreviatio sententiarum Aegidii Columni*, in fol. Extat in nostra Bibliotheca Carbonaria ad S. Ioannem. Ms. incipit: «Abbreviatio sententiarum Aegidii Romani, per R. P. mag. Iacobum Viterbiensem Archiepiscopum Neapolitanum, omnium scientiarum gloria illustrem». Aegidii volum. in compendium adducit, multa tamen addit ubique, ut potius Iacobi, quam Aegidii dici debeat. In fine legitur: «Longas curro vias, vestigia nulla relinquo» Mag. Andreas de Alexandria. Ita Ossinger l. c.; nunc autem codex iste asservatur in Bibl. Nation. Neapolitana sub signo VII. C. 52, chart. in 4 majori, saec. XIV, binis coll.

5. *Quaestiones S. Theologiae*, in fol. membran., teste Iacobo Philippo Tomasini, (ibidem, p. 24 et 26) repeniuntur in Bibliotheca SS. Ioannis et Pauli. Haec Bibliotheca conventus PP. Ordinis Praedicatorum Venetiarum nunc non amplius existit, et in Marciana, cui fuit incorporata, hoc opus non reperitur.

6. *Quaestiones quinquaginta de Spiritu Sancto*, habentur in nostra Bibliotheca Bononiae.

7. *Recollectiones, seu catena Patrum super Epistolas D. Pauli*. In eadem Bibl. ad S. Iacobum. Hi duo ultimi mss. inventi non sunt neque in Bibl. Archigymnasii Bononiensis neque in Bibl. Commun. eiusdem civitatis.

8. *Alia triginta Quodlibeta*. Extant Romae in Bibliotheca Minervae. Etiam Gandolphus, enumeratis B. Iacobi quatuor quodlibetis, addit: *Triginta quodlibeta alia*, quae sunt in Romana Casanatensi. Insuper: «Quodlibetorum Iacobi, scribit Mazochius l. c., celeberrimus ille codex est quem Bibliotheca Minervae ex singulari dono Card. Turrecremata, Dominico Bianco teste, possidet: quem codicem Tertius in consilium non habuit». «Ora però, scribit amatissimus meus confrater Ugo Mariani, l. c. p. 13, per quante ricerche abbia fatte alla Casanatense, non mi è stato possibile rinvenirlo».

9. *Lectura super quatuor libros sententiarum*, in fol. parvo, membran. est in nostra bibliotheca Senis ad S. Augustinum. Hoc opus Blancus et Chioccarelli Summam Summae appellant. Codex iste saec. XIV, ff. 73, in praesens, est in Bibl. Communi Senensi, subsignatus G. V. 15 (Cfr. Ilari, *La Biblioteca pubblica di Siena*, Catal., Siena, 1846, T. V, p. 113).

10. *Comm. super quatuor libros Sententiarum*. Horum primi tres asservantur in cod. 62 Collegii Ballionensis civitatis Oxoniensis, qui inc.: «Cum venisset una vidua... Laudanda creatoris humilis et pia benevolentia». (Cfr. Histoire littéraire de la France, T. XXVII, p. 60); in primum tantum asservatur vero in cod. VII. C. 4 Bibl. Nation. Neapolitanae, membr. in fol., binis coll., saec. XIV, cuius tit: *Iacobi de Viterbio Quaestiones in primum librum sententiarum*. Primo fol. habentur ornatus cum miniaturis et in medio litterae *Q* icon B. Iacobi.

11. *Divisio super eosdem quatuor*.

12. *Quaestiones de Angelis, ac eorum compositione*. [Pag. 196]

13. *Quaestio percelebris de coelorum animatione*. Citatur ab ipso Lib. 3, Quodlib. quaest. 24.

14. *Explicationes super Epistolas D. Pauli Apostoli*.

15. *Expositio in Evangelium D. Matthaei*.

16. *Interpretatio in Evangelium S. Lacaе*.

17. *Summa de articulis fidei*.

18. *De mundi aeternitate secundum fidem catholicam*.

19. *Commentaria in libros Physicorum et Metaphysicorum*.

20. *Liber de naturae principiis*.

21. *Notabilia in sententias*.

22. *Concordantiae Psalmorum, ad Carolum Siciliae et Ierusalem Regem*.

23. *D. Thomae Aquinatis utilis tabula*. Haec, suppresso nomine nostri Capocci, falso cuidam alteri fuit adscripta.

24. *Sermones diversi*. Extant Romae in Bibliotheca Canonicorum S. Petri. Continentur in Cod. D. 213, chart. saec. XIV minutissimo caractere exarati, in 4 minori, Archivii Basilicae S. Petri in Vaticano, et habent pro titulo: *Fratris Iacobi de Viterbio Sermones*. Catalogo operum B. Iacobi a Mauritio Tertio confecto haec ipse praemisera: «Porro Beatus Iacobus, quo tempore Parisiis et alibi docens permansit, sequentia scripsit opera, quae originaliter in variis coenobiis Sancti Patris Augustini conservantur, quae ego vidi et legi et sequentes adnotavi titulos». (Cfr. *Analecta Aug.* Vol. IV, cit. p. 348 in nota). Videtur insuper dictum B. alia atque alia scripsisse opera «cum multis aliis (ut scripsit B. Iordanus de Saxonia in suo opere *Vitas fratrum*, Romae, 1587, lib. II, cap. 22, p. 171) conceptibus suis, qui post mortem suam non omnes ad lucem venerunt, quia *quidam furati sunt opera sua multa*, facientes sibi de falso cornua». Mirum non est igitur si nonnulla eius opera, nostris antiquis patribus ignota, identidem dedegantur in bibliothecis, quibus latebant. Ex hiis itaque iam confecto catalogo adiicienda sunt:

25. *Quaestiones de visione beatifica*, Cracoviae in Universitate Jagellonica existentes in cod. 1577 (cc. VII. 8) iam recensitae n. 3.

26. *Summa de peccatorum distinctione fratris Iacobi de Viterbio Sacrae Theologiae professoris Fratrum Eremitarum S. Augustini, Archiepiscopi Neapolitani*. Asservatur Neapoli in Bibl. Nation., Cod. VII. G. 101, membran., in 8., binis coll., Semigoth., saec. XIV cum pictura miniata 1. f. Beatum docentem reprehensans; et in Bibl. Montiscassini cod. 743, Plut. o, chart. saec. XIV, quo praedicta Summa incipit f. 43, nam eandem praecedunt duo tractatus, primus *De confessione*, mutilus in principio, alter vero *De episcopali officio*, qui 1. fol. manu recentiori assignati fuerunt, sed dubitanter, eidem B. Iacobo. (Cfr. Caravita, *I Codici e le arti a Montecassino*, 1869, T. I. p. 368).

27. *De perfectione specierum tractatus*. Cod. Vat. Lat. 4545, pergam. in 8., inter ff. 32-48, et inc.: «Cupientibus nobis».

Cappelli Fr. Aloysius, Carmaniolensis, S. Theol. Lector, floruit saec. XVIII, atque scripsit:

1. *Lettera in cui conta ciò che leggesi nell'Enciclopedia metodica che stampasi in Nizza di Provenza, si prova la verità della cathedra Vescovile di S. Dionisio in Alba, verso la metà del X secolo, indi la di lui traslazione a quella di Milano*. Luglio 1791. Ms. Bibl. Acc. Albae. (Cfr. Mazzatinti, *Invent. Mss. Bibl. d'Ital.*, Torino, 1887, T. I, p. 59).

2. *Nel giorno natalizio del Re, 26 giugno 1788; orazione recitata da un p. Agostiniano, nell'adunanza dei filarmonici di Alba*. Torino, dalla Stamperia Soffietti in 4°. [Pag. 197] 12 c. s. n. (Antonius Manno, *Bibliografia st. degli Stati della Mon. di Savoia*, Vol. II (1891), pag. 92, haec notat: «Il n. dell'A. si ricava da una postilla del barone Vernazza sull'esemplare Bibl. Naz. Tor. (R. III. 107»).

Cappucci Fr. Hieronymus, Imolensis, floruit saec. XVII. Reliquit lingua italica ms. Opusculum, cuius tit.: *Treccia di affettuosi pensieri spiegati a lode del B. Amedeo; già duca di Savoia, da Frate Girolamo Cappucci, d'Imola, Agostiniano, al Serenissimo Carlo Emmanuele, duca di Savoia*. Ita Ossinger, p. 203.

Caprini Fr. Paulus, de Aquila, S. Theol. Doctor, atque peracutus disputator, typis dedit opus cui tit.: *Tractatus de Sacrificio Missae*. Florebat an. 1670. (Ita Lanteri, *Postr. Saec Sex R. A.*, T. III, p. 182 ex Nicolao Toppio).

Capriola Fr. Philippus, Neapolitanus, die 24 augusti an. 1834 ortus, Augustinianum habitum in Congregatione S. Ioannis ad Carbonariam induit die 18 maii 1852. Die vero 27 iulii 1855 primam litavit hostiam et duos post annos, die scilicet 16 augusti 1857, Lector renunciatus fuit. Bonis, imo optimis moribus imbutus et in ingenio non mediocri praeditus magna sedulitate scientiis sacris incubuit. An. 1893 adhuc inter vivos degebat, atque opusculum edidit: *S. Agostino ed i suoi Eremiti, specialmente di S. Giov. da Carbonara*, Siena Tip. editr. S. Bernardino, 1887, in 8. pp. 112.

Caputo Fr. Petrus, Paternensis, Eremitarum S. Augustini theologus aetate sua, quae ad annum 1350 fertur, valde celebris. Extat huius viri memoria apud Philippum Elssium in opere inscripto *Encomiasticon Augustinianum*, in qua Petro huic, quem de Paternis appellat, opus adiudicat: *De sufficientia et necessitate vitae humanae*, quod ms. in Bibl. Colbertina dicit extare. Ita Angelus Zavarroni in *Biblioteca Calabra*, Neapoli, 1753, p. 54. Sed undenam ipse hausit hunc Petrum et de Caputorum familia atque Calabrum fuisse? Illud verbum *de Paternis*, indigitat patriam vel familiae cognomen? Haec quaero, ex eo quod noster Ossinger in sua *Biblioteca Augustiniana*, p. 674, illum dicit Gallum; ac proinde si revera dictus Petrus fuisset de familia Caputo et de Paterno Calabro, Ossinger esset utique corrigendus; ast hanc questionem ita positam dirimi non posse, mihi videtur, nisi afferantur documenta et inspiciantur eius mss. (nam scripsit etiam *librum contra Iudeos*), quod, pro rerum adiunctis, mihi non facile est. (Cfr. etiam Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 405).

Caputo Fr. Thaddeus a Laurino, S. Theol. Mag. et Vicarius G.lis Congregationis S. Ioannis a Carbonaria, edidit opus cui tit.:

1. *Libri Psalmorum David in forma hymnodica dispositorum*. Ms. in 4, in Bibl. Carbonaria, et
2. *Oratio S. P. Augustini Ante oculos tuos, Domine in himnodica forma disposita*, edita a P. Gandolpho in suo libro de 200 celebrioribus Script. Ord. Erem. S. Aug., p. 380.

(Cfr. eundem Galdolphum ibidem, p. 381).

Caraballoni Fr. Ioan. Augustinus, S. Theol. Magister, Triorae in Liguria, piis honestisque parentibus an. 1751 ortum habuit. Ab ineunte aetate morum probitate ac scientiarum cultura caeteris suis sodalibus facem praetulit; vixque duodecim annos natus humanioribus litteris operam dedit, sicut etiam philosophicis studiis, de quibus publicam habuit [Pag. 198] disputationem aetatis suae an. XVI. Postea divina impulsus gratia, nostrum Ordinem ingressus, tot, tantaque dedit tum Genuae cum Arimini pietatis et ingenii signa, ut non solum condiscipuli, verum etiam superiores obstupescerent, praesertim cum Lector an. 1773, Bacc. an. 1776 et paulo post studiorum Regens renuntiaretur, doctissime philosophicas atque theologicas disciplinas docens, linguas orientales callens, ac mira eloquentia pollens, tum e suggestu, tum ex cathedra avidissime auditus fuit praesertim Mediolani, Senis, Florentiae, Bononiae, Perusiae, Genuae et in Romana urbe. Ob eius praeclara merita renuntiatus fuit Romanus Regens, Assistens Italiae, Pontificius et Mariae Theresiae Sabaudiae reginae concionator, commissarius generalis Liguriae, atque in Genuensi Universitate Theologiae Moralis professor. Obiit Genuae die 22 febr., an. 1818, aetatis suae 67, et in ecclesia S. Mariae de Consolatione fuit sepultus. Cathedram, ipso moderante in Urbe, an. 1793 Rev. P. Ioseph Temperini, apud S. Augustinum Collegialis Lector, publice exhibuit *Excursionem in Religionis Elementa*, quae edita fuit, eodem anno, ex officina Libraria Salomoniana, in 8, pp. XII - 119; et an. 1795 Rev. P. Nicolaus Cocchi collegialis ibidem *Ex novo testamento Syllexim*, eodem Io. Augustino Carabelloni moderatore, defendendam suscepit, quae pariter edita fuit Romae, 1795, Tip. Giannelli, in 4°, pp. 106. Sed illum clarissimum reddidit opus a Seipso confecto *De Agiographia Primigenia et Traslatitia adiectis ex hebraeo textu divinis testimoniis ab Apostolis et Evangelistis e veteri testamento in novam adscitis revocatisque ad fontes nonnullis Coptico sacris fragmentis*. Romae, 1797, apud Ant. Fulgonium, in 4, pp. 183.

(Cfr. *eius funebre elogium a P. Josepho Giaccone, eiusdem nostri Ordinis in Regia Maritima schola linguarum ac humaniorum litt. professore, confecto*, ac edito, Genuae Typ. Casamara, 1818; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, p. 321; et Hurter, S. I., *Nomencl. Litt.*, T. V, p. 665).

Caracciolo Fr. Iacobus, Neapolitanus, genere patritius, dicitur a nostratibus S. Theol. doctor, verbi Dei praeco valde clarus, philosophus excellens, nec non acutissimus disputator, quo nomine potissimum plurimum valuit in explanandis, atque resolvendis scripturarum quaestionibus. Si fidem damus Crusenio in suo Monastico, Garacciolus noster circa an. 1357 electus fuit Patriarcha Aquilegiensis ab Innocentio VI, sed, morte praeventus, sacram infulam recipere non valuit. Eius meminit in *Chronica Pamphilus* sub an. 1357, f. 58, sed ibi de Patriarchatu nec verbum. Crusenius vero de Patriarchatu Aquilano loquitur, ast in Ecclesiae Hierarchia hic Patriarchatus non existit. Putamus ergo Caraccioli Patriarchatus somnium fuisse Crusenii; sicut somniavit Nicolaus Toppius in sua *Bibliotheca Neapolitana*, Neapoli, 1678, p. 108 illum reponendo sub an. 1500. A scriptoribus Ordinis eius recensentur sequentia, videlicet:

1. *In I, II et III Sententiarum*, quod opus, iuxta memoratum Toppium, olim asservabatur Romae in Bibl. Angelica. Nunc autem illic non amplius existit, nisi inibi sine auctoris nomine lateat.
2. *Tractatus de perfectione specierum*, qui olim asservabatur iuxta nostratem Ossinger in sua *Bibliotheca Aug.*, p. 205, Ratisponae in nostra Biblioth.
3. *Quaestiones disputatae*. ms.
4. *Sermones variarum materiarum*. ms.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 426; Iöcher, *Univ. Lexicon Erudit.*, T. I, col. 1657; Elssius, p. 333; [Pag. 199] Gandolphus, p. 189; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.* T. I., p. 309; Hurter, *Nomencl. Lit.* T. II, (1906) col. 624).

Caratelli Fr. Augustinus a Bucchilerio, S. Theol. Mag., die 23 maii 1670, dum esset Bacc., in Capitulo generali Romano, theses theologicas pro collegio nostro Romano, E.mo Homodeo nuncupatas, propugnavit, sub assistentia R. P. M. Pauli Naldini Patavini, qui ob eximias animi sui dotes, dum in ecclesia virtutis suae specimen plausibiliter dabat, in Definitorio Generali laborum suorum praemium obtinuit. Siquidem electus fuit in Assistentem Italiae. Frater Augustinus vero, iam Papiiae studiorum Regens, an. 1685 interfuit Cap. generali Romae habito ut Discretus Prov. Calabriae Citerioris. Praefatae theses vero ita inscribuntur: *Lectulus Salomonis, quem sexaginta fortes ambiunt; hoc est, Sacra Magni Patris Augustini Theologia a sexaginta Eremitici sui Ordinis scriptoribus scholastice deducta, publice ab eo discutienda proposita*. Romae, Typis Varesii, 1679, in 4.

(Cfr. *Analecta August.* Vol. XI, p. 373, Vol. XII, p. 15, et Narducci *Catal. cit.*, p. 378).

Carcani Fr. Victorius, Venetus, excellens orator, ut in *Catalogo breve degli Illustri Scritt. Veneziani*, Bologna, Giov. Rossi, 1605 p. 86, ait noster Iacobus Alberici de Sarnico, Bergomensis, *plures edidit orationes latinas et vulgares*, praecipue ad Sixtum V et Innocentium IX, quae habentur, refert Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. III, p. 107, in Bibl. Angelica, variis voluminibus

contentae. Obiit Tarvisii an 1602, et in ecclesia S. Margaritae requiescit. (Cfr. etiam Herrera, T. II, p. 507). In Angelica vero eius quae sequuntur orationes tantum invenire potui, nempe:

1. *Oratio in adventu R.mi P. M. Thaddaei Perusini Generalis vigilantissimi Ord. Erem. D. Augustini a puero, tyrone humanioribus in litteris, tirocinii coenobii D. Stephani nomine habito. Venetiis mense Quintili 1579. M. A. R. D. et est sub signo o. 3. 8.*

2. *Quarta oratione ne la quale Theologicamente si discorre intorno all'incarnazione di Gesù Cristo Salvator N. fatta nella città di Rimini l'anno 1581. (Augustino Fivizanio dicata). In Rimini, Gio. Simbeni, 1582 in 4 chart. 17.*

3. *Ad Sixtum V. Pont. Opt. Max. Quinta Oratio F. Victorii Carcani Veneti Augustiniani, Perusiae, apud Petrum Jacobum Petrutium, 1586, in 4, pp. 24, et est ibidem sub sign. c. 3. 21. In huius orationis fronte etiam legitur: Eiusdem Orationum index hanc volventi chartam statim se offert, et en quae sunt: a) De Divae Chatharinae laudibus; b) In R.mi P. M. Thaddei Perusini ad urbem Venetam adventu; c) In comitiis Generalibus Bononiae habitis; d) De incarnatione Domini nostri Iesu Christi vernaculo sermone texta. Insuper habentur: Eiusdem triumphus divini amoris ex metro carmine, et quaedam poemata diverso carmine, quae omnia in lucem edita sunt Venetiis et venundantur ad Signum Castris.*

Carducci Fr. Ioannes Facundus, Senensis, S. Theol. Mag., et seminario Florentino Theologiae professor, anno 1793 Florentiae typis evulgavit *Librum de gratia habituali*. Archiep. Antonio Martini nuncupatum. Die 7 iunii 1806 electus Ordinis secretarius, instante Regis Hispaniarum et Etruriae Reginae ministro, ne a conventu S. Augustini Senal. amoveretur, in eius locum die 6 septembris 1806 suffectus fuit P. Mag. Aloysium Ionni. [Pag. 200]

Carenzano Fr. Albertus, Provinciae Lombardiae clarus alumnus, eiusdemque Definitor, floruit saec. XVII, et coevus extitit Lucae Assarino cuius opera adnotavit. Eius igitur extant: *Annotazioni sopra i luoghi principali del libro 3° e 4° delle rivoluzioni di Catalogna descritta da Luca Assarino*. Extant in iisdem libris. Genovae, 1647, in calce T. V. 9.

Carezano Fr. Angelus, Dertonensis, S. Theol. Bacc. floruit in conventu ad S. Augustini Papias ad an. 1582 ad an. 1602, uti habetur ex *Codice Diplomatico S. P. Augustini Papias*, Vol. IV, a Maiocchi et Casacca edito. Videtur postea ad Pisarum Provinciam ipsum pertinuisse, nam in Tuscia edidit:

1. *Vita e miracoli di S. Galgano Conf. dell'Ordine Eremitano di S. Agostino* etc. In Pisa, 1614, per Giov. Fontani, in 4.

2. *Vita del B. Andrea da Monreale e del B. Ghesi da S. Gemignano dell'Ord. Erem. di S. Agostino*, 1615, in 4.

(Cfr. Moroni, *Bibliografia Storico Ragionata della Toscana*, Firenze 1805, Vol. I, p. 208, et Lanteri *Post. Saec. Sex R. A. T. II*, p. 390).

Carfora Fr. Aurelius, S. Theol. Mag., in oppido Arienzo die 5 februarii 1834 ortus et ad nostrum sacrum Ordinem die 1 martii admissus, sua nuncupavit solemnia vota die 15 martii an. 1855. Memoria, sufficienti ingenio, bonisque moribus ornatus ab omnibus dilectus fuit. Die 17 iunii 1867 Lector fuit renuntiatus, et die 4 aprilis 1883 S. Theol. Magister. Post Ordinum suppressionem apud suos usque ad senectam aetateni vixit et in lucem edidit: *Il 10° Centenario degli 800 BB. Martiri di Otranto, discorso recitato nella Metropolitana di quella città l'11 agosto*. Andria, Tip. Municipale, 1880 in 8.

Cari Fr. Nicolaus, Narniensis, S. Theol. Mag. floruit saec. XVIII ineunte. An. 1693 cum esset Provincialis suae Umbriae Provinciae interfuit capitulo generali Romae celebrato, ac iudex causarum in eo constitutus fuit. Vir doctissimus et religiosa pietate clarus, mortem oppetiit an. 1714. Multa scripsit quae sunt:

1. *Delli gradi dell'unione dell'orazione di Suora Maria Crocifissa. Al Rev.o P. M. Adeodato Nuzzi ex Generale dell'Ord. Erem. di S. Agostino*. In Biblioth. Angelica Urbis, cod. 333, ff. 322, inter folia 1-57. Praeficitur index et haec adnotatio: «ex spolio mag. Nicolai Cari Narniensis Augustiniani auctoris huius operis 1714».

2. *Excercitia spiritualia, Meditationes in Canticum Canticorum, Instructiones pro vita spirituali et religiosa, Canticum sacrae dilectionis, Canticum Cytharaedorum in XII cantica divisum et alia sacra*. Italice, tumultuarie scripta, ibidem inter ff. 58 - 322.

3. *Opusculum quadripartitum super responsione Archiepiscopi de Cambrai ad scripturam de Meaux; quae intitulatur: Relatione sopra il Quietismo*. In eadem Bibl. cod. 334 in fol. ff. 620, inter ff.1 - 50.

4. *De regno Iesu Christi, Dei et agni eius super obumbrationibus Vatum, Beati Ioachim abbatis et Anselmi Episcopi Marsicani. Ad sanctos pastores et principes, moderatores christiani orbis, et ecclesiae Dei primogenitos*. Ibidem inter ff. 51-91.

5. *De obumbrationibus super Vaticiniis praeclarissimorum virorum Beati Ioachim Abbatis et Anselmi Episcopi Marsicani. Ad filios Profetarum*. Partim latine et partim Italice. Ibidem inter ff. 95-556.

6. *Appendice delle Profezie del Pazzo di Cristo all'E.mo e Rev.mo Sig. Card. Leandro Coloredo, diviso in tre parti*: Ibidem, inter ff. 557-620. [Pag. 201]

7. *Vox tonitruui Dei in rota Ezechielis super universa profetia Danielis. Opusculum alterum quadrifarium primo volumini de innovatione mundi adiunctum*. In eadem Bibl. cod. 335, in fol. ff. 483, inter ff. 1-110, eadem manu qua superiores codices.

8. *Ad Sanctissimum Ecclesiae Dei Sponsum Moderatorem optimum Max. Innocentium XII et ad Sacros Principes omnes christiani Orbis illius primogenitos, de Rota Ezechielis Profetae super regnum Nabucodonosor et Ierosolymae*. Ibidem inter ff. 111-293.

9. *Ad omnes totius Christiani Orbis Principes Sanctae Matris Ecclesiae primogenitos, De revelatione pseudoprophetae, ac de innovatione regni Iesu Christi utilis perscrutatio.* Ibidem inter ff. 294-477.
10. *Per quali mezzi potremo giungere allo stato della vita contemplativa.* Ibidem inter ff. 478-483.
11. *De mystico Tobia illuminando in octo partes distributum; opusculum secundo volumini adiunctum.* In eadem Bibl. cod. 336, in fol., ff. 507.
12. *De mystica generatione Tobiae, sive boni Principatus Ecclesiae Catholicae Romanae. Opusculum superadditum operi adiuncto 2° volumini. Adduntur appendices tres a) Barac triumphatus super Sisaram; b) Sisara clavo confossus ad humum; c) Iahel ovans super confossione Sisarae.* Expletum an. 1704. Ibidem inter ff. 113-220.
13. *Prophetiae Vatum recentiorum explicatae, Vol. II, De innovatione mundi, De Vatum recentiorum obumbrationibus, secundum quas mundus innovetur.* Expletum an. 1703. Ibidem inter ff. 221-440.
14. *Expositio in Evangelium S. Ioannis, opus imperfectum.* Ibidem ff. 441-507.
15. *Opusculum quadrifarium super controversia Sinica, Sanctissimo D. N. Clementi XI Pont. Max.* In eadem Biblioth., Cod. 348 in 4. ff. 92.
16. *Sanctum Iesu Christi Filii Dei Evangelium ex quatuor Evangelistis fideliter in unum digestum per R. P. Sac. theol. Mag. Fr. Nicolaum Charum Narniensem, O. E. S. A. Sponso S. M. Ecclesiae Catholicae Innocentio XI Odescalchi Pont. Max dicatum.* In eadem Bibl. cod. 349, in 4. ff. 177.
17. *Dissertatio quadripartita super controversia Missionariorum Imperii Sinarum, opusculum primum ad Clementem pp. XI.* In eadem Biblioth. cod. 651 in fol., inter ff. 173-215.

(Cfr. Narducci, *Catal. cit.* pp. 173, 174, 176, 177, 284).

Cariteo Fr. Andreas, dictus a Negri, *Scritt. Fiorent.*, p. 33, de' Cariteri, coenobii Florentini alumnus, vixit saec. XVI, ac extitit vir magnae scientiae, probitatis et pietatis. Italis Lugduni degentibus verbum Dei praedicavit, et ex optimo ingenii sui thesauro habetur:

1. *Apologia ad Edmundum Augerium Gallum Soc. Iesu.* Excussa Lugduni an. 1570.
2. *Epistola ad Aegidium Viterbiensem* in cod. 1001 Bibl. Angelicae, f. 172.

(Cfr. Andreas Verderius in *Supplemento Epitomes Bibl. Conradi Gesneri*, p. 7 et Ossinger, p. 229).

de **Carmaniola Fr. Alipius**, Pedemontanus, ut Pamphilus f. 85 sub. an. 1460 affirmat, fuit vir doctus, et in habendis sermonibus ad populum aliis sui temporis non inferior. Scripsit: *Sermonum Vol. II, unum super Evangelia, et alterum saper Epistolas totius anni.* Ubi adsunt Sermones in

Evangelia et Epistolas festivitatum B. Virginis Mariae, quos citat Hippolytus Maraccius in sua *Bibl. Mariana*, Vol. I, p. 42. [Pag. 202]

(Cfr. etiam Herrera, T. I. p. 55; Gratianus, p. 20; Elssius, p. 32; Ossinger, p. 207; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 165; et Rossottus, in *Syllabo Script. Pedemon.*, p. 21; nec non Della Chiesa, *Catal. de' Scrittori Piemontesi* etc. p. 10, a quo male dictus fuit de Cariniola).

de **Carmaniola Fr. Christophorus Alipius** idem est ac superior? Clarificare id non potui; certe iste vixit fere eodem tempore, ac fuit de familia **Tesi**. Eius extat Romae in *Bibl. Alexandrina* sub N. c. 151: *Devotissimus panegiricus divae Virgini dictus*, Venetiis, Tacuinus Ioannes, 1506, in 4 parvo cc. 18 et illum dicat: «Reverendissimo Patri theologo praestantissimo Magistro Egidio Viterbiensi totius Ordinis Eremitarum Divi Augustini vicario generali dignissimo Frater Christophorus Alypius Thesius Carmagnolensis».

(Cfr. Narducci, *Giunte all'opera «Gli Scrittori d'Italia» del Mazzuchelli, tratto dalla Bibliot. Alessandrina*, Roma, Salviucci, 1884, p. 17).

Carolus Hyacinthus a S. Maria, vide **Sanguinetti**.

Carrara de Vasconibus seu **de Varonibus Fr. Gerardus**, in castello Serina alta natus, cum annum 21 aetatis gessisset, Bergomi Erem. Familiae nomen dedit, ac postea studiorum causa Lutetiam Parisiorum missus, evasit sacrae Theol. egregie doctus, ac iuris canonici peritissimus. Doctoralem lauream adeptus, theologiam cathedram in illa celeberrima Universitate conscendit, atque Magistrum sententiarum summa cum eruditione est interpretatus. Quamvis autem doctrinae splendore valde coruscaret, multo magis tamen vitae sanctimonia praelecebat. Magna insuper auctonitate in Ordine pollebat; cum esset enim Provincialis Insubricae Provinciae, mense februario et martio an. 1327, et sacrae theol. bacc., delegatus fuit a Priore Generali Guillelmo de Cremona ad iniendas conventiones pro mutuo regimine in conventu S. Augustini Papiae una cum Canonicis Regularibus inibi existentibus, quae conventiones postea approbatae fuerunt in capitulo gen. Grassae an. 1335 celebrato, cui et ipse interfuit, sicut interfuerat an. 1329 cap. generali Parisiensi tamquam Definitor Prov. Lombardiae, et cap. gen. Senensi an. 1338, iam S. Theol. Mag. Quapropter Clemens VI an. 1342 die 1 aug., licet invitum, Savonensi in Liguria Ecclesiae illum praefecit. Inauguratus Episcopus totum se in commissi sibi gregis commodum impendit, maxime cum contagiosa lues an. 1348 et duobus sequentibus totam fere Europam depopularetur. Nam pastor bonus minime dubitans vitam suam in discrimen offerre pro ovibus suis, huc atque illuc discurrens, lethifero morbo infectis omnia cum spiritualia tum temporalia subsidia ineffabili caritate suppeditabat. Multa deinde perfecit et suae dioecesi et nostro Ordini perutilia. Augustinianis, qui extra Savonae moenia degebant, suis impensis intra urbem coenobium aedificavit, itemque Bergomensem conventum, in quo ipse habitum induerat, plurimum adiuvit. Multis licet pastoralis officii curis distentus, numquam tamen litterarum studium intermisit, atque varia sui ingenui monumenta reliquit. Non sine sanctitatis opinione diem suum extremum Bergomi die 27 iulii 1355 obiit. Nunc en opera ab eo exarata et posteris relicta:

1. *Libri IV in Magistrum Sententiarum*.

2. *Commentarium in VI Decretalium lib. 3 tit. 17 de Religiosis domibus*.

3. *Duo quodlibeta*. [Pag. 203]

4. *Expositio in Cantica Cantorum et in Epistolam D. Pauli ad Hebraeos*, connectens Paulum Apostolum Salomoni et Novum Testamentum Veteri. Inc.: «Alae tuae Cherubim.» Eadem laudat Tritemius c. 612, scribit Fabricius, *Biblioth. Lat. mediae et infimae aetatis*, T. III, (1858) p. 38, et quae praeterea ab Elssio p. 240 commemorantur, vereor ne confecta sint ex verbis Bergomensis *Chronicarum* ad an. 1355 perperam intellectis. Scripsit quoque iuxta Ughellum T. IV, col. 738, n. 34, et Torelli, *Secoli Agost.*, T. VI, pp. 13-16 *vitas Episcoporum Savonensium* suorum praedecessorum quae perierunt.

(Cfr. etiam Pamphilus, f. 56; Herrera, T. I, p. 280; Eysengrein in *Catalogo testium veritatis* (1565) f. 137; Sixtus Senensis, libr. IV *Bibl. Sanctae*, p. 238; Iöcher, in *Lexico eruditorum* (1750) T. I, col. 1698; Gandolphus, p. 132; Ossinger, p. 208; Lanteri, *Eremitae Sacrae Aug.* Part. I, p. 154, a quo haec accepimus; Mazzuchelli, Vol. II, part. II, col., 939; Maiocchi-Casacca, *Codex Dipl. Ord. Fr. S. Aug. Papiae*, T. I, p. 20-74).

Carusi Fr. Bartholomaeus de Urbino, patriae Episcopus, «vir devotione sincerus et fervidus charitate, grandis scientia nec minor facundia» ut illum vocavit celeberrimus iurisconsultus Ioan. Andreas, praeceptores habuit piissimos aequae ac doctissimos nostrates Augustinum Triumphum et Dionysium de Mutina Ordinis Generalem. De illo haec habet Sixtus Senensis in *Bibl. Sancta*, libr. IV, p. 217, edit. Coloniae 1586: "Bartholomaeus Episcopus et civis Urbinas, professione Eremitanus, vir plane doctus et memoriae singularis atque omnia fere Divi Augustini volumina memoria tenens, contexit variis sententiis ac locis Divi Augustini opus ingens duobus tomis distinctum in explanationem totius divinae scripturae, quod opus nuper Ioannes quidam Gastius, deleto veri auctoris nomine, et in eius locum proprio nomine in voluminis fronte praeposito sibi satis impudenter usurpavit; et quod gravius est, transpositis, detruncatis, ac detortis quibusdam eiusdem operis locis ad Lutheranorum haeresim, utilissimum ac piissimum catholici auctoris laborem contaminavit, ei haereseos suspicione notavit". Fuit Bartholomaeus doctor Parisiensis, qui tum Parisiis, tum Bononiae sacram Theologiam ex Augustinianis auctoribus publice explanavit, et amicitia honestatus fuit celeberrimi poetae Petrarcae, qui illum in epistola, quae est 6 libri VIII familiarum, multis laudibus celebravit. Pontificiae auctoritatis validus propugnator ad illam defendendam, atque tutandam, contra Marsilium de Padua, et Guillelmum Ochamum, doctissimum calamum naviter exercuit. Celebratissimum *B. Augustini Milleloquium* a magistro suo Augustino Triumpho inchoatum ipse egregie complevit, quod opus utilitale maximum, ac diligentia accuratissimum adeo placuit Pontifici Clementi VI, ut meritissimum auctorem infula Urbinata remuneratus fuerit, quam die 22 decembris an. 1347 accepit, tenuitque usque ad an. 1350, quo in patriam ex hac vita migravit. Ab eo itaque habentur:

1. *D. P. Aurelii Augustini Milleloquium Veritatis* ad Clementem VI, Lugduni, 1555, per Senetonios fratres in folio. Item Parisiis per Carolum Rouillard, 1645, tomi 2 in fol., a Ioanne Collierio Presbytero Theologo illustratum; item Lutetiae Paris. 1657, per eundem Collierium locupletatum, Typ. Leonardi typographi Regii, Vol. II in fol.; item eiusdem Collierii opera Parisiis, 1672, Vol. II in fol.; ac tandem sub titulo: *S. Aurelii Augustini Milleloquium veritatis, in quo S. Aug. doctrina, mille titulis, seu locis communibus* [Pag. 204] *in ordinem alphabeti*. Brixiae, 1734, vol. 2, in fol. Ms. asservatur etiam in Cod. Vat. Lat. 318, saec. XIV, membr., ff. 1-399, binis coll. exaratum, duobus Vol., atque in cod. Vat. Lat. 519 saec. XIV, membr., ff. 11-545; item in cod. Vat. Lat. 3639;

in cod. Vat. Urb. Lat. 81, saec. XV membr.; in Bibl. Regia Paris. codd. 2119 et 2120, an. 1357 scriptum et in cod. 3639; nec non in Bibl. Coislina Monasterii S. Germani in pratis Benedictorum Congr. S. Mauri.

2. *Index in Milleloquium S. Augustini cum encomiis virorum illustrium de S. P. Augustino*. Codex hic extabat ms. in nostra Monacensi, sed in fine mancus. Saepius prodiit, et forte idem est ac «Tabula omnium epistolarum, librorum, tractatum (sic), omeliarum sive Sermonum [D. Augustini], quia omilia idem est quod sermo, quos perlegi et pro hac compilacione excerpti. Quorum omnium si quis haberet noticiam puto eum posse avertere velut de mari stillam, ita me de magno acervo granum modicum elegisse. Et nedum milleloquium, sed ut ita loquar infinitiloquium facere potuisset» quae asservatur in cod. 1264, membranaceo, saec XV, ff. 72 Bibliothecae Angelicae Urbis. Notandum quod in hoc codice Bartholomaeus dicitur filius Simonis. (Cfr. Narducci, *Index* cit. p. 531-32)

3. *Milleloquium D. Ambrosii*, quod ms. extat in Bibl. Regia Parisiensi in codd. 1767 et 1768, in duobus tomis, impressum fuit Lugduni, 1556 per Senetonios fratres in fol.

4. *De re bellica spirituali per comparisonem temporalis Partes III*. (Deest 3a pars) Inc.: «De re bellica tractaturi decet in huius operis principio lectorem reddere benevolum...». Cod. Vat. Urb. Lat. 880, saec. XIV, membr. ff. 66. Epistola nuncupatoria domino Galasso (i. e. Galeazzo) comiti Montis Feretri, qui iuxta *Saggio di Ragioni* della città di Sanleo, Pesaro, 1758, p. 145, hic Galeatius mortuus est an. 1300. Aliud exemplar huius operis est in Bibl. Regia Parisiensi sub. n° 428. Noster Ossinger, *Bibliotheca August.*, p. 211, certior fieri non potuit an hoc opus distingueretur ab alio eiusdem auctoris eodem fere titulo, quod est:

5. *Opus de pugna spirituali*. Istud inc.: «Dixit Iesus discipulis suis, cum ieiunasset...» et extensum est in forma quadragesimalis. In fine legitur: «Esplicit opusculum de pugna spirituali cum tabula Fr. Bartholomaei de Urbino Ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini Episcopi et Ecclesiae Doctoris egregii, de quo laudetur Deus et eius dulcissima Mater in aeternum». Hic codex asservabatur in nostra Monachii, et opus est omnino diversum ab alio *de re bellica spirituali*, cuius extant alii duo codices, unus nempe in Bibl. Imperiali Parisiensi sub n° 16436, saec. XIV, et alter in Bibl. Angelica Urbis sub n° 67, qui incipit : «De re bellica tractaturus...» et est in forma tractatus, 14 capitulis constans.

6. *Memoriale Militiae Spiritualis*. Ms. in Bibliotheca Bodleiana Oxonii.

7. *De Romani Pontificis, Christi Vicarii, auctoritate, tractatus contra errores quorundam qui tempore Ludovici Bavariae Ducis, contra ecclesiam Christique Vicarium insurrexerunt*. Inc.: «Domine labia mea aperies et os meum detestetur mendacium...». Romae in Ordinis Archivo, ut Pamphilus, f. 53 asserit, ex quo Possevinus et Angelus Rocca, *Opera omnia*, Romae, 1719, T. I, p. 335.

8. *Evangelia Quadragesimae*, teste item Pamphilus, interpretatus est.

9. *Tractatus de quatuor novissimis* ms. Pamphilus i. c. eidem Bartholomaeo Cpus *De quatuor donis*, alii alterum *De quatuor virtutibus Cardinalibus* (quod quidem in Bibliotheca Monacensi ms. existit)

attribuunt fortasse affinitatem habentia cum tractatu *de IV Novissimis*. Ita Schier in Cod. Angelicae Bibl. n° 353 p. 227. [Pag. 205]

10. *Libri Aegidii Romani de Regimine Principum* in compendium ab eodem Bartholomaeo redacti.

11. *Commentarii tam in vetus quam in novum testamentum D. Augustini ex omnibus locubrationibus a nostro Bartholomaeo collecti*, et editi, suppresso veri auctoris nomine, ac in voluminis fronte suo impudenter praeposito, a memorato Ioanne Gastio, Basileensi, Basileae, 1542 apud Heruagium, duobus tomis in fol.; item Venetiis 1543, apud Ioan. Franceium, Tom. II, in 4; et ibidem apud Valgrisium, 1545 in fol. De hac impudenti surreptione a Gastio perpetrata, testantur etiam Theoph. Raimundus: *de bonis et malis libris*, p. 166; Tiraboschi T. V, I. 2, c. 1, n. 13, qui idem contra Oudin de hoc plagio dubitatem statuit, et Vincentius Placcius Hamburgensis in *Catalogo Pseudonimorum*, p. 198; noster autem Antonuccius Eugubinus loquens in sua *Cathechesi* de editionibus huius operis merito scribit: «donec a Religione S. Augustini non fuerit emendata, et denuo impressa cum sua epistola authentica tam in primo quam in secundo tomo, merito comburantur, licet epistola damnati Gastii ablata fuerit». Noster Gandolphus tandem, *Dissertatio hist. de 200 celeberr. August. Script.*, 1704, p. 92-94, probe animadvertit Bibliam Augustinianam a P. Davide Lenfant Domenicano editam fere eandem esse ac praedicta commentaria.

(Cfr. Gratianus, p. 47; Gesner, *Bibliotheca Collecta*, 1574, p. 90; Vecchietti, *Biblioteca Picena*, Vol. II, p. 105-107; Ossinger, p. 210; Fabricius-Mansi, *Bibliotheca* cit., Vol. I, p. 169; Lanteri, *Post. Saec. Sex R. A.*, T. I, p. 79, *Eremitae Sacrae*, Part. I, p. 197; Ughellus, T. II, col. 787, n. 21; Simlerus in *Bibl. Gesneri aucta*, p. 90; Possevinus in *Apparatu Sacro*, T. I, p. 185, et alii).

Caruso Fr. Angelus ex oppido v. *Altavilla Irpina*, Abellinen. Dioec., die 10 aprilis 1870 ortus, vir praeclaris virtutibus praeditus, optimus religiosus, versatili ingenio ornatus, atque amicus fidelissimus (quocum prima iuventa Neapoli, Romae et apud Burgum Bovianum in Tuscia iucundissime versatus fuit, vera fraternitate illi coniunctus) cum an. 1886 suam emisisset professionem, et an. 1892 ad S. Praesbyteratus ordinem ascenderet, die 13 decembris. 1897 Philadelphiam Americae septentrionalis missus fuit, ut inibi emigratorum Italicorum spiritualem curam susciperet, quod et fecit animo vere apostolico. Statim enim ibi scholas pro pueris aperuit, ecclesiam sub titulo «Matris Boni Consilii» fundavit, missiones populares instituit, varios catechismi cursus in anno ordinavit, pauperes sublevavit, errantes a fide ad rectam viam revocavit, alteram ecclesiam a protestantibus acquisivit, ita ut Archiepiscopo Philadelphien. D. mo J. P. Ryan acceptissimus evaserit. Constanter ac assidue verbum Dei praedicavit, et quamplurima Angelus noster scripsit in ephemeridibus, praesertim in ea cui tit: *Il Pensiero*, fortiter in ea evolvens viginti quinque articulis thesim, qua tuitus est necessitatem in scholis docendi italos pueros et puellas maternam Italicam linguam una simul cum Anglica. Aliam quoque ephemeridem fundavit, quam vocavit: *L' Osservatore* et in ea per quinque annos viriliter dimicavit in protestantes, rationes, iura et dignitatem Ecclesiae Catholicae atque Italiae defendens. Scholastica eius opera atque *edita scripta* in Expositione Mediolanensi an. 1906 et in Taurinensi an. 1911, ab illarum iudicibus pro proemis assignandis, [Pag. 206] insignibus ex aere et ex argento honorata fuerunt. In Italiam reversus varia obivit munera, et nunc est Prior conventus Aversani, quem ipse de consensu superiorum et Episcopi primo aperuit. Modo autem prospere ac diu illum Deus sospitet.

Caruso Fr. Clemens, Neapolitanus, natus die 8 sept. 1864 atque agustiniano habitu indutus die 1 febr. 1884, post annum professionem emisit in Congregatione S. Ioannis ad Carbonariam. Die 25 febr. 1888 primam litavit hostiam et est verae pietatis ex corde sectator. Vixit fere semper Neapoli et Andriae, immo vivit, ob eximias eius virtutes religiosas, omnibus carus. Scripsit:

1. *Pia Unione Sacerdotale in onore del Sacro Cuore di Gesù* (cuius piae Societatis ipse fuit fundator et promotor) Andria, Premiato Stab. Fr. Matera, 1906 in 8.
2. *Catechismo sulla bestemmia*, Andria, Tip. Rossignoli, 1917.
3. *Le sette domeniche sacre a S. Giuseppe Patrono dei moribondi*, Roma, Tip. Cuggiani, 1918.
4. *Una Santa Crociata, ossia, Programma antiblasfemo*, Quaracchi, Tip. del Coll. Bonav., 1919.

Casacca Fr. Nazarenus, S. Theol. Mag., primam aspexit lucem in oppido v. *Gradoli* die 2 aprilis 1867, habitumque Augustinianum suscepit Neapoli in coenobio S. Mariae a Bono Consilio die 15 iunii 1883, suam inibi emittens professionem, quae simplex vocabatur, post annum, et solemnem die 21 novembris 1883. Presbyter autem inauguratus fuit die 17 decembris 1892. Studiis cum laude absolutis, Lectoratus gradum obtinuit, sicut, eodem modo, Romae ad S. Apollinaris, de Superiorum licentia, doctoralem lauream in Iure Canonico, atque suo tempore in Ordine Regentis gradum. Facili et concinno eloquio praeditus, ac acre ingenium sortitus, in philosophica, theologica atque iuridica scientia clarus evasit, neque minus valuit in sugestu. In nostris collegiis Romae ac Statuum Foederatorum Americae septentrionalis ad S. Thomae a Villanova prope Philadelphiam laudabiliter nostros iuvenes per plures annos docuit, usque dum, in patriam reversus, S. Theol. Magister fuerit renuntiatus, et Ticinum ad S. Augustini missus. Fuit postea Bononiae de familia constitutus, et P. Aloysio Nicolao Pazzaglia illius coenobii priore demortuo, in illud prioris munus ipse Casacca sufficitur, quod retinuit usque ad mortem, quam oppetiit in patria apud suos, die 30 maii 1923, penes quos, salutis recuperandae causa, sese receperat. Plurium Cardinalium et Summi Pontificis Benedicti XV amicitia honestatus fuit, omniumque admirationem nactus est sive ob praepotens ingenium, sive ob in rebus agendis dexteritatem. Scripsit atque edidit:

1. *De carentia ovariorum relate ad Matrimonium*, New Jork, Wagner, 1903, in 8. Ast prima vice hoc opusculum editum fuit Philadelphiae, H. L. Kilner and co. s. a. et Papiae, Typ. Fusi.
2. *Se il Papa possa eleggere il suo successore*. Milano, Scuola Tip. ed. Artigianelli, 1904.
3. *Il Codice Diplomatico degli Agostiniani di Pavia. Risposta alle osservazioni critiche di G. Romano*. Pavia, Tip. Caio Rossetti, 1906.
4. *Il Codice Diplomatico degli Agostiniani di Pavia, Risposta ad un critico del II Volume*. Roma, Società Editrice Dante Alighieri, 1907.
5. *Orazione Panegirica di Sant' Agostino Vescovo e Dottore, detta in San Giacomo Maggiore di Bologna*. Bologna tip. Carignani, 1908. [Pag. 207]

6. *Monsignor Guglielmo Pifferi dei Romitani di S. Agostino, Vescovo di Porfireone, Sagrista di Sua Santità*. Roma, Tip. Vaticana, 1910.
7. *Note bibliografiche di Cherubino Ghirardacci dell'Ordine Erem. di S. Agostino*. Bologna, Tip. Luigi Parma, 1916, in 4.
8. *Per le Note Biografiche di Cherubino Ghirardacci dell' Ord. Erem. di S. Agostino: Risposta al Prof. Albano Sorbelli*. Bologna, Tip. L. Parma, 1916, in 4.
9. *S. Aurelio Agostino «De utilitate Credendi» tradotto*. Bologna, Tip. L. Parma, 1918, in 8.
10. *S. Aurelio Agostino «De catechizandis Rudibus» tradotto*. Bologna, Tip. L. Parma, 1918, in 8.
11. *Il Papa e L'Italia*, Bologna, L. Cappelli ed. 1919, in 8. Item, *Seconda edizione ampliata*, Roma, 1920, Casa editr. L. Buffetti, in 12. Item in *Hispanicam linguam versum a nostrate* P. Francisco Mier, Valladolid, Talleres tipogr. Cuesta, 1920.
12. *Codex diplomaticus Ord. Er. S. Augustini Papiæ ab eo editus una cum Rev.mo Domino Rodulpho Maiocchi S. Th. D. ab. an. MCCLVIII ad an. MCM*, Papiæ ex officina typographica C. Rossetti. Volumina quinque in fol. edita ab an. 1905 ad an. 1915. Opus est istud magni valoris et quod, ut ait *La Civiltà Cattolica*: «fa veramente onore all'Italia».

de **Casali Fr. D. Ioannes** Ordinis Eremit. floruit an. 1384, et reliquit quoddam opus, ut videtur, *philosophicum* in membrana et in fol. eo ipso anno conscriptum, atque incipiens: «Queritur utrum in moventibus». Asservabatur Venetiis in Bibl. SS. Io. et Pauli Ord. Praed. Plut. III a parte sinistra. (Cfr. I. Phil. Tomasini, *Biblioth. Venetae privatae*, Utini, 1639, p. 26. De illo loquuntur etiam Rossottus in *Syllabo Script. Pedemontii*, p. 322, atque Della Chiesa, *Catologo de' Scritt. Piemontesi*, p. 289. Sub die 1 ianuarii 1376 quidam Baldinus Gastus de loco Iuvenzani, Papiæ consistens, suum condidit testamentum, quo «dedit et ligavit fratri Ioanni de Caxalli ordinis S. Augustini, eius confessori (in nostro coenobio Papiensi commoranti) florenos tres et soldos quatuor papienses, pro missis et divinis officiis celebrandis pro anima ipsius testatoris» (cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex cit.* Vol. I. p. 127). Anno insequenti erat adhuc ibi de familia. Iste fr. Ioannes num est idem ac superior?

Casamassa Fr. Antonius, S. Theol. Doctor, in oppido v. Foiano Valfortore Provinciae Beneventanae die 29 iunii 1886 ex ingenuis honestisque parentibus ortus, atque die 8 decembr. 1902 Augustiniana tunica indutus, die 6 ian. 1904 S. Augustini regulam fuit professus; cumque perspicaci ingenio, tenacissima memoria, corde veraciter sincero, atque optima indole praeditus esset omnium confratrum admirationem in se convertit, spem minime dubiam cunctis suppetitans se in magnum Erem. Ordinis bonum evasurum. Vir scientiarum amator, atque de Augustinianensium alumnorum profectu valde sollicitus, statim ac sua studia, quae dicuntur passiva, explevit, in nostro S. Monicae collegio Romae docere coepit philosophicas ac theologicas facultates sed praesertim patristicam disciplinam. Renuntiatus Lector, Regens, S. Theol. Magister, atque oeconomus generalis Ordinis, suae egregii animi bonitati atque humanitati nihil ademit. Semper suavis, et pius omnes sinceros amicos constanter colit, a quibus vicissim existimatur atque amore eum prosequuntur. Scripsit valde erudita opuscula, nempe: **[Pag. 208]**

1. *I documenti della «Vita Costantini di Eusebio Cesareense»*. Tip. Ist. Pio IX, 1913, in 8.
2. *Der Fromme Christ.*, S. Maria Capua Vetere, 1918. Neapol druck von Giannini 1918. Est collectio precum lingua germanica in gratiam captivorum belli exarata.
3. *Il pensiero di S. Agostino nel 396-397. I Tractatores divinatorum eloquiorum di Retract.*, I, 23, 1 e *l'Ambrosiastro*. Roma, Desclèe et c. ed. Pontificii, in 4.
4. *Documenti inediti per la rivendicazione dei Codici Napolitani*, Napoli, L. Lutrano, 1919.
5. *Il più antico codice della Regola di S. Agostino* (Estratto dai Rendiconti della Pont. Accad. Romana di Archeologia, an. I, 1923). Roma, Typ. Vaticana, 1923, in 8.
6. *I due soggiorni di S. Girolamo a Roma* (Estratto da *l'Arcadia* Vol. V). Roma, Typ. Vaticana, 1926 et alia multa habet prae manibus.

Casani Fr. Alexius, Fivixanensis, S. Theol. Mag., an. 1598 praefuerat Provinciae Apuleae, et interfuit Capitulo generali eo ipso anno Romae celebrato. Reliquit ms. *Memoriale d'ogni suo fatto e di alcune cose di sua patria*.

(Cfr. Gerini, *Mem. storiche di Lunigiana*, Vol. II, p. 123).

Cascia Fr. Philippus, Siculus, S. Theol. Magister, floruit saec. XIX, atque ab eo extant:

1. *Orazione Panegirica di Maria SS. Immacolata in Salemi il dì 8 dicembre 1850*. Palermo, Tip. Meli, 1851.
2. *Orazione panegirica di S. Chiara nella chiesa delle sue monache detta in Salemi da P. Maestro Filippo Cascia, Agostiniano*. Trapani, Stamperia Colaianni, 1855.
3. *Orazione panegirica di S. Agostino detta in Messina il dì della sua festa*, Messina, Tip. Pastori, 1859.

Caselli Fr. Dominicus Antonius, S. Theol. Bacc., floruit saec. XVIII. Ille a Rev.mo P. Thoma Cervioni, Ordinis Generali Priore sub die 11 decembris 1723 facultatem accepit librum edendi, cui tit.: *Il Canto fermo in pratica per uso de' religiosi e religiose ad imparare il canto Gregoriano*. Roma, Chracas, 1724, in 4.

Cassarà Fr. Salvator, orator non spernendi nominis, ex honestis parentibus ortum habuit Gelae in Sicilia die 4 aprilis 1874, ac die 16 maii 1891 in patrio coenobio Augustinianum cucullum induit, sua Deo vota nuncupans die 24 maii 1894. Tribus post annis, die scilicet 19 octobris 1897, Presbyter efficitur, et ex eo tempore fere singulis annis sive praedicationibus quadragesimalibus, sive mense maii aut aliis circumstantiis praesertim in festivitibus B. Mariae semper Virginis, fere in omnibus Italiae urbibus suam vere notabilem eloquentiam, magno populorum cum fructu, audire fecit. Fuit insuper a sua provincia, ceu ut prior nostrorum conventuum tum Panormi tum Cataniae

ceus ut provincialis consiliarius honoribus cumulatus, cum vitae probitate bonarum artium studia coniungeret. Scripsit *Sacrum Quadragesimale* aliasque quamplurimas *orationes*, atque edidit:

1. *L'Immacolata. Parafrasi oratoria del canto Tota Pulchra es Maria, seguita da un ragionamento teologico sopra l'Assunzione*. Palermo, 1907, in 8.

2. *La guerra, barbarie o civiltà? conferenza tenuta in Catania ed altrove*, Catania Tip. Operaia Nicolosi e Giuffrida. 1915 in 8. [Pag. 209]

de **Cassia Fr. Andreas**, cuius fit mentio in Registris Ordinis (Cfr. *Analecta Augustiniana*, Vol. VI, p. 339 et seqq.), fuit S. Theol. Bacc. et Biblicus. An. 1431 ipse erat in Conventu Perusino et inibi legebat librum Sententiarum; die vero 28 decembris 1436 facultatem obtinebat praedicandi, una cum aliquo socio, ubicumque vellet, et an. 1439 sub die 6 februarii, ei imperatum fuit a Priore Generali ut quamdam summam solveret P. Antonio de Luca pro tempore quo illum in praedicatione associaverat. Certe iste Andreas de Cassia ille est, qui opusculum scripsit contra Sanctum Benardinum Senensem circa tabellam, quam concionando elevari iubebat a sibi ministrantibus, in qua depictum cum radiis circum erat sanctissimum Nomen Iesu; concordat enim tempus quo ambo vixerunt. Videtur insuper illum fuisse, de quo, uti legitur in quibusdam chronicis ms. asservatis Cassiae in nostro monasterio S. Ritae, imaginem illius extitisse fertur depictam in antiquo conventu S. P. Augustini illius civitatis hoc cum elogio: «Ven. Fr. Andreas Casotius de Cassia, divini verbi Praeco efficacissimus, scripsit tractatum apologeticum, ex quo maxima diligentia scripturarum ipsum decoratum fuisse liquet». Sed hic notandum est quod noster Herrera, T. I, p. 66 et alii, in hac inscriptione legerint *Capotius* et non *Casotius*, uti in cit. Chron. legitur; neque hunc reponi debere saeculo antecedenti eum confundens cum alio Fr. Andrea de Cassia de Muccafore, de quo ipse loquitur, T. I. p. 5, qui extitit «in conventu Cassiano inter viros illustres depictus» quique «ad Turcas dicitur in elogio se contulisse praedicando, et eorum nonnullos an. 1344 in Christo regenerasse». Nunc autem ex Casotio haec habentur:

1. *Apologeticum*.

2. *Liber contra imaginem nominis tabellulae, quae est imago et signum antichristi, nec non contra pseudochristos, ad Martinum, pp. V*. Asservatur Romae in Bibl. Angelica, cod. 341, saec. XV, ff. 61, et in Regia Parisiensi, n. 5700, qui forsitan nunc est cod. Lat. n. 3179 eiusdem Bibl.

3. *Signa ad cognoscendum antichristum*. In eodem cod. Angelico, ff. 54-59b.

4. *Sermo super Evangel. Lucae cap. I*. In eodem Cod. Angelico, ff. 59b-61.

(Cfr. Oudin, *Comment. de Script. Eccl.*, T. III, p. 1331; Iacobilli, *Biblioth. Umbria*, Fulginae, 1658, p. 40; Iöcher in *Lexicon Erud.*, T. I, col. 1731; et Ossinger, p. 213).

de **Cassia Fr. Angelus**, dicitur ab Herrera T. I, p. 66, vir doctus, et in declamandis ad populum sermonibus non inglorius, duo sermonum volumina mss., tam domenicorum quam festivorum reliquit, quae in conventu Cassiano inter alia mss. asservantur; in fine secundi voluminis haec verba subiiciuntur: «Isti sunt Sermones Dominicales, festivi fr. Angeli de Cassia Ordinis Eremitarum S. Augustini». Illum videtur floruisse prima medietate saec. XVI. Probabiliter, iuxta A. Morini, *I Mss.*

della *Bibliot. Com.le di Cascia*, Cascia, 1897, Sermones Angeli Cassiani sunt illi, qui nunc illic adespoti asservantur sub n. 25, saec. XVI, prima medietate, in 8. ff. 171; et alter sub n. 23, qui inscribitur: *Prediche*, anno 1508 exaratae, in 8, ff. 192, vel qui sunt in cod. n. 27, inscripto: *Conciones incerti*, eodem tempore conscriptae, in 8, ff. 136.

(Cfr. etiam Ossinger, p. 214; Fabricius-Mansi, T. I., p. 95; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 390 et Mattioli, *Antol. Agost.*, T. II, p. 54). [Pag. 210]

de **Cassia fr. Bartholomaeus**, vir certe doctus et non parva eloquentia praeditus, floruit an. 1400 in nostro conventu Tarvisino. Sed cum esset animo incostanti, in prima sua vocatione non perseveravit; nam cum Gregorius XII eo tempore approbasset novum quoddam institutum a quibusdam nostris religiosis Senensibus inceptum, quod Canonicorum Regularium S. Salvatoris appellarunt, an. 1412 ad eos confugit, cum illis vixit, et mortuus est. Is itaque stando in conventu Tarvisino inter nostrates edidit sequens opus: *Explicatio in Evangelia* et asservatur Romae in Bibl. Angelica, Cod. 36 (A. 5. 11), saec. XV ineuntis, forsan authogr., in 4. minori, ff. 222, quae explicat: «Anno domini MCCCCX a die 2 mensis iunii usque ad diem XVII mensis iulii dum essem in conventu tarvisino scripsi. Ego frater Bartolomeus de Cassia».

(Cfr. Torelli, *Secoli Agost.*, T. VI, p. 444; Mattioli, *Antologia Agost.*, Vol. II, p. 53 et Narducci, *Catalog. cit.* p. 14).

de **Cassia Fr. Bartholus**, qui Cassiae apud ecclesiam S. Augustini, die 15 septembris 1336, cum esset Lector in Ordine S. Augustini, et Vicarius Rev.mi D.ni B. Mariae in Aquiro Diaconi Cardinalis, cui ecclesia Lateranensi plene erat ab Apostolica Sede commissa, confirmavit privilegium, quod an. 1308 die 24 martii Petrus Capucius Vicarius Archipresbyter ecclesiae Lateranensis concesserat, quo facultas capiendi scilicet locum in solitudine Vallis Nucis, dabatur fratribus Andreae de Cassia et Ioanni de Narsia, lectoribus ordinis S. Augustini. Obiit Cassiae die 25 septembris 1356, ac nonnulla ingenii sui monumenta reliquit posteritati *super lecturas Philosophiae et Theologiae*.

(Cfr. Herrera, T. II, p. 523 ubi loquitur de conventu S. Crucis Vallis Nucis; Iacobilli, *Bibl. Umbiae*, p. 64; Mattioli, *Antologia Agost.* T. II, p. 52, et alii).

de **Cassia Fr. Ioannes**, S. Theol. Mag., cuius fit mentio in Registris Ordinis, Dd., 7 f. 276v, quando una cum aliis in S. Theologia Magistris, Ambrosio de Cora, Ordinis Procuratore, Bartholomaeo de Caletro, Conventus S. Augustini de Urbe priore, Valentino de Perusio et Augustino de Castello, die 7 octobris 1474, rigorose examinauerunt ad Magisterium Fr. Sanctem de Gonessa, memoratur etiam ab Herrera, T. I, p. 473, hisce verbis: «Ioannes de Cassia anno 1480 claruit. Novimus eum ex elogio, quo in conventu Cassiano decoratur». Est huiusmodi: «R. M. Ioannes Paulittus de Cassia eruditione, gubernio plurimum valuit. Clastrum primum penu suo erexit. Anno MCCCCLXXX». Proelo mandavit: *De institutis cenobiorum. De vitiorum remediis. De collationibus patrum*. Venetiis, s. typ. n. an. 1491, goth., ff., 119, 2 coll. 57 II, in fol.

(Cfr. etiam Torelli, *Secoli Agost.*, T. VII, p. 310; Hain, *Repertorium Bibl.* n. 4563; Proctor, n. 5647; Pellechet, n. 3337, et Rosenthal, *Catal.* 150, n. 1297).

Cassici Fr. Angelus Nicolaus, floruit saec. XVIII, cuius extant in cod. 330 (C. 7 Bibl. Angelica, 32) chart. saec. XVIII, *Institutiones philosophicae; Metaphysicarum Institutionum liber; Dissertatio ontologica de Ideis; Theses Augustinianae theologicae et dogmaticae de visibilitate Dei*, et quaedam ex Sacra Scriptura quibus omnibus adglutinatur eius italica epistola ad fr. Angelum Artegiani, eiusdem nostri Ordinis, Venetias, d. Patavii 13 april. 1725.

(Cfr. Narducci, *Catal. cit.*, p. 172). [Pag. 211]

Cassinotto Fr. Augustinus, de Onelia, alumnus Augustinianae Congregationis S. Mariae de Consolazione de Genua, floruit saec. XVI, atque publici iuris fecit: *Dimostrazioni spirituali ritratte dal vecchio e nuovo Testamento. Nelle quali si raccontano molte Historie Sante della Bibbia; Quali lette, daranno non poca allegrezza spirituale. Nuovamente composte dal semplice frate Agostino Cassinotto, dell'Ordine Agostiniano Osservantino, di S. Maria di Consolazione di Genova*. Nel Monte Reale Torrentino, 1566, in 8, pp. 368, cum stemmate in fronte et sex imaginibus xilographicis, quarum ultima repraesentat Vitam et Martyrium S. Catharinae. *Ex catalogo librorum et mss. Bibliothecae quondam Marchionissae Camillae De Fornari-Spinola, Romae Darius G. Rossi, 1896, n. 180.*

Castaldi Fr. Gabriel, Coranus, vixit saec. XVI. Fuit theologus, praedicator celeberrimus, poeta et in dicenda lingua hetrusca gratiosissimus. Extitit ipse testis in processu apparitionis B. Mariae Virginis de Succursu puellae Olivae, quam per *Repraesentationem* primo composuit, quaeque pluribus annis in patria spectante populo recitabatur. Hic labor P. Gastaldi quamvis italice conscriptus, pro titulo tamen habet: *Miraculum Gloriosae Virginis de Succursu per Rev. P. Fr. Gabrielem Castaldi Coranum*. Asservatur ms. in Archivo praedicti Sanctuarii in civitate Corana.

(Cfr. Laurenti Sante, Ord. Min., in *Historia Corana*, Cap. LXII quae ms. asservatur in Archivo Civitatis Coranae).

Castellani Fr. Gratia sive **Gratianus**, nobilis Florentinus, an. 1380 ad suos concives legatus a Summo Pontifice missus est, teste D. Antonino tertia parte historiali. Is erat celebris in S. Theologia Magister et Provinciam Pisanam annis 1391-1393 administravit. Iosephus Pamphilus, f. 73, eum sub an. 1419 et Michael Pociancius sub an. 1431 inter scriptores florentinos reposuerunt. Valde tamen dubito Gratiam usque ad ea tempora supervixisse. A Republica Florentina ad plures Principes missum oratorem Pociancius, in libro *de Scriptoribus Florentinis* affirmat; et id muneris obiisse ad Ioannem Galeatium Ducem Mediolanensem relatio ad me missa testatur. Ita fere ad verbum Herrera, T. I, p. 306; Ossinger vero, p. 346, illum dicit de familia Castellani ac an. 1382 fundatorem conventus in villa Marciallae, Florentinae Dioeceseos. Sunt partus eius ingenii:

1. *Lectiones theologicae.*

2. *Quaestiones super libros Sententiarum*, quae olim asservabantur in nostra ad S. Spiritum Florentiae.

(Cfr. etiam Torelli, T. VI, p. 195 et 329; Elssius p. 245; Iöcher in *Lexico erudit.*, T. II, col. 1138; Negri, *Scritt. Fior.*, p. 315; Fabricius, *Bibl. Lat. mediae et inf. aetatis*, (1858) T. III. p. 79).

de **Castello Fr. Petrus**, Mediolanensis, Provinciae Insubricae alumnus, et S. Theol. Magister, dicitur ab Ossinger, p. 217, vir variis scientiis exornatus, atque orator perfectissimus, qui in exequiis Ioannis Galeatii Ducis Mediolanensis orationem funebrem recitavit, ac propterea florebat an. 1402. Ab eo sequentia extant:

1. *Sermo factus et recitatus in exequiis Ducis Mediolani, Papias, Virtutumque Comitum, Bononiae, Pisas, Senarum ac Perusiae Domini Ioannis Galeaz. an. 1402.* Extat in cod. 1381 Bibl. Trivultianae Mediolani, chart., saec. XV (Cfr. Porro, *Catal. Codd. Mss. Bibl. Trivultianae*, p. 13); et in Cod. 5888, membr. an. 1403 exarato Bibl. [Pag. 212] Regiae Parisiensis, in quo reperitur etiam eiusdem auctoris sequens opus, nempe:

2. *Genealogia Vicecomitum Mediolanensium* quae asservatur etiam in eadem Biblioth. Regia Parisiensi, cod. 9941.

3. *Ecloga ad Franciscum Sfortiam* in eadem Bibliotheca, cod. 6505.

(Cfr. Bernardus Montfaucon. in sua *Bibl. Bibliothecarum Mss*, T. II, col. 1, p. 890; Argelati, T. I, part. II, col. 240 et Lanteri T. III, p. 403).

Castelnuovo Fr. Antonius, Drepanitanus, Ordinis S. Augustini, Sacrae Theologiae Magister, vir in Philosophicis, Theologicis, ac Mathematicis disciplinis doctissimus: ideoque a litterarum praestantia magnam promeruit aestimationem. Munere Vicarii Generalis Ordinis fuit cohonestatus, et S. Inquisitionis in Sicilia censorem egit. Dum ad sublimiora properabat, aetate adhuc florente, e vita, mirabili casu, sublatus est; dum enim Panormi in aedibus Inquisitionis apud Castrum ad Mare esset, ex inopinato eventu, tormentaria pulvis eiusdem Castrum accensa, ingentem peperit ruinam, nosterque Antonius una cum aliis ab aedificiorum lapsu oppressus interiit. Memoranda haec ruina contigit 19 Augusti 1593 ex Iosepho Bonfilio *Hist. Sicil.*, part. 2, lib. 10, p. 665; ex Vincentio Auria in *Histor. Chron. Proreg. Siciliae* p. 67, ubi typographi incuria legitur 29 Augusti, aliisque: non autem an. 1595 ut habet Pirrus *Not. Eccles. Mazar.* p. 547, qui emeritis laudibus Antonium extollit, ut etiam Leonardus Orlandinus in *Descriptione Drepani*, p. 50 et in *Disc. Siciliae*, p. 80, ac Vicentius Nobilis in *Thesouro abscondito pro Deipara Drepan.*, cap. 23 p. 785. Opera eius sunt:

1. *Liber adversus antiqua schismata.* Romae an. 1582.

2. *Regnum Christi, sive de Ecclesia Romana, libri VIII.* Ibidem, 1582.

(Cfr. Ossinger, p. 221; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 382; Mongitore, *Biblioth. Sicula*, Vol. I, p. 59; nec non H. Hurter, *Nomenclator Lil.*, Oeniponte, (1907) T. III, col. 160, qui falso dicit illum obiisse an. 1513).

Castiglione Fr. Aloysius, venerabilis servus Dei, ortum duxit in civitate vulgo *Adernò* prov. Catanensis an. 1804, atque circa an. 1820 Augustinianam regulam professus est. Sed cum vir esset multae orationis, magnae poenitentiae atque mirae obedientiae, uno verbo, regularis observantiae cupidissimus e Sicula Provincia ad Congregationem S. Ioannis ad Carbonariam pertransivit. Confessarium egit monialium S. Francisci Salesii in civitate Minervii, quas etiam ad observandam perfectam vitam communem induxit. Extremum diem obiit cum fama sanctitatis in Neapolitano S.

Mariae Magdalenae coenobio an. 1858 aetatis suae 54 cum esset prior atque magister novitiorum (Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex. R. A.*, T. III, p. 332 et eiusdem *Biografia e scritti inediti per Cosma Lojodice Agost.*, Bologna Tip. Pont. Mareggiani, 1898). In 2a parte hujus opellae inseruntur, ut legitur in Ephemeride *La Madre del Buon Consiglio nelle famiglie cristiane*, an. II, Vol. II, p. 144, «alcune *Poesie sacre* ispirate dall'affetto onde il Servo di Dio ardeva verso Maria SS.ma... trovansi nella terza parte *44 lettere*, dirette la maggior parte dal Servo di Dio a due Suore della Visitazione, che lo chiedevano di consiglio in certe loro spirituali angustie. Queste lettere basterebbero sole per un trattato completo di ascetica nella guida delle anime religiose»; scripsit etiam alia quae sunt inedita. [Pag. 213]

Castiglione Fr. Antonius, Pedemontanus, vir litterarum peritia clarus, atque in publico Taurinensi gymnasio Aristotelicae philosophiae professor, opusculum composuit regulas continentem ad bene loquendum, cui titulus: *Lingua ad modum prudentiae instituta Epistola*, adita, Bononiae an. 1646.

(Cfr. Della Chiesa Franc. Augustinus, *Catal. degli Scritt. Piemontesi* etc., Carmagnola, 1660, p. 27).

Castrucci Fr. Nicolaus, Florentinus, vixit saec. XVI. Fuit egregius orator, atque ab eo extat: *Oratio habita Bononiae... in adventu R.mi et amplissimi Patris Magistri Gregorii Elparensis eiusdem Ordinis Generalis Ministri Opt. Meriti*. Bononiae, apud Faustum Bonardum, 1587, in 4°, quam dicavit Mag. Andreae Cariteo verbi Dei concionatori celeberrimo.

(Cfr. Negri, *Scritt. Fiorentini*, p. 423, et Ossinger, *Bibl. August.*, p. 221).

Catharina Constantia a Iesu, fuit, iuxta Hippol. Marraccium, *Bibl. Mariana*, Vol. I, p. 272, a quo sequentia hausimus, Neapolitana, licet Mantuae nata, habitatione autem Romana, ordinis Eremitarum Sancti Augustini, in praeclarissimo S. Luciae in Silice de Urbe coenobio sanctimonialis, cuius egregias animi dotes, virtutumque ornamenta (ne singularem ipsius adhuc superstitis modestia laudum veritate offendam in praesentia reticeo) scripsit pro bibliotheca nostra Mariana: *Ad Beatissimam Virginem peccatricis animae spem et ducem, Carmina Italica*, quae luce digna extant apud me mss. Vivit Sanctissimae Dei Matris cultui constanti devotione addicta, anno quo haec scribimus 1647.

Catellano Fr. Bernardus, qui floruit saec. XIV, videtur fuisse Iulii Fori, cuius extat sermo ita inscriptus: *Sermo factus in Parasceve coram Summo Pontifice per fratrem Bernardum Chatellanum sacre pagine professorem ordinis fratrum S. Augustini*, qui cum aliis sermonibus adspotis asservatur in Bibliotheca Communi civitatis S. Danielis Iulii Fori in cod. n° 174, chart. in 4°, saec. XIV.

Catolfi Fr. Iacobus, Umber, S. Theol. Bacc. primam lucem accepit die 3 Ianuarii an. 1839. Habitum Augustinianum vestivit die 12 februarii 1854, atque ad professionem admissus die 15 augusti 1855. Studuit Perusiae, Brachiani, Viterbii aliisque in locis. Fuit semper hilaris atque iucundus, bene moratus, ingeniosus et studio sedulo intentus. Fuit etiam suae Provinciae Definitor atque pluribus annis Interamnensem S. Petri paroeciam laudabiliter rexit. Ad meliorem vitam transivit post annum 1896. Praelo tradidit: *Divozione dei quindici sabati rispondenti ai quindici*

misteri del sacro Rosario in onore di Maria SS. della Valle di Pompei, con aggiunta di alcuni tridui per infermo, per qualunque necessità e per ringraziamento. Siena, Tip. di S. Bernardino, 1896, in 24°, pp. 60. Opusculum sine auctoris nomine editum.

Cattaneo Fr. Iacobus a S. Caecilia, Mediolanensis, alumnus Congregationis Discalceat. Italiae, «concionator fuit, inquit Tani in sua *Commentaria* cit., p. 105-106, ex Argelati et Ossinger, insigni aestimatione: quum enim in principibus Italiae urbibus tempore praesertim Quadragesimae sacris concionibus operam daret, adeo sibi audientium animos devincere in iisque motus ciere [Pag. 214] consuescebat, ut nemo multis retro temporibus, maiore aut concursu, aut studio audiri visus fuerit. Cumque dies aliqua solemniter ritu celebranda foret, nemo erat qui in comparanda et exornanda speciosioris pompae oratione in contentionem cum Iacobo venire posset. Item cum viro alicui generis nobilitate conspicuo essent parentalia peragenda, nemini preces adhibebantur, nisi Iacobo, qui defuncti laudes, more suo, funebri elogio publice prosequeretur; in quo praedicandi ministerio septem supra triginta annos se exercuit. In obeundo Provincialis munere summa cum laude se gessit, nedum a Secretis Vicarii Generalis lateri ex fide adhaesit. Obiit Mediolani anno 1737 dum peracto Missae sacrificio orationi vocaret». Sequentia autem tum typis data, tum mss. reliquit opera, id est:

1. *Panegirico fatto in Santa Maria della passione de' Canonici Lateranensi di Milano, nel giorno che l'Ecc.mo Sig. Duca Moles, ambasciatore di S. M. C. vi fece cantare solennissimo Te Deum etc. per la Vittoria di Napoli, 25 luglio 1707.* Impr. in Milano presso il Monza in 4°.
2. *Panegirico della Santissima Annunziata.* Napoli in 4°.
3. *Panegirico della B. Vergine della Porziuncola.* Ibidem in 4.
4. *Panegirico di S. Petronio e di S. Caterina da Bologna.* In Bologna per il Longo, 1719, in 4° et in Piacenza per lo Zambelli, 1724, in 4°.
5. *Panegirici di S. Pellegrino Laziosi e di S. Filippo Benizi.* In Milano per il Malatesta, 1724 in 4°.
6. *Orazione funebre in memoria del Card. Pietro Bruili Vescovo di Bergamo,* Bergamo per il Santini 1728 in 4°.
7. *Discorso per S. Anna recitato in Piacenza nella Chiesa di S. Bartolomeo degli Agostiniani Scalzi, in occasione di una nobile adunanza fattasi in quella chiesa ad onore di detta Santa,* in 4°. Huic sermoni auctor nomen dedit: *Il cambio delle corone,* illumque dicavit Serenissimae Dorotheae Sophiae Neoburgensi, Ducissae Parmae et Placentiae.
8. *Due discorsi per S. Antonio di Padova, I per la B. Vergine delle lagrime di Foligno et alii quamplurimi Sacri Sermones in variis voluminibus contenti* mss.
9. *Prediche quaresimali* item mss.
10. *Poesie italiane e vari oratori* mss. quae omnia asservabantur Mediolani in Biblioteca conventus Augustinensium Discalceatorum ad SS. Cosmam et Damianum, quaeque visa fuere a Philippo

Argelato ut ipse in sua *Biblioth. Script. Mediolanensium.*, Parte II, T. I, col. 401 testatur. (Cfr. et Ossinger, p. 222 atque alii).

Cattaneo Fr. Thomas, S. Theol. Mag., floruit saec. XVIII labente. Typis edidit: *Oratione sacra in onore di S. Eligio, Vescovo di Noyon e di Tournai, protettore degli orefici, recitata dal R. P. Fr. Tommaso Cattaneo, Agostiniano Maestro in Sacra Teologia nell'insigne Collegiata di N. Signora delle Vigne di Genova, il dì 1 dicembre 1783.* In Genova, 1784 presso Felice Repetto in Canneto in 4, pp. 22. (Cfr. Ant. Manno, *Bibl. Storic. degli Stati della Monarchia di Savoia*, Vol. VI. (1898), p. 57).

Cauchi Fr. Alphonsus et Agius Fr. Laurentius, Melitenses, S. Theol. Magistri, primus natus die 15 ian. 1880, in civitate *Valletta*, alter vero in civitate *Vittoriosa* die 6 novembris eiusdem anni, ambo Erem. S. Augustini habitum susceperunt: 1us die 7 iulii 1895, 2us die 7 aug. 1896. Tyrocinio laudabiliter absoluto, Agustinianam regulam [Pag. 215] sunt professi natu maior die 12 iul. 1896, et iunior die 8 aug. 1897. Cum egregio ingenio uterque pollerent ad Urbem vocati fuerunt ut in collegio S. Monicae studia iam bene incepta consultius atque utilius tenerent ac perficerent. Ast Agius nostalgia laborans Melitam repetere post aliquot menses coactus fuit. Presbyteri effecti hic Melitae ille Romae ac postea a studiis absoluti, rigoroso periculo facto, uterque Lectores nominati sunt; deinceps Regentes ac in S. Theol. Magistri renuntiati, pietate, moribus ac doctrina spectabiles, docendi muneri sedulam navant operam. Interim a P. Cauchi habetur: *Oratio inauguralis habita in comitiis Provincialibus Patrum Augustiniensium Provinciae Melitensis IV Kal. maii MCMXIV celebratis in Vallettana coenobio, Praesidente R.mo P. Mag. Camillo Butti, Procuratore Gener. O. E. S. A. Melitae*, 1914, Typ. C. Manstre et Son.

A P. vero Agius haec typis data sunt:

1. *Historica et critica disquisitio de Petri in Urbem adventu*, Melitae, ex Typ. Empire, 1916.
2. *Oratio inauguralis in comitiis provincialibus Patrum Augustiniensium in Vallettano coenobio, paseside Ad.m Rev. P. Mag. Aloysio Muscat, an. 1917 celebratis.* Melitae, Typ. Ioan. Muscat, 1917.
3. *De indulgentiis tertio Ordini saeculari Augustiniensium concessis: lingua Melitensi.* Melitae Typ. Empire, 1924.

Cavalcanti Fr. Ildobrandinus seu melius **Aldobrandinus**, florentinus, fundator extitit conventus nostri S. Spiritus Florentiae anno 1250. Regebat antea monasterium Ordinis nostri S. Matthaei in Lepore nuncupatum quod tenent nunc Patres Carmelitae excalceati, extra florentinae urbis portam quae Senas ducit et ad sinistrum latus haud procul a regio rure, cui nomen *Imperialis*. Tanta Ildobrandinus ob sapientiam ac probitatem existimatione pollebat, ut e vicinia in urbem cum suis venire ardentissimis Florentinorum votis cogeretur. His autem annuens Ildobrandinus anno Christiani aevi 1250 in urbe Florentia amplissimi Conventus nostri ultra annum iecit fundamenta. In novis aedibus aliquandiu vixit civibus omnibus acceptissimus, sibique litterariis quoque monumentis famam haud vulgarem apud posteros comparavit. Nec potuerunt Archivorum nostrorum incendia, fratrum incuria, atque edacitas temporum omnes hujus viri delere memoriam. Inter scripta enim Bibliothecae Florentinae adinveni amplum doctissimumque volumen, huic Ildobrandino adscribendum; hujus voluminis, ne forte in oblivionem prorsus abeat, hoc in loco

titulum opponere cogitavi; est autem hujusmodi: *Fr. Ildobrandini Tusculiber qui inscribitur Scala, in quo agitur de fide, spe et caritate*. Inveni hanc memoriam in quoddam ms. nostri Archivi Generalis Ordinis, saec. XVIII ab anonymo florentino nostro fratre illuc una cum aliis documentis transmissam, quae inibi in miscellaneis asservatur. Quae in ea de fratre Ildobrandino, conventus florentini S. Spiritus fundatore dicuntur, sunt certissima. Extant enim documenta in florentino Archivo Status, quae id latissime probant. Ex his cernitur Ildobrandinum an. 1233 favore sui conventus S. Matthaei de Lepori (v. Arcetri) de ordine Eremitarum S. Augustini a Priore et Canonicis S. Stephani in capite Pontis quaedam praedia comparasse; item quod ipse die 23 iulii 1250 in ipsa florentina civitate terrenum emisset pro fundatione Ecclesiae et Conventus S. Spiritus; quod an. 1255, fratre Ildobrandino Sindico, Conventus et Ecclesia praedicta iam vita iuridica gauderent; quod et forti pectore [Pag. 216] restitisset iudici Guidotto de Orio, qui eum ad tribunal civile ad comparandum citaverat, unde exilio multatus fuit. Eruiatur etiam illum post damnationem in nostro Perusino conventu sese recepisse, et inibi an. 1265 adhuc vivere (Cfr. Bellandi in *Bollett. Stor. Agost.* an. I et II). Sed fuit ille de Cavalcantium familia ut in citata memoria asseritur? In dictis documentis nunc editis in *Analectis Aug.*, Vol. XII, pp. 94-108, praenominatur *Fr. Cambius*; non fuit ergo de Cavalcantis familia, sed de Cambiis ex parte Guelpha. Insuper eius amplum ms., cui nomen *Scala* in conventu florentino existente usque ad saec. XVIII, ubinam nunc invenitur? Haec explorare non valui.

Cavalcanti Fr. Aldobrandinus alter, nobilis Florentinus, claruit, aiunt nostrates historici, an. 1385, et inter primarios sui temporis Augustinianos doctrina quammaxime enituit. Fuit in primis theologus magni fastigii, atque summae auctoritatis concionator, qui nedum coevos egregie concionando, verum etiam posteros optimis editis concionibus ad aeternae salutis viam persequendam, est adhortatus. Commendatur etiam insigni pietate, atque integerrima vitae conversatione, nec non singulari quodam animarum zelo, quarum lucrum dumtaxat, non autem inanem aurae popularis sonitum suis sermonibus expetebat; quare a Gandolpho «concionator fervidus et fructuosus» iure appellatur. Haec ex P. Ios. Lanteri in *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. I, p. 222; sed en quae ab eo in lucem emissa fuere:

1. *Sermones quadragesimales*, quorum initium: «Convertimini ad me...», qui olim servabantur mss. in nostra Bibl. ad S. Spiritus Florentiae.
2. *Sermones festivi sive de Sanctis*, incipientes: «Venite post me faciam vos etc. in verbis propositis quantum ad solemnitatem B. Andreae, duo considerata occurrunt: primum invitatorium amoris, secundum officium honoris...».
3. *Sermones dominicales et historiales*, qui, teste Bernardo Montfaucon in *Bibliotheca Bibliothecarum* Mss. T. I, p. 506, mss. asservantur Mediolani in Bibl. Ambrosiana, quique ab eodem Aldobrandino citantur in fine aliorum suorum sermonum scribens: «si vis plus loqui de Epistola, vel de Evangelio, quaere inter sermones dominicales et historiales».
4. *Commentarium in Apocalypsim* sub nomine cuiusdam Aldobrandini in Bibl. S. Antonii Canonicorum Regularium Venetiis, sed num sit nostri, exprimere Montfaucon non audet. In indice Tomasini eiusdem S. Antonii Bibliothecae adinvenire non potui, nisi forte illa sit Pluteo 14 expositio in Apocalypsim cuius initium: «Nullum huius initium...», membr. in 8.

(Cfr. Pamphilus, f. 63; Gratianus, p. 13; Torelli, T. VI, p. 220; Elssius, p. 26; Gandolphus, p. 41; Ossinger, p. 223; Negri, *Ist. Script. Florentini*, p. 12; Hurter, *Nom. Lit.*, T. II, p. 1260; Herrera, Possevinus, Pociantius, Verderius, Maraccius et alii).

Cavalcantini Fr. Guillelmus, alumnus Provinciae Pisarum, sed per professionem coenobii Florentini filius, vir sacris profanisque litteris apprime excultus, vixit saec. XVII, et ex variis auctoribus concinnavit: *Vitam S. Guillelmi Aquitaniae Ducis, Comitis Pictaviensis, et Postea Eremitae Augustiniani*, impressam Florentiae, an. 1605, apud Volemarum Riman, in 8. Haec ex Iulio Negri, *Script. Florentini*, p. 317, et ex Ossinger, p. 224. [Pag. 217]

Cavalcantini Fr. Ioannes Baptista, Florentinus, vir moribus candidus et doctrina clarus, uti vocatur ab Ossinger, ad indagandas vitas Beatorum Ordinis nostri indefessus laboravit. Floruit saec. XVII, et scripsit: *La vita o breve relazione del B. Chese da San Miniato Eremita Agostiniano*. Firenze coi tipi di Valemaro Riman, 1605. S. B. Ghesi ossa adhuc Lucae sub altari condiuntur et ad eius sepulchrum sequentes leguntur versus: «Hoc Eremitarum tumulo pie condite Ghesi Samminiatensis, Christoque fidelis Protege prece tua Lucanos ac Patriotas».

(Cfr. Herrera, T. I, p. 278; Negri, *Scritt. fiorentini*, p. 224; Ossinger, p. 224 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 422).

Cavalieri Fr. Ioannes Michael, Bergomensis, et inter Bergomates scriptores, ut in eius operum eleganti typographi praefatione legitur, «qui sane et magno numero sunt, et doctrinae praestantia longe celeberrimi, P. Io. Michaellem Cavalieri Augustinensis inclytae Familiae decus non ultimum nemo est qui nesciat excellere. Qui vel cum illo consuetudinem iniere, vel etiam sunt eum aliquando alloquuti (hos inter docti fere omnes viri in illis urbibus commorantes, quas dum visitoris apud suos, ut aiunt, generalis munere fungeretur, necesse ipse fuit adire) doctrinam in eo demirati sunt morum sanctitati prudentiae et humanitati parem, summam scilicet ac plane singularem. Verum extabit monumentum aere perennius, ut Horatii verbis utar, quod posteritati universae tantam Ioannis Michaelis doctrinam commendabit, insigne, inquam, illud in authentica S. Congregationis decreta commentarium. Nimirum hoc uno factum est ut Benedictus XIV, omnium quidem disciplinarum eruditione praestans, sacrorum tamen rituum scientissimus, eorumque amplificandae doctrinae studiosissimus... P. Cavalieri cum Romam accessisset, adque eius pedes advolveretur, omni officiorum genere sit prosequutus, illiusque eruditionem maximis laudibus praedicavit. Quod dum ipse mecum reputo, tantique Pontificis testimonium, ut decet, expendo, illud affirmare non dubito P. Io. Michaellem nominis immortalitatem apud posteros consequuturum, nullamque aetatem opus eximium, quod ipsi doctissimi Pontificis benevolentiam, existimationemque conciliavit, silentio atque oblivione obvoluturam». Item in Dictionario historico ex gallico in italicum sermonem translato, atque Bassani edito anno 1796 haec de eodem Cavalieri leguntur: «Fu uomo di molto studio e di rara erudizione, specialmente in materie ecclesiastiche. La principale sua opera di cui fu il primo autore e per la quale sarà egli sempre in estimazione presso gli studiosi de' sacri riti é: *Commentaria etc.*». Hoc idem opus ab auctore nuncupatum fuit Benedicto XIV viro harum rerum scientissimo, qui propterea meritissimum auctorem summo in honore habuit. Extremum diem obiit anno 1757 cum universali omnium doctorum moerore ac praesertim praefati Pontificis, cum natus fuisset Bergomi circa finem saec. XVII. En autem quae ab ipso scripta et edita fuerunt:

1. *Commentaria in authentica Sacrae Rituum Congregationis Decreta ad Romanum Breviarum, Missale et Rituale attinentia*, Brixiae, ex typ. Vendramini 1743-45, vol. 4, in 4.; Bergomi, apud Lancillottum et Santinium, 1748-51, vol. 4, in 4°; item sub titulo: *Opera omnia liturgica sive commentaria* etc. Venetiis, Typ. Remondini, 1758, Tomi 5 in fol.; item Romae, 1758, vol. 2 in fol.; item Augustae Vindelicorum, 1764, Tomi 5 in 2 Vol. [Pag. 218] in fol.; item Bassani et Venetiis, 1778, T. v in fol.

2. *Liber*, italico idiomate scriptus, *de sacro cingulo B. Mariae Virginis de Consolatione*.

(Cfr. Ossinger, *Bibl. August.*, p. 224; Lanteri. *Postr. saec. sex*, T. III, p. 274; Hurter, *Nomenclator Lit.*, T. IV, col. 1651).

Cavalli Fr. Ioan. Baptista Ord. Erem. S. Aug. floruit saec. XVII. Fuit hic Venetus aut Clodiensis? Fuit certe S. Theol. Mag. et dicavit eius sequens opus cuidam Episcopo, cuius stemma adornat hujus voluminis frontem: *Practica de' Confessori, per ben amministrare il Sacramento della Penitenza*, ms. et asservatur in Cod. 167 authographo Bibl. Monasterii S. Michaelis Venetiarum. (Cfr. *Catal.* hujus Bibl. edit. a Mittarelli).

Cavallucci Fr. Augustinus, Fulginas, alumnus Provinciae Umbriae, floruit saec. XVI labente et saec. XVII ineunte. Fuit S. Theol. Baccal., vir doctus et probae vitae. Typorum ope publici iuris fecit: *Vita della B. Rita da Cassia*, Siena presso Matteo Florino, 1610 in 4: quam in latinam linguam versam ediderunt etiam Patres Bollandiani, die 22 maii, T. v. p. 224.

(Cfr. Iacobilli, *Catal. Script. Provinciae Umbriae*, p. 56; Elssius, p. 88; Ossinger, p. 225; Gandolphus, p. 368; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. August.*, T. II, p. 394).

de **Cavis Fr. Marianus**, falso a Toppio in sua *Bibl. Neapolitana*, p. 205 et a Riccio Minieri, *Memorie Stor. degli Scritt. del Regno di Nap.* (1844), p. 201, dictus de Cavis Thyrrrenorum, cum natale eius oppidum Cavarum sit in Latio, Praenestinae Dioec., fuit Provinciae Romanae clarus alumnus, ac vir theologica scientia, oratoria et poetica arte spectabilis. An. 1493 iam erat Bononiae Lector, ac inibi die 25 augusti 1495 renuntiatus Bacc.; an. 1505 iam in S. Theologia Magister, et suae Romanae Provinciae Praeses, interfuit Capitulo Generali Perusiae celebrato, quibus capitulis etiam adstitit Venetiis an. 1519 ut Definitor suae provinciae; Neapoli an. 1539 loco et vice Vicarii Congregationis Andreae Proles; Romae an. 1543, ubi coram patribus, «eruditus et facundus Marianus Cavensis, ut scribitur in actis, copiosissime de numero septenario dicens, septem gradus assignavit quibus in coelum ascenditur»; ac insuper Arimini an. 1555, ut Provincialis suae Provinciae, in quo generali capitulo, die 30 maii «magnam in dicendo vim et doctrinam se habere ostendit, feria quinta, ut habetur in actis, Venerabilis Magister Marianus Cavensis, sicque evangelium explicuit ut nil amplius desideraretur»; et «die prima Iunii, Sabato et vigilia Pentecostes denuo peractis sacris, in ecclesia omnibus congregatis et consedentibus, vir insignis, Ven. Magister Marianus Cavensis, sugestum scandens, de dignitate, salute, capite augustinae familiae eligendo, ita pronte et egregie dixit ut omnium astantium plausu, commendatione plurima dignaretur»; et tandem Venetiis an. 1559, ut Romanus Definitor. Post haec nihil aliud de eo scimus, nisi quod in bona senectute obierit. Quae ab eo edita supersunt, sunt:

1. *Fr. Mariani Cavensis ord. S. Aug., Triumphus Montium*, libri VI ad Iulium III, ipsius A. manu aucti et emendati. Asservantur Romae in Bibl. Angelica, Cod. 928 (R. 4-18), chart. in 4, ff. 103; praeit dedicatio: «Divo Iulio tertio Pontifici optimo maximoque humilis servolus frater Marianus Cavensis eremita. S. P. D. Tua ipsius excellenti», d. Cavis, KaL maii 1551. Inc. lib. I: «Pastores ovium, pascentes prata capellas». [Pag. 219]

2. *Epigramma in laudem Io. Mariae Velmatii auctoris Poematis de Laudibus Italiae*, et hujus ad illum responsio (Cfr. *Catal. Codd. Latinorum Bibl. Laurentianae Aug. Mariae Bandini*, T. II, col. 96, cod. LVI).

3. *Oratio habita in Comitibus Generalibus Ariminensibus de Priore generali Ord. Erem. S. Augustini eligendo*, edita in *Analectis Augustinianis*, Vol. IX, pp. 398-403.

Eius mentionem faciunt praedicta *Analecta* Vol. VIII, pp. 44 et 449, Vol. IX, pp. 13, 32, 33, 57, 117, 123, 246, 271, 397, 410; A. Torelli, *Sec. Agost.*, Vol. VIII, p. 337; Herrera, T. II, p. 96; Ossinger, p. 225; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. II, p. 180; Narducci, *Catal. cit.* p. 395).

Cavuzi Fr. Augustinus, Cremonensis, quem Herrera, T. I, p. 53 et Torelli, T. VI, p. 677, *de Cautiis*; Ossinger, p. 225 *de Cavuciis*; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 383 *de Caruciis*, et Codex Vat. Capp. 3, f. 125, *Camicii* vocant, fuit insignis verbi Dei declamator, S. Theologiae magister, et hac in scientia praestantissimus. In Registris Ordinis reperitur an. 1431 et an. 1432 illum Magistrum Regentem fuisse conventus Genuensis, postea scribam sive secretarium Prioris Generalis, et die 26 iulii 1434 in illius favorem datam fuisse sequentem dispositionem: «Declaravimus per litteras M. Augustinum de Cremona datas, Deffinitionem in Capitulo Mantuano factam, quod magistri qui triennio non legerunt careant subsidio provinciarum suarum, ad ipsum minime extendi, qui occupatus in negotiis Ordinis a R.mo P. Generali, cuius erat scriba, suum magisterium accelerare coactus est. Quare volumus et mandamus ut ipse habeat quod ceteris M. a provincia dari consuevit». (*Reg. Dd.* f. 11, et *Analecta Aug.* Vol. VI, p. 345). An. 1438 erat Vicarius et officialis Episcopi Cremonensis Venturini de Marnis. Non constat quando obierit. Sequentia ab eo relicta fuere:

1. *Sermones praedicabiles M. Augustini de Cremona Ordinis Heremitarum S. Aug.*, qui mss. asservabantur in Bibliotheca conventus S. Augustini Cremonae, uti testatur Possevinus in *Apparatu Sacro*, T. III in Appendice, qua refert catalogum eiusdem Bibliothecae.

2. *Commentarium in Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam*.

3. In Bibl. Vat. Cap., cod. 3, saec. XV, inter ff. 18b, 23b et 125-128, habentur duo *Sermones* eiusdem, et sunt: *Sermo in coena Domini habitus Cremonae a M. Augustino Cavutio Ordinis heremitarum Sancti Augustini. 1447*. Inc.: «De summo omniumque dignissimo...»; et *Oratio in funere Francisci Sfortiae*, quae inc.: «Sentio id mihi hoc loco accidere...». In fine legitur: «Fratris Augustini Camicii (?) sacre Theologie professoris Cremone habita XI septembris MCCCCLXVII». (Cfr. et Arisi, *Cremona Lit.* T. I, 243 atque alii).

Cazzuli Fr. Augustinus, Cremensis, maxime floruit pietatis laude, gloria praedicationis, regendique dexteritate. Adhuc iuvenis, induit enim Augustianum habitum an. 1441, una cum

Bartholomaeo germano fratre, sibi vitae sanctimonia penitus aequali, in Bergomensi coenobio regularem disciplinam instauravit. Filius Insubricae Congregationis in capitulo Ferrariensi an. 1451 Vicarius Generalis renunciatur, et ut in officio confirmaretur Generalis Prior Iulianus de Salem Patribus Capitularibus Cremae congregatis sub die 4 febr. 1452 haec scripsit: «Veruntamen toto corde hortamur vos ut Fr. Augustinum de Crema, quem rectorem pervigilem et gubernatorem perspicuum cognoscimus, ac dignum circumspecta providentia, [Pag. 220] ac vitae probitatis, ut a fide dignis viris accepimus eundem Vicarium vestrum reeligere dignemini, non obstantibus quibuscunque constitutionibus; et diffinitionibus per nos factis in Monte Speculi, quia clara virtutum suarum merita eundem nobis repraesentant, ut ad vestrorum regimen de eodem inclinemur». Et reelectus quidem fuit septies, videlicet usque ad an. 1488. At cum Divina Clementia grandem praedicationis gratiam ei contulisset, adeo ut ubicumque praedicasset maximum concursum populi ad eum accessisset, ideo Vicarius Generalis Ioannes Rochus sub die 3 iulii an. 1461 amplissimas facultates ei tribuit. Praeterea monialium Augustinensium monasterium in quo centum sacrae virgines debebant, in patria aedificavit, eique etiam laudabiliter praefuit. Multa quoque flagravit gratia apud Blancam Mariam Mediolanensium Ducissam, quae propterea illum tum consiliarium, tum etiam ad varios principes, atque ad Pium II legatum adhibuit. Pie obiit Cremae an. 1495 religionis suae an. 54. Post obitum, beati nomine ac imaginibus decoratus fuit. Scripsit, quae sequuntur:

1. *Ephemeris seu de origine Congregationis Lombardiae, de eius impugnatoribus, et de eiusdem incremento*, opus Vicario Generali Benigno de Ianua nuncupatum, quod ut typis ederetur decretum fuit in Capitulo Generali Eremitarum, an. 1523 celebrato.

2. *Divi Ioannis Boni Mantuani Ord. FF. Erem. S. Augustini in Provinciis Romandiolae, Lombardiae ac Venetiarum primi Instauratoris ac fundatoris Historia*. Ad Ill.mum Principem Federicum Gonzagam Mantuae Marchionem 1484.

3. *Divi Pantaleonis Mart. eiusque brachii translationis Historia*. Cremonae, Bernardinus de Misintis et Caesar Parmensis, 1493, die 8 aug. in 4; 8 ff. 39 II., char. roman. «Ad magnificam et gloriosam Cremonensem Communitatem...». Asservatur Londini in British Museum, C. 25-12; Neapoli in Bibl. Nation. III, C. 42; et Mediolani in Braidense (v. Brera) AK. IX 37. (Cfr. Hain-Copinger 774). Et italice: *Historia del Martirio del glorioso Sancto Pantaleone*, Cremona, Bernardino di Misinti e Cesaro da Parma, 1493 a dì 18 di agosto, in 4; 2 coll., 39 II. char. Roman; f. 2: «Ala magnifica Comunita de Crema... [E]ssendo io anchora molto gioveneto, o huomini Magnifici, ispirato dal supno dio rector del cielo intrai in la sacra Religione dil sanctissimo padre Augustino...». Mediolani in dicta Braidense, Inc. A. K. IX. 37 (2). (Cfr. Reichling in appendice ad Hainii Copingeri, n. 1455).

4. *Libro de vita contemplativa, lettione, meditatione, contemplatione, scala del paradiso intitolato: con adaptatione mistica dell'histoire divine et expositione de suoi misteri et excellentissimi sacramenti*. In fine: Repertorio Alphabetico dell'istoria etc. in 4. (s. l. et n. typ.).

(Cfr. Torelli, *Sec. Agost.*, Vol. VII, pp. 438-442; Calvi, *Delle Mem. ist. della Congr. di Lombardia*, p. 63 et seqq.; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 169 et in *Addit. ad Crusenii Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 489).

Cecconi Fr. Ioannes, de Monte Cassino de quo Cristianus Iöcher in *Lexico Eruditorum*, T. I, col. 1792 et ex eo noster Io. Felix Ossinger in sua *Bibliotheca*, p. 226, evidenter a Iöcher deceptus, alius non est nisi Fr. Joannes a S. Guillelmo, qui fuit filius cuiusdam Cecconis Nicolucci et Franciscæ de Monte Cassiano, cuius sunt opera quæ prædictus Iöcher tribuit isti supposito fratri Ioanni de Monte Cassino, qui unquam in nostro Ordine extitit. [Pag. 221]

Censini Fr. Nicolaus, Cortonensis, floruit in schola conventus Montis Sancti Savini saec. XVIII, cuius extant:

1. *Aristotelicae Logicae tractatus*, Florentiae in Bibl. Nation. (*fondo Magliabechiano*) Cod. cl. V, n. 47, chart. in 8, saec. XVIII, ff. 259, proveniens ex Biblioth. conventus cortonensis Augustinensium an. 1788.

2. *Metaphisicae tractatus*. Ibidem, cod. clas. V, n° 49, chart. in 8, saec. XVIII (an. 1723) ff. 222, ex eadem derivatione an. 1788.

de **Cento Fr. Deodatus**, Augustinianae provinciae Etruriae alumnus, floruit saec. XVII, eiusque habetur: *Discorso in materia dello Sternuto all'Eminentissimo Sig. Cardinale Alessandro Cesarini*. Asservatur Florentiae in Bibl. Nation. (*fondo Magliabecchiano*) cum stemmate Card. Cesarini.

Cepi Fr. Nicolaus Hieronymus, Romanus, an. 1700, cum iam esset in Sacra Theol. Magister constitutus, Neapoli in ecclesia S. P. Augustini, sacram quadragesimam prædicavit quod et fecit Patavii magno cum plausu an. 1714. Quippequi magna erga S. Nicolaum Tolentinatam clareret devotione, illam in operibus de eodem Sancto conscriptis satis ostendit. Fuit in Ordine Generalis Assistens, et S. Congregationis Indicis consultor. An. 1733 adhuc in vivis erat, nam interfuit uti ex Assistens Generalis, generalibus Comitibus Romae hoc anno celebratis, et en opera ab eodem scripta:

1. *Trecento meraviglie et una operate da Dio per li meriti del glorioso Padre S. Nicola da Tolentino*. In Roma 1710 nella Stamp. di Giov. Francesco Buagni in 8.

2. *Il sangue miracoloso del Santo Protettore di S. Chiesa Nicola da Tolentino dell'Ordine Erem. di S. Agostino*, Roma, 1713 in 8, et ibidem an. 1725 pariter in 8.

3. *Epitomen Logicae e fundamentis Doct. Aegidii Columnae Romani erutae*, Romae an. 1712, Typ. Fr. Gonzaga, et iterum, 1714, 1717, 1798, in 12.

4. *Gli stimoli Mabilloniani per muovere li religiosi ad applicare agli studi*. Roma, Mainardi, 1725, 1 vol, in 8.

5. *La scuola Mabilloniana, nella quale si trattano que' studii che possono convenire agli ecclesiastici, con una lista delle principali difficoltà che si trovano nella lettura de' Concilii, de' Padri e dell'Istoria*. In Roma per Antonio de' Rossi, 1727 in 8.

6. *La vita del Padre D. Giovanni Mabillone, Monaco Benedettino della Congregazione di S. Mauro, e Consultore della Sacra Congregazione dell'Indice, scritta la prima volta in lingua*

francese dal P. D. Teodorico Ruinart, di poi in latino dal P. D. Claudio de Vic. Monaci dell'istesso Ordine, e ora in Italiano dal P. Maestro Nicola Girolamo Ceppi Agostiniano, Consultore della medesima S. C., Romae in Bibl. Angelica, Cod. 497, in fol., ff. 214. In calce est approbatio Francisci Bianchini die 12 ian. 1720, in qua ut praelo tradatur translatio haec licentia continetur. Prodiit vita haec gallice Parisiis an. 1709 et latine Patavii an. 1714.

(Cfr. Ossinger, p. 226; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, 158, et Lopez Bardon, *Additamenta ad Crusenii Monasticon*, T. III, p. 450).

Cervioni Fr. Thomas, Archiepiscopus Lucensis, de Monte Ilcino in Hetruria, haud obscuro natali, ortum habuit die 15 martii 1672. Ordinem Augustinianum amplexatus, studiorum curriculis confectis, per consuetos gradus ad lauream magistralem pervenit. Fuit et Ordinis Secretarius sub Priore Generali Adeodato Summatico, et an. 1720, die 1 maii, morte interveniente P. Mag. Io. [Pag. 222] Andreae Zuffi Generalis Procuratoris, in eius locum sufficitur, atque die 7 decembris eiusdem anni vita pariter functo P. Mag. Adeodato Nuzzi, totius Ordinis Vicario Gen., ipse P. Thomas Cervioni eiusdem Ordinis supremum regimen obtinuit. In accepto munere autem deinceps confirmatus fuit in comitiis gen. Romae habitis an. 1721. Ast Generalatus sexennium non complevit, nam die 3 iunii 1726, Episcopatu Faventiae in Romandiola praefectus extitit; et an. 1729 die 7 februarii a Benedicto XIII ad Archiepiscopatum Lucensem translatus fuit. Sed sui Archiepiscopatus regimen Thomas suscipere non valuit; ex eo quod Reipublicae Lucensis Optimates eo tempore male florentinorum nomen audiverint; idcirco ad omnem quaerimoniam de medio tollendam Clemens XII, die 31 maii 1731 illum Apostolici Sacrae Praefectum constituit et Episcopum Porphiriensem, Archiepiscopi titulo retento. An. 1740 in Conclave ingressus, aegritudine egredi coactus fuit, et postea die 9 ianuarii 1742 pie, ut vixerat suum extremum diem obiit. Relicta ab eo fuerunt quae sequuntur, quaeque haud obscuri poetae et insignis oratoris nomen sibi compararunt:

1. *Presagi di gloria al noto infante col nome di Francesco, Ludovico, Ferdinando de' Marchesi degli Albizi in congiuntura del suo battesimo, al quale viene alzato dall'A. R. di Ferdinando gran Principe di Toscana, recitati nello stesso giorno nella sala del medesimo, ed impressi sotto li faustissimi auspici di S. A. R.*, l'anno 1706 dal Torchio di Pietro Paolo Riceputi in Cesena, in fol.

2. *Il Manasse Re di Giuda, Tragedia di Fr. Tomasso Cervioni Agostiniano da Montalcino, Lettore di Logica in S. Jacopo Maggiore di Bologna. Al serenissimo gran Principe di Toscana Ferdinando Medici.* In Bologna, nella stamp. del Longhi, 1698. Reperitur haec pulcra tragedia in Angelica III, I, 89 in 12.

3. *Poesie varie... al R.mo P. Daniele Campanini Priore della Certosa di Ferrara.* In Bologna 1689 per il Longhi in 12. In fine legitur: «Lettore gentilissimo. Altri vari componimenti sì in versi come in prosa ti saranno fatti da me leggere se tu me ne porgerai la congiuntura con l'agradimento di queste poche debolezze che or ti presento. Rifletti che l'autore compie il quinto lustro appunto in quest'anno».

4. *La Dilezione del premio fatto argomento del merito. Orazione di Fr. Tommaso Cervioni Agostiniano di Montalcino, Maestro in S. Teologia e Regente in S. Eufemia di Verona per l'Ill.mo ed Ecc.mo Sig. Giandomenico Tiepolo mentre viene qualificato nella Veneta Repubblica con la*

veste di Consigliere il primo di giugno dell'an. 1708. In Venezia 1708, per Antonio Bartoli in 8 et in *Raccolta di alcuni discorsi d'insigni oratori*, Napoli 1716, pag. 123.

5. *Epistolae 2 datae PP. sui Ordinis atque editae an. 1720, quae extant in Bibl. Casanatensi, Misc. fol. Vol. 112.*

6. *Epistola pastoralis Clero et populo Faventino. Romae, Typ. Salvioni, 1729.*

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex. R. A.*, T. III, p. 193 et in *Eremiticae Aug.*, Part. I, p. 104).

Cesaretti Fr. Augustinus, S. Theol. Mag. floruit in Provincia Hetruriae saec. XVIII secunda medietate, atque extitit in Seminario Massae- Maritimae philosophiae professor. Edidit:

1. *Relazione sopra la fondazione di quattro Chiese Curate con 4 poderi, da erigersi nel territorio di Massa-Marittima.* Firenze, Tofani, 1783, in 4. [Pag. 223]

2. *Memorie Sacre Profane dell'antica Diocesi di Populonia al presente Diocesi di Massa-Marittima, e osservazioni sopra la storia naturale del suo territorio.* Firenze, Tofani, 1787, in 4.

3. *Istoria del Principato di Piombino, e osservazioni intorno ai diritti della Corona di Toscana sopra i Castelli di Valle e Montione.* Firenze, 1788-1789, Tomi II, in 4.

(Cfr. Moreni, *Bibliografia Stor.-Ragionata della Toscana*, Firenze, 1805, Vol. I, p. 255; Hurter, *Nomencl. Lit.*, T. III, p. 370 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex. R. A.*, T. III, p. 336).

Cesi Fr. Maurilius a S. Brixio, Mediolani, ex honestis parentibus natus est anno 1629, cui inditum in baptismo nomen fuit Caroli Antonii. Maturo tempore, nempe an. 1645 augustinianam tunicam induit in Congregatione excalceatorum Italiae, suisque nuncupatis votis, studiis totum se dedit, in quibus scientias et virtutes pari profectu combibit, ut non minus emereret doctrina quam sanctitate; immo et illibati candoris vir, utpote qui in omne vitae tempus nulla lethali culpa fuerat adstrictus. Etiamsi concionator magni nominis fuisset, quippe qui quadraginta annos in primariis Italiae urbibus hoc munus exercuit, tamen orandi horis non solum praesto erat, sed etiam obviam ibat, solebat dicere: fesso et scholasticis rebus animo haud aliam quietem dari posse quam illam, quae oratione percipitur, divinisque colloquiis. Honores et dignitates precibus et lacrymis a se repellebat, quapropter, delata sibi pluries Prioratus et Provincialis munera, vel aegerrime et ex sola obedientia suscepit. Sed de tanto viro audiamus Ossinger qui sic ait: «Maurilius a S. Britio facundissimus sacrum Dei verbum tempore adventus in Metropolitana Basilica Mediolani populo ministravit, ac Genuae in templo S. Mariae ad Vineas, item in Cathedrali Derthonensi quadragesimales conciones habuit, nec non in Apostolorum ecclesia Venetiis, aliisque pluribus Italiae urbibus. Laudatissimis praesulibus Carolo Spetatio, Mediolanensi patricio, qui Derthonae rexit ecclesiam, Danieli Iustiniano Bergomensi, Iosepho Mirabiliae Novariensi, Augustino Isimbrando Cremonensi Episcopis, nec non Duci Francisco de Moles, urbis Mediolanensis moderatori imprimis carus, quadraginta integros annos officio concionatoris cum magno populi fructu, nec minori laude functus est, donec fractis viribus die 11 Iunii 1688 ad coelum evolavit». Obiit die 11 Ianuarii, minime vero die 11 Iunii, ut ait Ossinger, qui in errorem incidisse videtur. Praelo mandavit:

1. *Esposizioni morali sopra i Vangeli festivi per tutto l'anno*. Milano, parte I, 1664, parte II, 1666 per gli stampatori Arcivescovili, in 4.
2. *Avvento predicato nel famoso tempio della Madonna delle Vigne di Genova*, Milano, Stamp. Arcivescovile 1661. Dedicato al Rev.mo Arcivesc. di Milano Conte Alfonso Pitta.
3. *Prediche per l'Avvento ed altri discorsi*, Milano, 1665, per il Vigone in 4.
4. *Discorsi predicabili sopra le Domeniche dell'anno cominciando dall'Epifania fino a Quaresima e da Pasqua sino all'Avvento*. Milano, 1659, 1669 in 8° per il Vigone.
5. *Panegirici recitati in Milano ed in altri luoghi*, Milano, 1676, in 4.
6. *Mariale, con dodici discorsi o prediche del SS. Rosario sotto figura del legno della vita, quale produce dodici frutti, uno per ciascun mese*. Milano, 1682, in 8.
7. *Quaresimale*, Milano, 1684.
8. *Traslazione di S. Maria d'Intra*, Milano, sine anno. [Pag. 224]
9. *Discorsi nove sopra S. Anna et altro sopra S. Giovanni Battista*, Mss. volumina duo.
10. *Discorsi sopra la decollazione di S. Giovanni Battista*, Mss.

(Cfr. Argelati in *Bibliotheca Scriptorum Mediolan.*, Part. II, T. I col. 412; Picinelli, in *Athenaeo dei Letterati Milanesi*, p. 422; Ossinger p. 570; Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 441; Tani, *Comment. Episc. et Script.*, a quo haec accepimus, p. 123; et Lopez *Addit. ad Crus. Monasticon.*, T. II, p. 282).

Chiaisso Fr. Augustinus a Carignano, Congregationis S. Augustini Lombardiae, vir et doctrina et pietate illustris, qui in civitate Lucensi, et alibi monialibus inservivit a Confessionibus, quique in regendis animabus magnae fuit experientiae, ut iis, qui perfectioni incumbunt, deserviret, edidit:

1. *Li secreti della vita religiosa, con un esercizio da praticarsi una volta il mese per disporsi a ben morire*. Lucca, per Francesco Marescandolo 1660.
 2. *Pratica per celebrare con frutto il Santo Sacrificio della Messa*.
 3. *Trattato degli effetti meravigliosi che produce la Santissima Comunione sì nel corpo che nell'anima da chi degnamente la riceve*. Torino, Zapatta, 1663.
 4. *Indirizzo per vivere christianamente secondo la volontà di Dio*. Torino, Zapatta, 1664.
- Ita Rossotto in *Syllabo Script. Pedemontii*, Montereali, 1667, p. 90.

Chiaravalle Fr. Augustinus de Tuderto, a coenobio filiationis Monfalconius appellatus, S. Theol. Magister, an. 1482, cum esset iam Baccal., ut Discretus suae Provinciae Vallis Spoletanae

interfuit capitulo generali Perusiae celebrato (Cfr. *Analecta Aug.* Vol. VIII, pp. 268 et 292). Fere omnes nostrates historici illum de familia de Claravallensibus faciunt. Pauca de illo scimus nisi quod claruerit Theologi, poetae, concionatoris atque historici non parvo nomine, et quod an. 1523 adhuc vitam ageret. Plura ille nostratum opera correxit, illustravit, praeloque mandavit, multa que etiam suipsius ingenii scriptis mandavit, quae sunt:

1. *Vita e miracoli della B. Chiara da Monte Falco dell'Ordine di S. Agostino*. Ms. chart. in fol., ff. 189, asserv. in Archivo Ordinis. Haec vita edita fuit prima vice, Venetiis, 1513 in 4, «e novamente ristampata con la giunta de la tavola e dei miracoli et di uno esempio di quel tempo (an. 1530)». In Foligno 1564, in 4.
2. *Vita di S. Madre Monica*, teste Torelli, qui eam vidit.
3. *Clypeus Ordinis Augustiniani*: ipse in dedicatoria Card. Pompeo Columnae in primum Sententiarum Aegid. Romani, sibi hoc opus tribuit.
4. *Conclusiones duodecim in laudem Ordinis Augustiniani*, quas paratas habebat, ut ipsemet testatur in fine vitae B. Clarae de Montefalco.
5. *Aegidii Romani O. E. S. A. Defensorium contra impugnantes S. Thomam sive Correctorium*, quod P. Generali Aegidio Viterbiensi nuncupavit. Venetiis, 1516, die 14 maii per haeredes Scoti cura et studio ipsius P. M. Augustini Monfalconii.
6. *Columnae Aegidii Romani O. S. A. super primo Sententiarum, opus ab Augustino de Monte Falcone*. Venetis, sumptibus haeredum q. Octavii Scoti, 1521, in fol.
7. *Expositio super libros Priorum Aristotelis*.
8. *Tractatus de formatione Corporis humani*. [Pag. 225]
9. *Subtiles doctrinae plenae abbreviationes libri Physicorum praestantissimi Philosophi Marsilii de Ingen a Mag. Fr. Augustino de Monte Falcone correctae et nuncupatae Mag. Nicolao Veneto S. Stephani Venetiarum Priori*. Venetiis, 1521 apud haeredes Scoti, in fol.
10. *Mag. Pauli Veneti Ord. Erem. S. Aug. super libris posteriorum cum tabula, opus a Mag. Fr. Augustino Montisfalconii eiusdem Ordinis correctum atque editum*. Venetiis, 1521, in fol.
11. *Gregorii de Arimino Ord. Erem. S. Aug. super primo et secundo Sententiarum ex recognitione Augustini Montisfalconii eiusd. Ord. Venetiis, L. A. de Giunta, 1522, 2 vol. in fol.*
12. *Oratio complectens distinctiones, clausulas, et elegantias rhetoricas*, s. l. et a.; et forsani ipsius quoque sunt: *suppositiones*, quae sub Marsilii Parisiensis nomine prodierunt, Taurini 1792 cura F. A. Zaccaria, qui illas in codice Pistoriae reperit. Prae primis vero innotuit *retrectationem Summulae Petri Hispani*, qua nominalismum propagavit. Ita H. Hurter, *Nom. Lit.*, T. II (1906) col. 676.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 58; Elssius, p. 92; Torelli, T. VIII, p. 86; Gandolphus, p. 76; Ossinger, p. 233 et 597; Iacobilli, *Catalog. Script. Prov. Umbriae*, p. 56; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 171, et 395 ubi falso affirmat illum floruisse an. 1584).

Chiavari sive **Clavarius Fr. Fabianus**, S. T. M., Genuensis, Congregationis Baptistinorum Ordinis Erem. S. Augustini proles illustris, vir extitit integerrimus, observantiae amator, et scriptis tractatibus cognitus. In primo vernantis adolescentiae flore an. 1514 ad studium Perusinum mittitur, et an. 1521 S. T. Magister renuntiatur. An. 1522 erat Regens coenobii Patavini. Suae Congregationis Vicarium egit an. 1525, 1539 et 1552. An. 1543 interfuit Capitulo Generali Romae celebrato uti Definitor Provinciae Bavariae, ac inibi constituitur una cum Magistris Francisco Gambasiensi et Silvestro Vicentino in Italia nec non Petro Guerente in Gallia et Sancto Thoma Villanovano in Hispania ad revisendas examinandasque antiquas Ordinis Constitutiones. A Generali Seripando Provinciae Pisanae et Ilicetanae Congr. Praesul an. 1546 summis cum laudibus constituitur, et in hac qualitate an. 1547 Capitulo Generali Recinetensi interfuit, in quo quidem capitulo Provinciae Lombardiae Provincialis Prior constituitur. An. 1560 a Christophoro Patavino plurium Provinciarum Vicarius Generalis designatur. Die 24 iunii 1554 Generalis Procurator totius Ordinis instituitur, et in Capitulo Generali an. 1559 confirmatur. Sed quietis amator, et propriae salutis spirituali attentius incumbere studens, assiduis praecibus absolvi a munere an. 1561 extorsit potius quam impetravit. Reversus in patriam ad finem an. 1562 a nobilibus Genuensibus familiae Auriae, ecclesiae illius patronatus dominis, Abbas S. Matthaei eligitur, et Prior Generalis die 25 ianuarii an. 1563, ut Abbatiam sive Prioratum, olim S. Benedicti Ordinis, acceptaret, indulget. Ibi die 2 aprilis an. 1569 in bona senectute optima vitae finem imposuit, et cadaver in ecclesia S. Matthaei traditur sepulturae. Haec ex Herrera, T. I., p. 240. Eius opera sunt:

1. *Tractatus de Cambiis*. Romae, apud Antonium Bladum, 1555 in 4. Iterum Romae, an. 1566. Deinde Genuae apud Bellonum an. 1568 et an. 1596 in 4; ac in Tractatibus iussu Gregorii XV Venetiis editis, 1584 in fol. T. VI, p. 410 habetur inclusus cum hac epigraphe: *Tractatus de Cambiis absolutissimi Theologi Fabiani Genuensis*. Item Bononiae an. 1671, vol. in 4, una cum [\[Pag. 226\]](#) tractatibus *de usuris et restitutionibus* nostratum fratrum Gerardi Senensis et Aug. Vanci Ariminensis.
2. *Tractatus eiusdem de Cambio Lugdunensi*, quem Gandolfo, p. 119, existimat idem cum supranominato, quique ms. estabat, ait, in Bibliotheca Card. Sirleti Romae. Extat hic tractatus italice, hoc tit.: *Trattato di Cambio di Lione o di Besansone*, ex versione Antonii M. Venusti editus in *Compendio di quelle cose, le quali..., a' Mercanti appartengono*. Milano, 1561.
3. *Orationes duae habitae coram Sanctissimo Paulo IV*, cum esset Generalis Procurator: prima Dominica III Adventus 1555; secunda Dominica III Quadragesimae 1556, editae Romae apud Blandum iisdem annis in 4.
4. Purgavit insuper *Magistri Gerardi Senensis Tractatum de usuris et restitutionibus*, et primo edidit Romae apud Antonium Bladum an. 1556 in 4.
5. *Fundatissimi B. Aegidii Columnii aliqua opuscula* correxit et typis tradidit Romae apud eundem Bladum, an. 1555 in fol. Reliquit tandem plura manuscripta, quae, non adhibita necessaria diligentia, male periere. Ita Gandolphus p. 117; Pamphilus, f. 121; Gratianus, p. 67; Herrera T. I, p.

240; Elssius, p. 189; Torelli, T. VIII, p. 391; Moreri, *Dictionaire historique*, T. II, p. 384, et Iöcher, T. I, col. 1937; H. Hurter, *Nomencl. Lit.* (1907), T. III, col. 132).

Chiesa Fr. Ioannes Nicolaus, Ianuensis, Ord. Erem. S. Aug. venerabilis servus Dei, ex piis honestisque parentibus Bartholomaeo Chiesa et Theresia Zoppi die 25 aprilis 1695 natus, Collegio S. Hieronymi S. I. illius civitatis pro sua morum atque litterarum institutione a puero, inibi per septem annos commorans, in disciplinam traditus est. Sed, Deo sic disponente, inter nostrates Patres de Consolatione, Augustinianum habitum suscepit. Datis in tyrocinio conspicuis virtutum exemplis, a celebri P. Augustino Arpe, tunc illius Congregationis Vicario Generali, ad solemnem professionem admissus fuit, ac inde Mediolanum missus ut inibi philosophicis ac theologicis disciplinis incumberet et subinde Bononiam. Eo Regentem habuit P. Mag. Felicem Leoni, qui cum Neapoli destinatus fuisset secum voluit iuvenem Chiesa. Interim hic Genuae Presbyter efficitur, postea Neapolim versus navigat una cum celeberrimo nostrate P. Mag. Iac. Philippo Gatti, ac inibi appulsus vitam duriorum exercendam statuit. Quapropter nostrae Congregationi S. Ioannis ad Carbonariam nomen dedit, at in ea bibliothecarium, magistrum novitiorum et studiorum moderatorem egit. In ea fuit insuper Vicarius Generalis quater, ac animarum zelo exaestuans non magis verbo quam exemplo earum profectui ad mortem usque coluit. Castimonia, paupertate, et mirifica praecelluit oboedientia, atque vitae innocentia. Horariis divinis praecibus matutinis potissimum media nocte nunquam abfuit, nisi valetudinis causa ex iterata expressaque Superiorum voluntate. Somni parcissimus, ieiuniis, cilicio, flagellis ad sanguinis usque effusionem in se saeviens, atque iugiter orationi et contemplationi adhaerens, a litando nunquam abstinuit sanus, infirmus cum licuit sacra recreatus Sinaxi. Semper idem, semper constans, fratribus omnibus, immo praesulibus ipsis, etiam Generalibus, exemplo et venerationi erat. Tandem plenus meritis in senectute bona (annorum 87) apoplexi correptus, labilem vitam (Neapoli 23 aprilis 1782) cum aeterna commutavit. Sed in vita non defuerunt illi persecutiones, atque ludibria, quae videri possunt apud eius vitae scriptores. Ast illius innocentia de omnibus triumphavit, ut eius sanctitas et doctrina facile evinciatur [Pag. 227] etiam eius operibus, pluries editis quae nimirum sunt:

1. *Vita di Don Giuseppe Sersale Arcivescovo di Sorrento* etc. 1763.
2. *Vita del R. P. Nicola Sersale dell'Ordine Erem. di S. Agostino*.
3. *Breve istruzione intorno alle vie mistiche purgativa, illuminativa ed unitiva*. Napoli 1768 in 8.
4. *Apologia del P. Reg. Fr. Giannicola Chiesa sopra la sua dottrina circa il timore servile, e la necessità della meditazione de' novissimi ed altri punti di sua dottrina cattolica*. Napoli 1769.
5. *Riflessioni religiose e cristiane per tutte le domeniche, ferie ed alcune solennità dell'anno*, 2 ed. 1756, 2 vol., in 12.
6. *Il religioso in solitudine ossia esercizi spirituali proposti ai religiosi dell'Ord. Erem. di S. Agostino*, Napoli 1781, 1 vol., in 8. «Opera in miglior forma ridotta dal P. Agostino Salinas della medesima Congregazione 5^a edizione», Napoli, Salv. Marchese, 1899 in 8.
7. *Il tempio o il castello interiore*.

8. *Dissertazione sull'obbligo di tendere al più perfetto.*
9. *Istruzione per chi desidera la perfezione evangelica.*
10. *Esposizioni sopra il Cantico dei Cantici, 1772.*
11. *Catechismo ovvero dichiarazione della dottrina cristiana.*
12. *Trattato sull'uso della frequente Comunione.*
13. *Cento sospiri d'amor di Dio* (del P. Rolandi, traduzione dal latino).
14. *Affetti ricavati dal libro delle Confessioni del S. P. Agostino.*
15. *Il Salmo 118: Beati immaculati in via.*
16. *Il cristiano con Gesù Sacramentato.*
17. *Novene del S. P. Agostino - dei Santi Angeli Custodi - di S. Teresa - di S. Giovanni della Croce - dei dolori di Maria Santissima - dello Spirito Santo.*
18. *L'ottavario del Corpo del Signore.*

(Cfr. Benincasa P. Philip., *Vitam eiusdem P. Chiesa*; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, pp. 276-282; Salinas, *eiusdem P. Chiesa vitam praemissa ed. il Religioso in solitudine*, Neap. 1899).

Chinelli Fr. Michael Angelus ex Soroxinae Cremonensis agri Municipio, Congregationis Lombardiae, Ordinis Erem. S. Augustini Sacerdos, S. T. M., et ut plurimum Lector actualis; an. 1611 fuit Congreg. Definitor, an. 1614 Proc. Generalis et an. 1617, electus Prior coenobii S. Augustini Mutinae. Uti Procurator Generalis iura praefatae congregationis acerrime defendit, atque tutatus est, ad quod perficiendum, edidit ingenii sui aliquot monumenta, praesertim: *Scrutinium, et Clypeus R. P. Fr. Michaelis Chinelli ex Soroxina Cremonensis, Congr. Observ. Lombardiae Ord. FF. Er. S. August. Proc. olim Gen. S. T. L. pro eiusdem Congr. Patrocinio, super Disp. Ad. R. P. M. N. N. Ord. praefati adv. eiusdem instituta. Ill.mo et Rev. DD. Alexandro Estensi S. R. E. Card. Ampliss. simul atque ser. D. D. Caesari Estensi, Mutinae, Regii etc. Duci Invictissimo, Tutelaribus optimis. Mutinae ex Typ. Iuliani Cassiani, 1618 in 4.*

(Cfr. Arisi, *Cremona Literata*, Parmae, 1702-1741, T. III, p. 233; Philipp. Elss., in *Encomiastico August.*, p. 486 et Ossinger in *Bibliotheca August.*, p. 230).

Chiocchetti Fr. Nicolaus, Tridentinus, die 24 decembris 1833 in nostro conventu S. Mariae Virginis de Bono Consilio Genestani, ubi, post voluntariam abdicationem a munere Assistantis Germaniae, ac theologi Angelicae Urbis Bibliothecae reliquum vitae [Pag. 228] suae cursum, ut addictius Deo vacaret, ab hinc duobus annis ardenti animo consumere concupiebat, omnibus Ecclesiae Sacramentis sana mente devotissime susceptis, pulmonis inflammatione correptus, supremum diem clausit, annos natus circiter septuaginta, cum esset in nostro Ordine S. Theol.

Regens et Sacrorum Rituum Congregationis Consultor. Huius vere religiosissimi viri, monasticae vitae cultoris diligentissimi, tum maxime continentia, modestia, ac zelus, praesertim nostri Instituti reipristinatione in conventu Friburgi Helvetiorum, tam magis cognita sunt, quam quod calamo describi valeant. Dum igitur tantum virum omnes boni lugerent deluctum, Rev.mus P. Generalis Tardì, hisce fere verbis sub die 31 - XII - 1833, Provincialibus Hiberniae, Poloniae, Melitae et Priori Friburgi Helvetiorum, eius nuntiavit obitum, eisdem notum faciens jam a die 8 septembris eiusdem anni SS.mum Dominum Gregorium XVI Pont. Max., ad munus Assistantis Germaniae vivae vocis oraculo destinasse Adm. R. P. Ioannem Rice, Hibernum. Extant eiusdem Chiocchetti *Epistolae* ms. in archivio nostrae Sanctorum Postulationis et in archivio Ordinis.

Chiozza Fr. Ioseph, Lodanensis, v. Loano, in Liguria occidentali, S. Theol. Mag. edidit: *Apologeticon suae dissertatonis theologiae de arcano Dei praedestinationis mysterio*, Florentiae 1770.

(Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 356, et H. Hurter, *Nomenclator Litt.*, T. V, p. 5).

Christophorus a S. Antonio, Genuensis, alumnus Congregationis Augustinensium Discalceatorum Italiae, in qua extitit Definitor Provincialis, floruit saec. XIX, atque praelo commisit:

1. *Del modo di eccitare, accrescere e conservare l'amore alla perfezione Religiosa*. Genova, 1870. Opus Iosephi Baymae ex idiomate latino in italicum translatum.

2. *Eva e Maria, ossia la società ristorata per mezzo della donna cristiana*. Genova, 1872.

(Cfr. Tani, op. cit., p. 82).

Christophorus a S. Onophrio, vide: **Geraldini Richardus**.

Chrysostomus a S. Anna vide: **Calafato**.

Cianci Fr. Ignatius, Neapolitanus, nostrae Congregationis Discalceatorum alumnus, apud Arcades: *Clidemo Trivio*, floruit saec. XVIII ineunte, edidit: *Dell'origine e progresso delle Matematiche fino al tempo d'Euclide, Ragionamento fatto l'an. 1711*. Extat in *Raccolta di Prose Pastorali*. Roma 1763, p. 48.

Ciani Fr. Georgius ex oppido v. Morrovalle, floruit saec. XVII, atque edidit: *Compendio delle virtù e miracoli della B. Rita da Cascia dell'Ord. Erem. di S. Agostino, beatificata dalla Santità di N. S. Urbano VIII P. O. M., di nuovo data alla luce per opera ed industria di Fr. Giorgio Ciani del medesimo Ord., Sagrestano di Ancona. Dedicata all'Ill.mo Signor Gio. Pietro Nembrini, nobile Anconitano*. In Ancona nella Stamp. del Serafini 1671. Idem est hoc compendium ac illud editum Romae. Typ. Camerae Apost. an. 1628.

Ciappolini Fr. Dionysius e Burgo S. Sepulchri, fit die 7 iunii 1725 S. Theol. Magister. Ipse iam fuerat ab an. 1710 Anconae studentium moderator, anno insequenti Perusiae Collegialis, et an. 1720

Romae studiorum Regens. [Pag. 229] Diversis deinceps in conventibus suam vitam transegit et aliquorum illorum extitit Prior. Floruit usque ad bonam senectutem, atque typis mandavit:

1. *Compendio della vita del P. Alfonso d'Orosco dell'Ord. Erem. di S. Agostino*. Spoleto, 1752 in 12.

2. *Devoto compendio della storia della sacra Immagine di Maria SS. del Buon Consiglio portata per mano angelica da Scutari, città dell'Albania, nella Chiesa di S. Agostino di Genazzano*. Spoleto, Giannini, 1753 in 12. Hoc compendium reimpressum fuit Neapoli an. 1800 in 8.

(Cfr. Bocca, *Catal.* 230, n. 912 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 342).

Ciasca Fr. Augustinus S. R. E. Cardinalis ortum habuit in oppido Polimniani Monopolitanae Dioeceseos die 7 maii an. 1835. Parentes eius fuere Leonardus et Olimpia Montanari. In ipso die suae nativitatis baptizatus ac vocatus fuit Paschalis Raphael. A prima aetate in studiis incumbit, et anno 17 aetatis suae cursum philosophiae in civitate Monopolitana explevit. Anno 1856 Ordini Eremitarum S. Aug. Eugubi in conventu S. Catharinae V. et M. nomen dedit, in quo pietatis et regularis disciplinae aliis semper exemplo fuit. Anno 1857 die 11 martii emissa solemnum votorum professione, literis scientiisque in conventu S. Augustini de Urbe operam dedit, in quibus ob assiduitatem summam, tum ob singularem ingenii praestantiam mirum in modum profecit. Magistros Thomam Martinelli et Iosephum Lanteri habuit. In civitate Sutrina sacerdos consecratus, ac studiorum curriculo confecto, Lectoris primo, deinde Regentis gradum ac in tempore doctoralem lauream est consecutus. Mature Universitatem Romanam frequentavit, ut ibi SS. Scripturarum disciplinae et linguis orientalibus navaret operam, in quibus talem progressum fecit, ut laurea magno cum plausu donatus sit atque earumdem scientissimus evaserit. Alumnos sui Ordinis Sacram Scripturam atque linguam hebraicam et graecam diu et constanter docuit. Assistentis ac Procuratoris Generalis Ordinis muneribus auctus, in bonum Augustinianae Familiae, cuius semper amore flagravit, omnem curam impendit.

At extra domum eius sapientia ac in rebus peragendis dexteritas latissime patuit. Anno 1866 Professor linguae hebraicae in Collegio Urbano de Propaganda fide electus fuit. In Vaticana Oecumenica Synodo et theologi et orientalium Episcoporum interpretis munere functus est. Deinde consultor S. Congregationis de Propaganda Fide, Bibliothecae Vaticanae scriptor, praeses Collegii Pontificiorum Interpretum, decanus Theologicae facultatis in Seminario Romano, S. et U. Inquisitionis consultor variis temporibus renuntiatus fuit, atque ubique semperque praeclara ingenii sui specimina exhibuit.

Anno 1879 in Orientem profectus est, gravia S. Congregationis de Propaganda Fide negotia ibi peracturus. Anno 1885 renuntiatus est Decanus Philologicae facultatis in Seminario item Romano, ubi auctor praecipue fuit, ut cathedrae linguarum orientalium instituerentur, pro quibus et Statutum concinnavit. Anno 1891 die prima iunii Archiepiscopus titularis Larissensis nominatur et sexta a nuncupatione die consecratur ad S. Augustini de Urbe ab E.mo et R.mo D. Cardinali Rampolla Ordinis nostri vigili ac peramanti Protectore. Paulo post ad Archivii Vaticani Praefecturam promotus est, et brevi interiecta mora, Leopolim Poloniae Austriacae a Summo Pontifice delegatur, ut ibi Ruthenorum Provinciali Synodo praesideret. [Pag. 230] Postquam inde remeavit, S.

Congregationis de Propaganda Fide Secretarius instituitur, quod munus vel ob antiquum earum rerum usum magna facilitate et peritia exercuit.

Haud ergo mirum est si viri ex ecclesiastico vel saeculari coetu nobilissimi ipsum suspexerint ac honoribus affecerint. Eum Austriae Catholicus imperator magna cruce equestris ordinis Francisci Iosephi insignivit, quod pariter praestiterunt Magister Supremus equestris Ordinis S. Sepulchri, Belgarum Rex ac Turcarum Imperator, honorificentissimis collatis insignibus. Quod vero summum est, SS. Pater Leo XIII eo familiariter usus est, etiam in privatis adhibuit, ac tandem Romana Purpura die 19 iunii 1899 muneravit, inter intimos Consiliarios adscivit, eique S. Callisti titulum assignavit.

Cum amplissimam hac dignitate auctus esset, Eidem assignatae fuerunt SS. Congregationes S. Concistorii, Episcoporum et Regularium, De Propaganda Fide pro negotiis tum orientalibus tum occidentalibus, necnon illa studiis praeposita. In quibus omnibus licet summe valuerit, operam tamen suam S. Congregationi a Propaganda Fide potissime impendit; cui vel a iuventute maxime profuit sive in epistolis orientalibus vertendis, sive in examine et recognitione orientalium librorum sive in cuiusvis generis negotiis.

Protector etiam renunciatus est. Ecclesiae Spiritus Sancti Neapolitanorum et Instituti S. Petri Claver pro missionibus Africanis. Brevi dici vix potest quantum sapientia, scientia, libris, laboribus, honoribus eminuerit, quantum pro Ecclesia laboraverit, dignus revera ut N. S. Ordinis iubar ac insigne decus in aevum reputetur et celebretur.

Verum, ut ab initio inquiebamus, mors cito tantum eripuit Virum. Ab ipsa sua iuventa cardiopathiae morbo affectus est, quem tamen semper patientissime toleravit, licet saepe saepius graviter ex eo pateretur. Anno nuper elapso homini aetate iam grandaevo et laboribus fere detrito morbus institit acrior, minax, ut in vitae discrimen aliquoties Eum adduceret. Tandem die 6 februarii 1902, ictus cerebri paralyti, vi morbi cedens, supremum diem in Domino obiit. In tam longa aegritudine mira eius tolerantia in patiendo et fortitudo animi fuit. Numquam vel minimum verbum, quod impatientiam redoleret. Cum S. Sacrificium haud amplius celebrare posset, saepe sacra sinaxi refici voluit, saepissime confitebatur sacerdoti. Tandem sacramentis omnibus munitus, speciali Summi Pontificis benedictione confortatus, adstantibus amicis ac sui Ordinis Religiosis, placidissime in Domino obdormivit. Hominis pientissimi extrema verba fuerunt: *Anima Christi santifica me, Corpus Christi salva me*. Ita ex littera circulari ad ordinem data a Rev.mo P. Generali Thoma Rodriguez, sub die 8 februarii 1902. Si plura et ampliora de eo desideres, adeas ad opus P. Davidis Aurelii Perini cui titulus: *Studio Bio-Bibliografico sul Cardinale Agostino Ciasca*. Amplissimae huius praeclarissimi viri doctrinae in orientali praesertim literatura documenta, quae quantum Criticae sacrae ac Hermeneuticae auxilio sint, homines harum rerum periti apprime norunt, sunt:

1. *Lezioni di Diritto Pubblico Ecclesiastico*, Tom. I. et II (mss.)
2. *Storia interna del Concilio Ecumenico Vaticano* (mss. imperfectum).
3. *Examen Critico-Apologeticum* super Constitutionem Dogmaticam de Fide Catholica editam in Sessione III. SS. Oecumenici Concilii Vaticani, Romae, ex Tip. S. C. de Propaganda Fide, Romae 1872 in 8, pp. VII-270. [Pag. 231]

4. *De Ecclesia Christi* (mss).
5. *Notizie intorno alla vita del P. M. Nicola Cretoni* dell'Ordine Erem. di S. Agostino, Roma, Tip. Poliglotta della S. C. di Propaganda 1874.
6. *Supplementum ad Catalogum Codicum Orientalium Bibliothecae Vaticanae* (mss. in Bibl. Vat. existens).
7. *Relazione del suo viaggio in Oriente* fatto nel 1879 (mss).
8. *I Papiri Copti del Museo Borgiano* della S. C. de Propaganda fide tradotti e commentati, Roma 1881 in 4, una cum octo fac. similibus in textu copto.
9. *Variantes Lectiones Syriacae Versionis Pescitho Collectae* ex antiquissimis Codd., SS. Patribus Syris, Scriptoribus Ecclesiasticis, nec non ex Cod. 4 Evang. a Cureton edito, ex Cod. Evangeliarum edito a Miniscalchi, et ex aliis editionibus: accedunt criticae observationes depromptae ex comparatione Codd. Graecis. (mss. imperfectum).
10. *Tatiani Diatessaron seu Evangeliorum Harmoniae Arabicae*. Nunc primum ex duplice codice edidit et translatione latina donavit P. Augustinus Ciasca Ord. Erem. S. Augustini Bibliothecae Ap. Vaticanae Scriptor, Romae ex Typ. Polyglotta S. C. de Propaganda Fide, 1888 in 4, pp. 1-XV, 1-208.
11. *Sacrorum Bibliorum Fragmenta Copto-Sahidica Musei Borgiani* iussu et sumptibus S. Congregationis de Propaganda Fide studio P. Augustini Ciasca Ord. Erem. S. Augustini edita Vol. I. Romae Typ. eiusdem S. Congregationis, 1885, in 4, pp. I-XXXI, 1-225 una cum 18 tabulis phototypicis. Vol. II, in 4°, I-LXXVII, 1-362 una cum 8 tabulis phototypicis. In promptu habebat etiam tertium volumen, at morte correptus, non potuit eum absolvere. Editum fuit ab Ad.m P. M. Iosepho Balestri anno 1904.
12. *Acta et decreta Synodi Provincialis Ruthenorum Galiciae* habita Leopoli an. 1891. Romae, 1896, ah eodem P. Ciasca curata.
13. *Sillabario Assiriaco* (mss. asservatur sicut et caetera mss, tanti vivi in Archivo Ordinis).
14. *Catalogo dei Codici Mss. ed oggetti portati dall'oriente nel 1879* dal P. Agostino Ciasca Agostiniano e da lui medesimo descritti pubblicato dal P. David Aurelio Perini dello stesso Ordine. Roma Tip. del Cav. V. Salviucci 1904.

Ciera Fr. Paulus, Venetus, communiter neotericus dictus, ut a celeberrimo Paulo Veneto, qui vixit saec. XV ineunte, secernatur, ortum habuit an. 1575. Adolescens Eremit. Ordinem ingreditur, et post studiorum curricula, rite absoluta, fit Lector atque Regens. Exorta an. 1606 inter Sedem Apostolicam et Rempublicam tam gravi dissensione, ut Veneti non tantum excommunicationi, verum etiam interdicto subiecti fuerint, cum plurimis ex nostris Venetiis discessit, atque ad Pisanum coenobium primum, postea ad Bononiensem se contulit ibique contra concives suos calumum arripuit pro tuenda Pontificis auctoritate, librumque de hac re evulgavit. Anno autem 1614, cum iam

esset S. Theol. Magister, fit Senis studiorum moderator. Subinde in patriam revertitur eodem cum munere, ac an. 1625, ut Discretus Provinciae Umbriae interfuit comitiis Ordinis universis Romae celebratis, atque in eis Gymnasii Romani Regens constitutus fuit. Apud Romanam Sapientiam per plures annos tanta sapientia, tantoque plausu Sacram Scripturam interpretatus est, ut ab Urbano Pp. VIII, die 18 febr. an. 1641 Episcopatum Civitatis Novae in Istria obtineri meruerit, et postea, anno scilicet insequenti 1642, die 13 ianuarii ad Vastanam Ecclesiam [Pag. 232] translatus fuit. Quam sedem die 27 maii an. 1644 sponte reliquit ut fieret Suffraganeus Ecclesiarum Ostiensis et Veliternis, obiitque Velitris magna cum integritatis et doctrinae fama die 21 martii an 1647 aetatis suae 72. Eius opera sunt:

1. *Segreta caelestia*, curiosus tractatus de Astrologia.
2. *Dialoghi alli Signori della Repubblica e Senato di Venezia*. Bologna, 1606 in 4. (Cfr. Bibliopolaе Romani Aureli Catalogum 47, n. 95).
3. *Tractatus de iure principum*. Bononiae, 1607.
4. *Tractatus apologeticus pro statu Romanae Urbis et Curiae*. Senis, Typ. Marchetti, 1608 in 4.
5. *In primum Sententiarum responsiones ad quaesita omnia quae circa materiam de unitate, et attributis divinis a sapientioribus scholasticae theologiae patribus fieri solent, eorundemque clarissimae resolutiones*. Romae ap. Franc. Caballum, 1633, in 4.
6. *Carmina latina atque italica* permulta, praesertim ad laudem R.mi Hippolyti de Ravenna Ordinis Prioris Generalis.

(Cfr. Alberici, *Cat. Breve de' scritt. Veneziani* (1605), p. 71; Herrera, *Alph. August.*, T. II, pp. 271, 289; Elsius, p. 232; Gandolphus, p. 135; Leo Allatius in *Apibus Urbanis* (ed Amburgi, 1711) p. 101; Ossinger, p. 232 et 920 de una eademque persona nempe Ciera Pauli Veneti et Pauli Veneti neoterici, faciens duas distinctas, quod fecit et Lanteri, *Postr. Saec. Sex.*, T. II, p. 359 et 440; Borgia, *Hist. Eccles. Velit.* (Nuceriae, 1723), pp. 497, 502; Moroni, *Dizionario*; Ughellus, T. VII col. 870, n. 31, et iterum Lanteri, *Erem. Sacr. August.*, Part. I, p. 186; H. Hurter, *Nomenclator Lit.*, (1907) T. III, col 935 qui falso scribit illum e vita excessisse an. 1648).

Ciminelli Fr. Carolus, Aquilanus, Sacrae Theol. professor, vixit saec. XVII et posteris reliquit: *Vita, morte e miracoli del Servo di Dio medico dei poveri il Beato Antonio da Milano, Sacerdote professo dell'Ordine Eremitano di Santo Agostino. Raccolta dal professore di sacra Teologia il P. F. Carlo Ciminelli Aquilano dell'istesso Ordine nell'anno 1636. E rivista nuovamente nel 1646 con aggiunta et emendatione*. Asservatur ms. in cod. 742, chart. in 8 ff. 22-294, saec. XVII. ex dono auctoris Biblioth. Angelicae Urbis. Post Epistolam nuncupatoriam ad R. P. Salvatorem Severini, Fabrianensem, Proc. Gen. Ord. S. Augustini sunt carmina italica Equiti Mansoni, Io. Mariae Vintiquattro et anonymorum, ac latina Raynaldi. Postremum folium, replicatum continet hymnum in laudem B. Antonii, qui inc.: «Iam tibi suplex operata tellus»; impressum Fulginiae 1648. Huius Caroli Ciminelli non meminit Ossingerus in sua *Bibl. Aug.* (Cfr. Narducci, *cat. cit.* p. 307).

Ciottoni Fr. Nicolaus, Tolentinas, anno 1809 ortus, vir fuit vitae integritate ac pietate spectabilis. Decimum septimum annum agens, Ordini Augustiniano in patria nomen dedit, deinde per omnes gradus scolasticos pertransiens pervenit usque ad magisterium. Fuit et eximius concionator et praecipuae Italiae urbes, ac praesertim Roma, Venetiae, Neapolis, Pisae, Genua, Florentia et aliae non paucae illum cum iucunditate audierunt. Fuit etiam bis Piceni Provincialis et Ordinis Ex Assistens Generalis. Mortuus est Pisauri Mense Augusto an. 1871, 62 annos natus. Reliquit: *Orazione Funebre per Mons. Giuseppe Palermo ex Generale dell'Ordine Eremitano di S. Agostino, Vescovo di Porfirio, Sagnista di N. S., assistente al Soglio Pontificio*, [Pag. 233] del M. R. P. *Maestro Nicola Ciottoni ex provinciale Agostiniano per le solenni esequie celebrate nella chiesa dei RR. PP. Agostiniani di Pesaro nel 27 Gennaio 1857*. Pesaro, Tipogr. Nobili, 1857.

(Cfr. Regestum R.mi P. Belluomini N. 262 p. 163 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex*, T. III, p. 360).

Ciriani Fr: Io. Andreas a S. Maria, Ferrariensis, Ord. Erem. S. Augustini discalceatus, spectabilis theologus ac integritate vitae conspicuus, vixit Ferrariae saec. XVII. Obiit die 13 martii 1723. Scripsit:

1. *De patria et parentibus S. Ioachim*. Ms. n. 28 Bibl. Civicae Ferrariensis, chart. in 4. rp. 216. (Cfr. Antonelli, *Indice dei Mss. della Civica Bibl.* di Ferrara, 1884, p. 36, qui de eo haec habet «Il Ciriani, frate Agostiniano scalzo Ferrarese, chiamavasi in religione Gio. Andrea di S. Maria. Fu buon teologo per quei giorni, ne' quali troppo si quistionava e poca luce recavasi. L'opera presente, ch'è inedita, è anche autografa»).

2. *Historie, detti sententiosi, cose notabili e favole moralizzate*. Ms. n. 36 eiusdem Biblioth., chart. in 4, ff. 65.

3. *Catalogo de gli huomini e donne illustri in dottrina della nostra città di Ferrara, aggiantone altri del Ducato degni e memorabili: nel fine vi sono alcune vite dei Santi*. Ms. n. 52 eiusdem Biblioth. chart. in 4, pp. 466, mense martio 1673 conscriptum.

4. *Quaesita et responsa pro Regimine Christianae conscentiae. Centuria prima*. Ms. n. 81 dictae Biblioth., chart. in 4, pp. 431. «Quaesta è una raccolta di cento casi di morale con le loro soluzioni fatte dal più volte ricordato P. Ciriani. L'operetta è autografa ed inedita», Ita adnotat praefatus Antonelli, p. 54.

5. *Successi indifferenti raccolti e raccontati per onesto passatempo*. Ms. n. 95 eiusdem Biblioth., chart. in 4, ff. 410, de quo haec habet laudatus Antonelli, l. c. p. 54: «Contiene questo ms. una quantità di aneddoti storici, poetici e biografici estesi rozzamente e senza critica».

6. *Confusa raccolta di prima penna per chi avrà talento di raccontare la vita e costumi del servo di Dio venerando Fra Fabiano di S. Maria Maddalena, Agostiniano scalzo, nativo di Alba, passato da Ferrara al Paradiso l'anno 1654*. Ms. n. 108 eiusdem Biblioth., chart. in fol., ff. 240, authographus.

7. *Ferrara Santa, Beata e Venerabile*. Ms. 289 eiusdem Biblioth., chart. in fol., ff. 542. «In questo ms., ait Antonelli l. c. p. 156, autografo inedito si leggono le vite di alcuni Santi e Sante Ferraresi e di altri pochi santi esteri».

8. *L'api dei Curati*. Ms. 294 dictae Biblioth. chart. in fol., ff. 425. Praememoratus Antonelli, l. c. p. 157, de hoc opere scribit: «In quest'opera l'autore di proprio carattere espone alcuni insegnamenti, di cui si possono servire i Parrochi per giovare gl'infermi e i moribondi. E' inedita».

9. *Gli scrittori Agostiniani Scalzi dell'Italia che hanno dato le opere loro alle stampe dalla fondazione fino al 1675*. Ms. n. 552 eiusdem Biblioth. ff. 22. Antonelli, l. c., p. 270, notat: «L'opera è autografa ed inedita. Mi piace ricordare i nomi dei Ferraresi registrati in essa per poter agevolare le ricerche biografiche patrie: Benedetto di San Giacomo (Benedetto Mazzoni); Gabriele di S. Maria (Gabriele Bartoli); Gregorio di S. Romualdo (Gregorio Mazzoni); Giovanni Andrea di S. Maria (Giovanni Ciriani); Giuseppe Agostino di S. Croce (Giuseppe Agostino Roverella)».

10. *Sommario della vita e morte del P. Fabiano di S. Maria Maddalena*. Cod. ms. 1226 (2019) R. Biblioth. Universitatis Bononiensis. [Pag. 234]

11. *La B. Cristina Visconti Mantellata Agostiniana*. Bologna per il Monti, 1649.

e **Civitate S. Angeli Lombardorum Fr. Iacobus** dicitur a Gandolfo p. 190, «vir insignis doctrina et pietate» et a Toppio, *Bibl. Neapolitana*, 1678, p. 108, *de familia Ursa* ac «philosophus et theologus eminens et vir exemplarissimae vitae». Post Dioecesis Nicoterae in Calabria instaurationem primus dignus habitus fuit, qui a Bonifacio IX illo Episcopatu praeficeretur die 16 augusti an. 1392. Ex hac vita migravit an. 1415. Laudatur etiam ab Herrera, T. I, p. 427; ab Ughello, T. IX, col. 414, n. 1; ab Ossinger, p. 52, et a Gandolfo l. c. haec notantur; «Duo ipsius Opera simul in uno Tomo in fol. observavi ms. in nostra Carbonaria Neapolis, ideo primus inter scriptores numero doctum Iacobum, (quae duo opera ita inscribuntur): *Summa de Republica et Summa de Amicitia*. Expl. Completa est, auxiliante Deo, anno Domini 1390 die 24 mensis Februarii in Castro Butilli indictione XIII. Ista summa est Fratris Iacobi de Civitate S. Angeli Ord. Fratrum Herem. S. Augustini. *Qui scripsit, scribat, semper cum Domino vivat Iacobus vocatur, a Christo benedicatur*. In Castro Butilli scripta fuit ista Summa tempore, quo fuit Cappellanus Excellentissimi D. D. Comitum Mileti et Bellicastri. Liber scriptus per fratrem Danielem de Monterubiano Biblicum Baccalarium fratrum Herem. S. Augustini».

Clemens a S. Spiritu vide: **Buscaglia**.

Clementelli Fr. Antonius, floruit saec. XVIII ac de eo habentur: *Observationes in Augustiniani Ordinis nostri statuta et Constitutiones datae Iuvenatii*, die 13 mensis martii an. 1770 et subsignatae etiam a Patribus Io. Bapt. Maraviglia, Io. Chrisost. Giavazzi et Augustino de Letizia. Asservantur mss. in cod. miscel. 1335, Bibl. Angelicae.

Cocchi Fr. Nicolaus, Viterbiensis, Theol. Bacc., acri ingenio et probitate clarus, sua studiorum curricula Arimini, Ravennae, Bononiae, Perusiae egregie perfecit ab an. 1780 ad an. 1790, quo die 17 decembris renunciatus fuit Lector, et tribus post annis Anconae Bacc. Deinc Romam accitus, cum esset Collegialis, an. 1795, studiorum moderatore P. Ioanne Augustino Carabelloni, suam *Ex novo testamento Syllexim Exegetico - Hermeneutico- Polemico-Empirico criticam* exposuit, quamque Cardinali Andreae Ioannetto Archiepiscopo Bononiensi dicavit atque editit, Romae, 1795, Typ. Giannelli, in 4. Reliquit insuper *Logicam et Metaphysicam*, quae mss. asservantur in archivio Ordinis, et in Cod. 427 Bibl. Angelicae Urbis, inter ff. 1-173. In eodem codice vero ff. 1-518

habentur etiam eiusdem, sub nomine tamen Fr. Nicolai Coccia: *In Praedicamenta Aristotelis disputationes sex*, quae inc.: «Disputatio I. de Ente rationis ebiectivo. Philosophiam haec labes invasit». Expl: «Finis. Laus Deo Deiparaeque. Si Pater Adam, materque est omnibus Eva cur ergo non sumus nobilitate pares. Fr. Nieolaus Coccia».

Colantuoni Fr. Raphael, in oppido v. *Dentecane* Abellinensis Provinciae ex honestis piisque parentibus die 19 iunii 1837 ortus, Ordini Aug. die 15 ian. 1855 nomen dedit, eiusdemque professus est regulam die 1 febr. 1856. E conventu Beneventano, quo tyrocinium expleverat, locatus fuit de familia [Pag. 235] in studio S. P. Augustini Neapolis, ubi sub pro-Regente Mag. Fr. Ianuario Marasco et Regente Fr. Nicolao Giovene, moribus Deo et hominibus dilectus, ingenii acumine et studiorum assiduitate, bonam de se praebuit spem. Die 14 aprilis 1860 primam litavit hostiam, atque Neapoli mansit per annos circiter viginti quinque ac S. Birgittae ecclesiae rectorem egit. Fuit deinc Romam vocatus ut in ecclesia S. P. Augustini diebus festis Sacram explanaret Scripturam, et an. 1887, die 18 aprilis a Rev.mo P. Pacifico Ant. Neno nostrae ecclesiae S. Mariae de Populo fuit Parochus nominatus, quod officium usque ad mortem tenuit. Ex indulto Apostolico die 13 maii 1896, S. Theologiae Magister renunciatus, fuit postea et S. Mariae de Populo conventus Prior, et Arcadum Academiae socius, et an. 1907 in capitulo generali Italiae Assistens generalis electus. Obiit in osculo Domini a me scribente usque ad finem adiutus. Scripsit:

1. *Il Socialismo dinanzi al Vangelo*.
2. *I Nuovi Accademici*. Napoli, Stab. Tip. dell' Ancora 1880, in 4, pp. 362.
3. *La parola scienza ed arte. Ossia processo psicologico etico ed estetico nell'uomo*. Napoli. Stab. Tip. dell' Ancora, 1884, I vol., in 8, pp. 292.
4. *Martirio del B. Giovanni Stone dell'Ordine Eremitano di S. Agostino*. Roma, Tip. della Pace 1887, 1 vol., in 8, pp. 247.
5. *La Filosofia del Bello. Ossia la parola arte rispondente al processo estetico dell'uomo*. Roma Tip. della Pace 1889, 1 vol., in 8.
6. *Il Naturalismo. Una occhiata cosmica ed una peregrinazione attraverso il regno vegetale*. Roma, Tip. Editrice Romana 1893, 1. vol., in 8, pp. 409.
7. *L'evoluzione, i giorni genesiaci e i preliminari della Zoologia*, Roma 1897, Tip. Spizzichino, 1. vol., in 8, pp. 536.
8. *La Chiesa di S. Maria del Popolo negli otto secoli dalla prima sua fondazione 1099-1899. Storia e Arte*. Roma, Lib. Cattolica Desclèe, 1899, 1. vol., in 8, pp. 276.
9. *Panegirico recitato nel 5° giorno dell'ottavario che fece seguito alla solenne incoronazione della Miracolosa Immagine Addolorata che si venera nella Chiesa di S. Brigida a Toledo*. Napoli, Stab. Tip. dell'Ancora 1881.
10. *L'immagine mia a Genova - Versi*. Genova, Tip. Sordomuti, 1887.

11. *La Passione. Discorso letto in Arcadia nella tornata solenne della sera del 3 aprile 1896.* Roma, Tip. Editrice Romana, 1896, in 8.

12. *Discorso recitato in S. Agostino di Roma in occasione del triduo in onore di S. Rita da Cascia nei giorni 23, 24 e 25 novembre 1900.* Roma, Tip. Vaticana, 1901.

13. *Il poema candidissimo.* Roma, Tip. Editrice Rom. 1911, pp. 335. In eo eximius poeta pulcherrime canit: «Il Fior che porta il verbo di salute».

14. *La filosofia della vita e la morale contemporanea.* Roma, Tip. Vaticana, 1095 in 8.

15. *Panegirici e discorsi.* 1. vol., in 8.

(Cfr. Perini, *Studio Bio-Bibliogr. sul Card. Agost. Ciasca*, Appendice I, p. 199, et *Analecta August.*, Vol. VII, p. 5).

Collensis Fr. Dionysius, Hetruscus, pietate, litteris, et gloriosa multorum annorum praedicatione illustris, vixit saec. XV. Quae ab eo exarata fuere, sunt:

1. *De arte sermocinandi liber I.*

2. *De pulcritudine Pacis liber I.*

3. *De morte tractatus.*

4. *Tractatus de fato et praesentia divina.* Asservatur in Bibl. Regia Parisien., cod. 4230.

(Cfr. Gratianus, p. 63; Ossinger, p. 159; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 175, [Pag. 236] qui illum dicit floruisse an. 1470, ex Iosepho Pamphilo et ex Ciaconio, *Bibliotheca* etc. Parisiis, 1731, col. 703).

Collensis Fr. Ioan. Baptista, patria Etruscus, clarissimi Bartholomaei Scalae Reipublicae Florentinae Cancellarii compatriota et amicus, floruit an. 1433, atque ab eo ms. relicta fuit *Historia de Vita B. Nicolai de Tolentino et de eius nativitate, quae fuit ab Angelo adnuntiata.* Asservatur in nostra Bibl. conventus de Colle et inc.: «Nova lux oriri visa est, gaudium, honor et tripudium apud omnes gentes». In fine adsunt duae laudes italicae: una pro S. P. Augustino, et altera pro D. Nicolao, cuius initium: «Beato Nicolò servo di Dio / stella lucente, exemplo della gente / illuminato dal lume divino».

(Cfr. Gandolphus, *Dissertatio hist. de 200 celebr. August. Script.*, p. 359).

Collensis Fr. Iulianus, S. T. Mag., alumnus provinciae Senarum, vixit saec. XVI. Vir fuit in disciplinis theologis impense doctus, Patavii studiorum Regens et Mediolani an. 1600 Hieronymianorum praeceptor. Recognovit atque praelo dedit: *Exameron nostri Aegidii Romani.* Patavii, Typ. Iacobi Fabriani, 1546.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 486; Elssius, p. 419; Negri, *op. cit.* p. 2; Ossinger, p. 236).

Collodi Fr. Ambrosius, Genuensis, Congregationis Lombardiae Ord. Erem. S. Augustini alumnus, floruit saec. XVII. Dicitur ab Oldoino in suo Atheneo Ligustico, vir qui, omni genere scientiarum divinarum, humanarumque praeclare imbutus, legali iurisprudencia copiose refertus, graecis idiomatibus egregie peritus, Congregationem suam patriamque illustravit. Litterales lucubrationes plures exaravit, quae sunt:

1. *Commentaria in lib. Politicorum Arist. quaestionibus illustrata.*
2. *Epitheta ex graecis lyricis, comicis, epicisque poetis collecta ordine alphabetico.*
3. *Monita politica ex Plutarco, Iustino et aliis.*
4. *Disputatio politica ex C. Cornelii Taciti lib. I Annalium de Tiberii dissimulatione.*
5. *Elogia et Emblemata sub nomine Iungii Philatei evulgata.*
6. *Istorie di Pietro Mattei compendiate.*

«Omnia opera praedicta, ait Giustiniani, *Scritt. Liguri*, Roma, 1667, p. 47, aliqua iam impressa, alia adhuc manuscripta, in Bibliotheca S. Mariae de Cella suburbii S. Petri de Arena cernuntur et sunt» (Cfr. etiam Iöcher in *Lexico Eruditorum*, T. I, col. 2019; Ossinger, p. 236; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 121).

de **Colona Fr. Augustinus**, floruit saec. XVI ineunte, atque edidit: *Opera nuovamente composta del disprezzamento del mondo in terza rima p. me frate Augustino de Colona d. lordine di Sancto Augustino. Elqle libro sia sece* (sic) *Innocetio Papa tertio...* (In fine): in Venetia p. Giorgio de Rusconi Milanese ad instatia de Nicolo Zopino et Vincenzo copagni. Nel MDXVII adì V de Maggio, in 8, cum figuris Xilographis. Opus est divisum in 32 capitulis.

(Cfr. Molini, *Operette Bibliografiche*, p. 161; Crescimbeni, *Istoria della volgar poesia*, T. V, p. 222; Quadrio, T. IV, p. 264, et Argelati, *Bibliot. dei Volgarizzatori*, Milano, 1767, T. II, p. 250).

Colucci Fr. Ioannes Dominicus, Tuscus, Augustiniensis atque poeta saec. XVIII ineuntis, editit: **[Pag. 237]** *Ristretto della vita, virtù e miracoli del glorioso S. Galgano Guidotti da Chiusdino nobile Senese; in ottava rima.* (Canti VII). Siena, 1704 per il Bindi in 8.

(Cfr. Moreni, *Bibliografia Storica Ragionata dalla Toscana*, Firenze, 1805, Vol. I, p. 282).

Columna Fr. Aegidius, *Doctor Fundatissimus* appellatus, dictus fuit *Romanus*, non solum quia in Urbe primam lucem aspexerat, sed ut Aegidio de Fuscariis Parisiensi, prout tenet H. Hurter S. I. in suo *Nomenclatore Lit.*, T. II, (1906) col. 481, distingueretur. Ex quadam chartula Archivii Histor. Capitulini (Credenzone XIV, T. 72, *Notizie di famiglie illustri*, p. 44) comperimus illum filium fuisse Petri Columnae domini Castri Genazzani. Generatim, et forsan verius, istorici affirmant illum

ortum habuisse an. 1247; Turner vero (*Storia della filosofia*, Trad. di G. Oliosi Verona, 1906, p. 343) eius nativitatem ponit an. 1243. In aetate adolescentuli ingressus Augustinianum Ordinem, a parentibus et amicis saeculi, blandimentis pluribus redire ad saeculum fuit allectus: sed ipse maluit Deo in suscepta religione servire, quam parentibus et mundi amatoribus oboedire (Cfr. Iord. de Saxonia, *Liber qui dicitur Vitas fratrum*, Romae, 1587, p. 169). Decimoquarto aetatis anno expleto missus fuit Parisium, ut inibi in bonis litteris institueretur; et in his vix dici potest, cum esset praestantissimi ingenii portentum, quam multum profecerit. Undeviginti annos tum artitum cum philosophiae, bibliae, theologiae facultates, argumentando, respondendo, docendo, praedicando, omnes Sorbonicae Universitatis actus frequentando inibi insumpsit, ac an. 1279 ipse iampridem Baccalaureus licentiandus ex documentis apparet. In illo celeberrimo Studio Angelicum Doctorem D. Thomam praeceptorem nactus, tanta fuit, eo magistro, divinarum scientiarum copia locupletatus, ut velut pullus aquilae, eum volatibus vicinitus persecutus fuerit. Sed quo tempore illum audivit? Recentiores scriptores affirmant, id evenire non potuisse nisi annis 1269-1271, quibus secundo Sanctus Doctor Parisiis docuit, non vero annis 1256-1260, quibus antea ibidem docuerat, quia Ordo Augustinianus non nisi mense decembris an. 1259 domum pro suis studentibus Parisiis acquisivit. Fertur itaque tantam et ingenii praestantia (verba sunt Lanteri, *Postr. Saec. Sex. T. I*, p. 47-51), et virtutum splendore apud scholarum Principem gratiam iniit atque existimationem, ut iste, si forte cum cathedram conscenderet, casu aliquo abesset Columna, licet plurima caeteroquin auditorum frequentia stipatus, uno tamen Aegidio non audiente, perperam sibi videretur aurea eloquiorum suorum flumina ex angelici labiis effundere. Ipse autem vicissim amantissimum praeceptorem summa reverentia prosequeretur, eique adeo amoris, gratique animi gludino devinctus erat, ut cum Guilelmus de Mara Oxoniensis theologus libellum evulgasset, in quo aliqua Aquinatis Doctoris placita maledico Idente carpebat, statim adversus magistri censorem ignitum stilum acuerit, atque in lucem emiserit praeclare elaboratum *Defensorium* (minime est enim probatum hoc opus ab aliis manibus exaratum fuisse, quiquid aliqui in contrarium seritiant) contra impugnantes D. Thomam Aquinatem ex quo Angelici Solis radii luculentius deinceps coruscare caeperunt. Affirmant etiam historici illam eandem cathedram, qua D. Thomas, post eum ascendisse, sed non est certum si immediate post, quod videtur probabile si attende perpendamus documenta Aegidium respicientia. Stephanus Tempier, Parisiensis Episcopus, homo pertinax et obstinatae mentis, die 7 martii 1277 plures opiniones [Pag. 238] Theologorum illius Universitatis, praesertim ex D. Thomae et Aegidii scriptis depromptas iniuste condemnavit. Fuit Aegidius noster invitatus ad eas revocandas; ast ille non solum obtemperare invitaei renuit, sed variis rationibus nisus fuit eas confirmare. Verum male id tulit tum Episcopus, tum Universitatis Cancellarius. Hinc, inter eos dissidia atque fastidia, ad quae tollenda Aegidius Parisium reliquit et in Italiam an. 1279 reversus est. Erat tunc Baccalaureus et ut videtur licentiandus ad magisterium, id est talis, qui iam non solum Bibliam et Sententias in scholis publice docuerat, quod per quinquennium fiebat, sed etiam actus Unversitatis per triennium ad minus, iuxta eiusdem Universitatis statuta, postea frequentaverat, ita ut ius haberet ad licentiam et magisterium statim recipiendum (Cfr. E. Esteban, *Analecta Aug.* Vol. II, p. 281). Si igitur an. 1379 non minus quam octo annos Aegidius in munere docendi pertransierat, evidenter an. 1271 iam cathedram conscenderat; non itaque improbabile est quod ille de Sorbonica pergula immediate post Angelicum Doctorem doceret. Caeterum praecedens agendi Aegidii ratio eius bonae famae nihil obfuerat. Omnes enim norunt, cum ageretur de opinionibus disputabilibus, illum iniuste multatum fuisse ab Episcopo Parisiensi, ac ideo maxima fiducia atque existimatione, quibus iam tunc potitus erat, sive penes suos Romanae Provinciae confratres gaudebat, sive penes Ordinis Priores Generales. Primi nimirum non semel ac iterum, tribus scilicet continuis capitulis, res Provinciae in libera Aegidii posuerunt potestate; Superiores vero non dubitarunt quin eum in capitulis generalibus

Definitorem elegerint, et hoc usque ad Capitulum Tuscanellae an. 1285 mense maio celebratum, in quorum actis semper dicitur Baccalaureus. Sustineri ergo non potest opinio nostratis Mattioli (*Studio critico sopra Egidio Romano Colonna*, Roma, 1896, p. 13), qui Aegidium putat magistrali laurea Parisiis an. 1281 decoratum. Ut pacifice hoc assequi posset, bene ille intellexit aliquam satisfactionem a se praebendam esse Episcopo, Cancellario et Collegio doctorum Parisiensium circa impositionem sibi factam de revocandis hiis quae dixerat aut scripserat. Adivit itaque S. Sedem declarans Summo Pontifici se humiliter facturum quidquid in casu ab illo decerneretur. Honorius IV hanc Aegidii humilem oblationem acceptavit, praecepitque Parisiensi Episcopo, Stephani successori, ut Cancellario et omnibus magistris theologiae facultatis specialiter convocatis, ac Aegidio revocante «quae de dictis contra ipsum una cum maiori parte magistrorum eorundem iudicaverit revocanda (sunt haec Pontificis verba) et specialiter quae dictus praedecessor tuus mandavit, ut praedicitur, revocari, *circa licentiam et expeditionem ipsius auctoritate nostra provideas*, prout secundum Deum, fidei catholicae, ac Parisiensis studii utilitati de consensu maioris partis magistrorum ipsorum videris expedire»; quibus, verbis (ita Esteban 1. c.), iuxta morem loquendi illius temporis, apertissime exprimitur mandatum apostolicum promovendi Aegidium ad Magisterium in Sacra theologia. Virtute huius mandati, quod Episcopus Parisiensis exequi debuit, putamus Aegidium nostrum ad Magisterium fuisse promotum ipso anno 1285 mense octobris (cum literae Pontificiae datae fuissent die 1 iunii eiusdem anni), eo scilicet tempore, quo annus scholasticus incipiebat et peractis licentiatorum actis, promotiones ad magisterium Parisiis fieri solebant. Renunciatus itaque S. Theol. Doctor, et Sorbonica cathedra ab eo iterum suscepta, eius fama quammaxime percrebuit. Omnes enim in eo ora tenebant; et anno insequenti, cum Philippus [Pag. 239] nuper Rhemis Gagliarum Rex inauguratus Parisios accessurus esset, unanimi Sorbonae decreto, quamvis in illa florentissima Academia multi extarent non solum doctrina, atque eloquentia, verum etiam officiose excipiendi, congruisque Regem honoribus prosequendi dexteritate viri praeclarissimi, unus Aegidius dignus habitus fuit qui adveniendi Principi verba faceret, qua occasione celebratissimam *de iustitia orationem* composuit. Apud nostrates autem tantae fuit auctoritatis ut universi Ordinis Patres Definitores minime titubarent Florentiae in Capitulo Generali, anno 1287 habito sequentem diffinitionem emittere: «Quia venerabilis Magistri nostri fr. Egidii doctrina mundum universum illustrat, diffinimus et mandamus inviolabiliter observari, ut opiniones, positiones et sententias scriptas et scribendas praedicti magistri nostri, omnes ordinis nostri lectores et studentes recipiant eisdem prebentes assensum et eius doctrine omni qua poterunt sollicitudine, ut et ipsi illuminati alios illuminare possint, sint seduli defensores». Et haec definitio maxime concordabat doctorum Parisiensium placitis, apud quos merito *Doctoris Fundatissimi* nomen sibi comparaverat. Quanti insuper illum penderet B. Clemens de Auximo, Prior Generalis Ordinis, mirum in modum ab eo ostensum fuit in capitulo generali Ratisbonensi, cui voluit ut interesset, eidem per diffinitionem committens auctoritatem quo posset «Baccalarios Parisios ad legendum sententias vocare prout sibi pro bono Ordinis videretur expedire». Verum luctus ingens paulo post occupavit Ordinem Eremitarum: die enim 8 aprilis 1291 «obiit Pater noster (ut abetur in actis capitul.), Sanctus frater Clemens, Prior Generalis... in Urbeveteri, Romana Curia ibidem existenti, et confluentibus dominis Cardinalibus ad sepulchrum eius. (Cfr. *Analecta* cit. Vol. II, p. 322)». Eo defuncto, ex iure Ordinis habenas, ut Vicarius et Administrator, suscepit P. Paulus de Perusio, qui mense septembris 1291 suo Definitorio indixit in praesentia Aegidii (qui evidenter in Italiam iterum reversus erat), ut de capituli convocatione ageret, deque electoribus provinciae romanae provideret, et anno insequenti mense ianuario in Epiphania Domini Romae in conventu S. Mariae de Populo in comitiis generalibus Aegidius ipse unanimiter et concorditer in Priorem Generalem evasit electus, tribus annis naviter Ordinem regens amplius utique rectorus, nisi a

Summo Pontifice Bonifacio VIII, cuius amicitia iam inde ac ille Cardinalis erat fruebatur, quique eximiam illius doctrinam atque sanctitatem probe perspectam habebat, maxime ob eruditum evulgatum librum *de Renuntiatione* Papae, in quo probatur validitas renuntiationis S. Coelestini V, ad Archiepiscopatum Bituricensem et Aquitaniae Primatum an. 1295 die 25 aprilis evectus fuisset. Non placuit optimatibus Galliae huiusmodi electio, aegre enim ferebant alienigenis Episcopatus Galliae conferri, perinde ac si Italia Antistites Gallos numquam recepisset. Ipse Summus Pontifex voluit illum consecrare; qua consecratione et Primatis palleo acceptis, cum celebraturum esset Capitulum Generale apud Senas, illuc advolavit, inibi sustinendo disputationes de quolibet, et postea ad suum Archiepiscopatum ivit, cuius gubernium suscepit. Sed anno postero Romam mense iulii iam repetierat, forsitan ab ipso Bonifacio ad eam vocatus, et inibi mansit usque ad annum 1299 quo post mensis Augusti ferias ad suam Bituricensem sedem remeavit, quum sanctissime per tres circiter annos apud Romanam Curiam, cui sua illuminata officia consilio sapientia et scriptis praebebat, vixisset. Gubernaverat intem suam Archidioecesim [Pag. 240] Vicarios Generales instituendo qui eam visitarent atque administrarent. Interfuit an. 1311 Concilio Viennensi, in quo Templariorum damnatio conclamata fuit, eorumque Bituricensem domum Augustiniano Ordini acquisivit, eamque postea perpulchre exornavit. Anno insequenti Synodum in sua sede celebravit, et probabiliter aliam an. 1315. Multa sanctitatis indicia praebebat et praesentens suum diem extremum testamentum die 29 martii Bituricis condidit, quo conventui Parisiensi, *de cuius uberibus a pueritia nutritus fuerat*, reliquit domum seu manerium suum S. Martini de Campiano dioec. Saonensis, et suam locupletem bibliothecam quam Bituricis secum habebat. Suam capellam reliquit romano conventui ad S. Triphonem, ac tandem inter pietatis exercitia in Domino obiit Avenione penes suos confratres die 22 decembris 1316; eius corpus Parisium translatum in nostra ecclesia fuit honorifice sepultum, apposito ad tumulum hoc epitaphio: HIC IACET / AULA MORUM VITAE MUNDITIA / ARCHIPHILOSOPHI ARISTOTELIS PERSPICACISSIMUS / COMMENTATOR / CLAVIS ET DOCTOR THEOLOGIAE LXV IN LUCEM / REDUCENS DUBIA / FR. AEGIDIUS DE ROMA ORD. FRATRUM EREMIT. / S. AUGUSTINI / ARCHIEPISCOPUS BITURICENSIS QUI OBIIT / ANNO D. MCCCXVI DIE XXII MENSIS DECEMBRIS.

Omnigenae eruditionis pretiosa ab ipso exarata volumina reliquit, quae nimirum sunt:

1. *Expositio in artem veterem: videlicet in universalibus, Predicamentis. Post predicamentis, sex principiis et Periermenias*. Inc.: «Sicut dicit Philos. in 1. de anima: intellectus noster...». Venetiis per Simonem De Luvere, 1507, in fol.; ibidem ap. Hier. Scotum 1582 in 8; et sub tit.: *In Porphiri Isagogen, Aristoteles Categories et lib. Peri Hermenias ac Giberti Porrectani VI Principia absolutissima Commentaria, quae omnia cura et industria R. P. Lectoris F. Augustini Panizzoni ecc. ad Ill.mum et Rev.mum S. R. E. Presb. Card. Gregorium Petrochinum etc.* Bergomi, Typ. Com. Venturae, 1591, in 4; Mss. Vat. Barber. Lat. cod. 433 membr. saec. XIV.

2. *Expositio super libros Priorum Analyticorum Aristotelis cum textu eiusdem*. Venetiis per Simonem de Luvere 1499, in fol. (Cfr. Copinger in addit. n. 133, et Proctor, n. 5624); idem Venetiis, 1500 (Hain n. 134); idem Venetiis, per Locatellum, 1502 in fol.; idem Venetiis una cum quaestionibus Marsilii per Bonetum Locatellum, 1504 in fol.; idem ibidem 1516 in fol.; idem una cum aliis opusculis recognitum per R. P. Mag. Augustinum Montisfalconium, Venetiis, Lucantonius de Giunta, 1522 in fol.; id. Venetiis, 1598. Cod. 40 B. S. Marci Venetiarum (Valentinelli, Vol. IV, p. 28); sed cod. 16620 Bibl. Nat. Paris. et cod. 280 et 289 Oxon. Merton, hoc opus tribuunt Roberto Kilwardby Anglico.

3. *In libros posteriorum Analyticorum Aristotelis expositio*. Vener. viro ex Anglorum spectabili prosapia oriundo d. Stephano de Maulay etc. Patavii, 1478, in fol. (Cfr. Hain, n. 135, Proctor n. 6795); per Ioan. Iacobum de Puteo Feltrensem et Petrum de Nardis, de s. Angelo; Venetiis per Bonetum Locatellum, 1488 in fol.; idem Venetiis, 1493 (Hain Copinger n. 136-140); idem ibid. an. 1495 in fol.; idem ibidem, 1499 in fol.; id. ibid. 1500 in fol.; idem ibid., per Georgium Arrivabenum, 1513 in fol.; idem *cum duplici textus translatione: antiqua scilicet: ei Ioannis Argyropili bizantini nunc primum addita. Novissime post omnes impressiones [Pag. 241] ubique terrarum excussas: collatis multis exemplaribus adamussim recognita: cunctisque mendis expurgata*. Venetiis, Giunta, 1520 in fol.; idem opus ibidem, Scotus, 1530 in fol. Haec Commentaria reperiuntur mss. Florentiae in Bibl. Laurentiana PI. XVI sin., cod. 4.; ibid. in Nation., PI. II, S. Crucis C. 5, in fol.; Oxoniae in Bodleiana, Misc. CCCLXXIII; in Nation. Pariensi, in Tholosana, in Burdigalensi, Venetiis in Marciana, Cod. 47 (Philosophia) saec. XV, (Cfr. Valentinelli, IV, p. 30 et 31; Monachii in Regia, cod. 14044; Parisiis in Bibl. v. de *l'Arsenal*, cod. 734 (13. S. A. L.) saec. XIII; in Vat. Lat. codd. 823, 827, 828, 829, 10135; in Vat. Palat. cod. n. 100; in Vat. Regina, n. 143; in Bibl. Angelica n. 489; Cambridge in Bibl. v. Emmanuel College, cod. 313.

4. *Expositio supra libros elenchorum Arist.*, Venetiis per Bonetum Locatellum, 1496, in fol. Praeit epistola nuncupatoria Fr. Augustini de Meschiatis Rev.mo D. Ioanni Stephano de Feneriis, Apostolico Protonotario ac Episc. Vercellensi; item Venetiis, an. 1499 in fol.; Venetiis per Simonem de Luere an. 1500 (Cfr. Hain-Copinger, 141); Venetiis, Scotus, 1507, et iterum per Simonem de Luere an. 1530, semper in fol. (Cfr. et Proctor, n. 5067 et 5630. Mss. reperiuntur in Vat. Lat. n. 823, 824, 825, 826; Vienna in Vindoboniensi, Cod. 2382 et 5366; Parisiis in Nation. Cod. 14714, saec. XIV, Vict. 382, Comp. 87 et in Mazariniana, cod. 499; Monac. in Regia Cod. 14522; Oxoniae in Ball. cod. 119 et in Merton. 289; item Carpentoractae, Basileae, Biturici sive Avarici, in civitate v. Cambridge; in Vatic. Pal. cod. 933; in Bibl. Nat. Fiorentina cod. 2794 (Badia Florent. B. 9) saec. XIV, cod. 12; in Bibl. S. Crucis D. 9, saec. XIV; Cod. 3 ex conventu S. Mariae Novellae F. 5, membr. in fol.; item Florentiae in Laurentiana, Plut. XVI sin., cod. VI. olim Conventus S. Crucis, et Plut. XV, Cod. VI membr. in fol; Caesenae in Malatestiana cod. 2 Plut. 26, saec. XIII-XIV. Item Venetiis in Bibl. Theatinorum in fol. membr. (Tomasini, p. 57).

5. *Quaestio defensiva de medio demonstrationis*, Venetiis, de Luere, 1500 in fol. una cum Expositione supra libros Elenchorum, et cum aliis opuscolis per fr. Augustinum Museum integre restitutas ad Rev.mum Magistrum Gabrielem Venetum.... Generalem; Bononiae, per Iustinianum de Ruberia, 1524, in 4 parvo. Editio Veneta per Bonetum Locatellum an. 1496 est potius Fr. Augustini de Biella de Mexiatis Ordinis Augustiniensis Lectoris quam ipsius Aegidii. Codices hujus opellae sunt in Vat. Lat. 760, 712, 828; Parisiis in Bibl. Nat. Lat. 16170, saec. XIV.

6. *Rhetorica Aristotelis cum fundatissimi Artium et theologiae doctoris Egidii de Roma locullentissimis commentariis*. Venetiis, 1481 in fol.; Romae 1482; Venetiis per Giorgium Arrivabenum, 1515 in fol.; et Venetiis, apud heredes Octav. Scoti, 1555. Mss. asservantur Mediolani in Trivultiana, cod. 837, saec. XV in fol. sub tit.: *summa super libros Rhetoricorum Aristotelis*; Parisiis in Bibl. v. de *l'Arsenal*, Cod. 980 (21 B. L.) et ibidem in. Bibl. Nation., Sorbonica, Mazarin.; Bruxellis, Monachii, in civitatibus v. Toyes in Gallia, et Cambridge in Anglia, Paduae (Cfr. Tomasini, p. 78), Ravennae in Classense, n. 409 membr. saec. XIV; Romae in Vat.

Lat. 775; Florentiae in Laurentiana, ex libris S. Crucis, Plut. XVI sin., Cod. VIII, pergam. saec. XIV.

7. *De differentia rhetorice, politice et ethice* s. l. et s. d. [1493] in 4. (Cfr. Hain n. 116-117); Neapoli, per Antonium Frizis de Corinaldo, 1525, in 4, una cum aliis tractatis eiusdem Aegidii; Viennae in Austria apud [Pag. 242] Mathaeum Cosmerovium, 1641, et Cordubae ex typ. apud Lazarum de Risquez, an. 1712 semper cum aliis eiusdem Aegidii opusculis, Mss. reperitur Monachii in Regia, Cod. 8001, membr. misc. saec. XIV; in Bibl. R. de Wolfenbuttel n. 641; Neapoli in Bibl. Nationali, VI. c. 16 membr. msc. saec. XIV.

8. *In poesim Aristotelis* ms. Oxoniae in Bodleiana.

9. *Commentaria in VIII libros physicorum Aristotelis...* impressa in almo gymnasio patavino impensis ac diligentia... Hieromyni durantis impressoris, 1493 in fol., Fol. 1. Fr. Egidius Viterbiensis Eremitanus S. Augustini clarissimo theologo magistro Gratiano Fulginati Ord. S. Augustini Procuratori Solertissimo S. D. (Cfr. Hain, 128; Proctor, n. 6832, et Olschki, *Monumenta typ.* n. 391, p. 142); idem Paduae, 1483 in fol. (?); Venetiis 1496 apud Octavianum Scotum in fol. (?); Venetiis 1499(?); Venetiis 1501 in fol.; Venetiis per d. Andream de Torresanis de Asula, 26 sept. 1502 in fol.; et sub hoc titulo: *Egidii Romani in libros de physico auditu Aristotelis Commentaria accuratissime emendata: et in marginalibus ornata quotationibus textuum Commentariorum ac aliis quamplurimis annotationibus... Eiusdem quaestio de gradibus formarum*, cum praefatione et cura Fr. Augustini Fivizani, Agustiniani, 12 Kal. Oct. 1502, in fol. Idem Venetiis, 1520, 3 vol., in fol. cum commentariis de Generatione eiusdem Egidii, Marsilii et Alberti de Saxonia. *Commendationes physicae et metaphysicae*. Ursellis, apud Cornelium Sartorium, 1604 in 8. Opus non genuinum; et ibidem an. 1614 aut 1618 in 8. Auctor huius operis videtur Fr. Aegidius a Praesentatione nostri eiusdem Ordinis, Lusitanus, qui obiit, postquam docuerat per plures annos Conimbricae an. 1606. Mss. Romae in Vat. Lat. cod. 830, cod. Vat. Lat. 772 sub hoc tit.: *Quaestiones disputatae de scripto Physicorum*; ibidem in Pal. Lat. 1039, et in Urbinate 183, saec. XIV. In hoc ultimo cod. habentur etiam: *fragmenta quaestionum Methaphysicarum* ff. 117-120; Taurini, cod. 656 (E. 11-28) membr. saec. XIV, cc. 188 et in Bibl. Univers. Cod. 476; Venetiis in Bibl. S. Marci Codd. 42 et 43 [L. VI. IX. - L. VI. X] (Cfr. Valentinelli, T. VI, p. 34-35) Ius saec. XIII, 2us saec. XIV; Florentiae in Bibl. Nationali, olim S. Crucis, 9 Cod. A, 5, 9; in Laurentiana Plut. 83, Cod. 26; in Bibl. S. Marci, I-V. 11. Papiae in Bibl. Universitatis, Cod. 572, saec. XIV; Parisiis in Bibl. v. *de l' Arsenal* cod. 488, item in Nationali et in Sorbonica; item in Gallia in Bibl. civitatis v. Troyes cod. 884; Burdigalae cod. 424; in civit. v. Cambridge, E. Coll., cod. 513, et alibi.

10. *Expositio super Aristotelis duobus libris de Generatione*. Neapoli, Iodocus Hoensteyn, s. a. (e. 1475) in fol. min. ff. 104 (Cfr. Hain 144). Extat in Bibl. Nation. Neapolitana VI. D. 23; item ed. Patavii 1480, d. 24 febr. ingenio et impensa Ioannis Grandis Herbort de Silgenstat. (Cfr. Proctor n. 6713); *Marsilius* [Inguen] *de generatione et corruptione cum expositione Aegidii*, Venetiis per Bernardinum de Tridino, 1493 in fol.; item Venetiis per Simonem de Luere, 1498; item Venetiis per Otinum de Luna, 1500 in fol.; s. l. a. et typ. n. In fol. char. ghot. binis. col. AA - HH. Romae in Bibl. Nation. Incun. n° 23.; s. l. *Commentaria fidelissimi expositoris D. Aegidii Romani in libros de generatione et corruptione Aristotelis cum textu intercluso singulis locis. Quaestiones item subtilissime eiusdem doctoris [Aegidii] super primo libro de generatione nunc quidem primum in publicum prodeuntes* per Bonetum Locatellum, 1504, fol.; Venetiis per Gregorium de Gregoriis,

1505 in fol.; Venetiis, 1515 in 4°; [Pag. 243] Venetiis mandato et expensis Luceantonii de Giunta 1518 in fol.; Venetiis cura heredum Octaviani Scoti et sociorum, 1520 in fol., et tandem Venetiis apud Hieronymum Scotum, 1567 in fol. Ms. existit Romae in Vat. Lat. cod. 2182, in Vat. Pal. Lat. cod. 1044, Vat. Ottob. 1415; Venetiis in Marciana Clas. XII, Codd. 71, 72, 73 (Cfr. Valentinelli, T. V, p. 49-50); Florentiae in Laurentiana Plut. XVI, cod. III, membr. et in Nation. ex bibl. S. Crucis (10 S. Croce A. 1); item ex Bibl. S. Marci, cod. I,II, 35; Parisiis in Nation. Cod. 12968 saec. XIII; in Mazarin. codd. 363, 3485; in Bibl. Com. civit. v. Troyes codd. 1770, 884; Oxoniae in Ball. 310, 119, 185; Oxon. Mar. Magd. codd. latt. 209, 309; Oxon. Merton 305; in British Museum sub. tit. Phys. et Metaphysica et in aliis Bibliothecis.

11. *De intentionibus in medio quaestio*, edita una cum aliis tractatis eiusdem Aegidii per Ven. Theol. Bae. Fr. Herennium Ord. Erem. S. Aug. Neapoli per Antonium de Frixis de Corinaldo, 1525 in 4°; Idem, Viennae Austriae apud Matheum Cosmerovium, 1641 et tertio Cordubae ex Typ. August. apud Lazarum de Risquez. Ms. in Vat. Lat. cod. 10.

12. *Subtilissima expositio librorum de Anima Aristotelis a summo interprete Aegidio romano...*, edita, Papiiae per d. Christoph. de Canibus rogatu et impensa viri Heronimi (sic) de durantibus, 1491 in fol.; item Venetiis, Octavianus Scotus, 1496 in fol.; Venetiis, per Simonem de Luere, 1500 (Cfr. Hain-Copinger n° 132). Asservatur ms. Florentiae in Laurentiana ex Bibl. S. Crucis Plut. XVI, Cod. 1; ibidem in Bibl. Nation. ex Bibl. S. Marci, cod. I. V. 20, saec. XIV; Bononiae in Bibl. Archigymnasii Cod. A. 35; Papiiae, [Fondo Aldini] in Bibl. Universitatis; Venetiis in Marciana Clas. XII Cod 71 e 72 (Cfr. Valentinelli, T. IV, p. 53); Cortonae in Municip. Cod. 216, saec. XV; fol. 143 inc.: *Philosophiae naturalis tractatus*, anepigraphicus, sed eidem praeit *Epistola Egidii Romani ad Jacobum Iohannis Gayethani*; Romae in Bibl. Vat. Chisiana cod. 1345 membr. in fol. cui tit.: *Summa super III libris Aristotelis de Anima*; in Bibl. Casanatense Cod. 467; Parisiis in Nation. Cod. 15005 lat. fol. 249; in civitate v. Auxerre, cod. 197; Oxoniae in Ball. cod, 119; Paduae in Antoniana, cod. 150; Venetiis in olim Bibl. Bessarionis, in fol. membr., Plut. VIII (Cfr. Tomasini, p. 35).

13. *De Bona Fortuna tractatus*. Venetiis apud Octavianum Scotum, 1496, in fol. Mandonet, *Siger de Brabant et l'Averroisme au XIII.me siècle* (in Collectanea Friburgensia) Fribourg, 1899, p. CCIV, nota 3.a hoc opusculum Aegidii citat. sub tit. : *In parva naturalia*, videlicet: Venetiis, Heredes Octaviani Scoti, 1525 in folio sub tit.: *Parva naturalia*, hoc est collectio opusculorum D. Thomae, Petri de Alvernia Ord. Praed. et Aegidii Romani *De bona fortuna Aristotelis*. Idem dicendum de tertia editione, Venetiis apud Octavianum Scotum Amedei F., 1551 in fol. Ms. asservatur in Vat. Lat. cod. 846, ff. 1-12; Venetiis in Bibl. S. Michaelis Cod. 136 saec. XIV; Ravennae in Classense Cod. 409, ff. 125-129; Viennae in Vindob. cod. 2230; in Bibl. Brugensi in Gallia cod. 496; in Bibl. Escorialensi in Hispania Cod. misc. f. II, ff. 197.v 223.v saec. XV; in Oxoniensi Mert. cod. 281; in Bibl. Monac. cod. 317, 8005; tres codices sunt in Bibl. Nat. Parisiensi et alii in aliis Bibl.

14. *In parva naturalia* commentarius Aegidio adscriptus a Coriolano, Pamphilo, Ossinger et ab Universitate Parisiensi taxatus in VI petias per IV den. Incipit ut liber de Bona fortuna: «Quidam ordinavit in idem...». Num praesens tractatus idem est ac ille [Pag. 244] qui continetur in Cod. Vat. Lat. 772 sub tit. *Questiones varie de Philosophia* et in Regia Monac. Cod. 317, saec. XIII, quae incipiunt f. 184 "Dubium apud multos solet esse quomodo elementa..."? Id enucleare non valeo.

15. *In librum de causis Commentarius*, ab Aegidio dicatus Benedicto Caetani S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Cardinali, qui postea fuit Bonifatius Pp. VIII, et completus Baiocis, v. Bayeux an. 1290, feria 4 ante Purificationem, atque ab Aegidio Bonsi fiorentino rivisus et traditus ad imprimendum: Venetiis apud Iacobum Zoppinum, 1550 in 4. Ms. asservatur in Vat. Lat. cod. 831; Venetiis in Marciana, Class. XII, codd. 115 et 198; Florentiae in Bibl. Laurentiana Plut. I, cod. 22; in Bibl. Erfurtensi cod. 316; Monac. in Regia cod. 14416; in Bibl. Burdigalensi cod. 140; Perpiniis, cod. 24; Parisiis in Bibl. v. *de l' Arsenal*, cod. 516, saec. XIV, in Mazariniana cod. 3495, in Nationali et in Sorbonica, nec non Venetiis in olim Bibl. Bessarionis in fol. papyr. (Cfr. Tomasini; p. 34).

16. *Deformatione humani corporis in utero*, tractatus editus a nostrate Mag. Ioanne Benedicto Moncetto de Castellione Aretino, Parisius, Ponset. Le Preux, 1515 in 4 una cum eiusdem Aegidii tractatu de Archa Noë; idem impress. Venetiis per Iacobum Pentium de Leuco, 1523 in 4 parvo, cura et studio S. Theol. Doctoris fr. Augustini Montifalconii, Eremitae Augustiniani; idem Arimini, apud Iohannem Symbenium, 1626 in 4 purgatum atque illustratum per R. P. M. F. Angelum Vancium Ariminensem, Augustinianum. Ms. servatur in Vat. Lat. cod. 841, ff. 1-37, in Vat. Regina cod. 195 et in Vat. Pal. 1086; in Nationali Florentina Cod. II, X. 5. saec. XV, in 8.o; Neapoli in Nation. Cod. VII C. 16, quo continentur alia Aegidii opuscula; in Vindoboniensi Vienna codd. 368 et 2303; Oxoniae in Bibl. Merton. cod. 137; Cameraci v. *Cambrai*, in Municipali cod. 455 (487); Parisiis in Nation. cod. 15863, tandem in Bibl. Basileensi et Montisepulani.

17. *Quaestiones metaphisicales Clarissimi Doctoris Aegidii Ordinis S. Augustini*. Venetiis per Petrum de Quarengiis Bergomensem, 1499 in fol.; item (in quarum finem legitur: *Expliciunt quaestiones super nonnullos libros Metaphisicae Aristotelis*), Venetiis, per Simonem de Luere mandato d. Andree Torresani de Asula, 1501 in fol. Editio curata a Fr. Ioanne Baptista de Tolentino et Mag. Gratiano de Fulgineo dicata; item per Magistrum Iacobum Senensem Augustinianae professionis, cum aliis Aegidii opusculis, in germanum nitorem redactae, Venetiis, apud Octavianum Scotum D. Amedei, 1552, in fol. P. Mattioli (l. c. p. 145) citat eiusdem Aegidii *in eosdem libros quaestiones disputabiles*, Venetiis, 1505 edit.; sed cum haec editio non existit neque ms. ullus de illis reperiatur, tractatus a Mattioli enunciatus putamus idem esse ac superior. *Quaestiones Aegidii super libros Metaphisicorum* in fol. membr. erat Venetiis in Bibl. S. Antonii, Plut. I, (Tomasini, p. I). In Vat. Lat. cod. 828, ff. 127-128 adest eiusdem Aegidii *quaestio de universalibus*.

18. *Theoremata d. Egidii de Roma de esse et essentia*, per magistrum Iohannem Rüdiger de Creussen s. d. in 4 (Cfr. Hain, n° 119 et Proctor, n° 2958); item s. l. an. 1494, industria et arte Conradi Kacheloffen, in 4 parvo (Cfr. Hain, 120; Proctor, 2862); item cum aliis tractatis eiusdem Aegidii, Bononiae per Iustinianum de Ruberia, 1522, opere fr. Augustini de Fulgineo S. Theol. Bacc. in 4. Mss. asservantur Neapoli in Nation. cod. VII. C. 16; Venetiis ad S. Marcum cod. 41 (L.III.II) (Cfr. Valentinelli, T, II, p. 95); Romae in Vat. Pal. cod. 1046; [Pag. 245] Florentiae in Laurentiana (Cfr. Bandini, T. III, p. 246); Oxoniae apud Collegium Merton, 137; Monachii in Regia cod. 23870; Vienna in Austria, Bibl. Vindobonien. cod. 3513, Erfurti, cod. 316; Parisiis in Bibl. v. de l' Arsenal. cod. 355 et alibi.

19. *De esse et essentia Quaestiones*, Lipsiae 1493; Venetiis, per Simonem de Luere, 1493 in fol. una cum *De mensura Angelorum* et *de cognitione Angelorum* tractatus, qui reperiuntur etiam in

sequentibus editionibus, nempe: Venetiis per Simonem de Luere, 1503 in fol.; Venetiis, apud Locatellum, 1504 in fol.; Venetiis per Bernardum Locatellum, 1507 in fol.; Romae per A. Bladum, 1555 et Venetiis, 1598. Mss. reperiuntur Burdigalae, cod. 143, saec. XIV; Romae in Vaticana lat. cod. 847; *quaestiones de secundis intentionibus et de esse et essentia* extant etiam in Vat. Pal. Lat. 1059; in Vat. Ottob. cod. 201; Oxoniae in Balliol. cod. 104; ibidem in Coll. Merton, cod. 137 (Perusiae in Communalibus habetur ed. 1503) et alibi.

20. *De gradibus formarum, sive de pluralitate formarum, seu contra gradus et pluralitatem formarum*. Incipit hic tractatus «Dixisti Domine Iesu...», Paduae 1493 una cum tractatu *de intellectu possibili*; item Venetiis 1500, 1502, et ibidem 1502 simul cum tractatu *de Physico auditu*; Venetiis, 1552 cum *methaphysicae quaestionibus*, et Cordubae, 1708 simul cum *in IV sententiarum*. Ms. Viennae in Bibl. Vindobon. cod. misc. 3513-12; Romae in Bibl. Angelica, Cod. 619 saec. XV; Venetiis in Marciana, Cod. 41 (4. III, II) Cfr. Valentinelli, T. II, 93; Oxoniae in Balliol, cod. 118; Romae in Alexandrina, cod. 140.

21. *De gradibus formarum accidentalium in ordine ad opera Christi*. Neapoli per Antonium Frixis de Corinaldo, 1525 in 4 et Viennae in Austria per Mathaeum Cosmerovium, 1641 in 4 simul cum aliis eiusdem Aegidii opusculis. Ms. hic tractatus habetur in Vat. Lat. cod. 775; Neapoli in Nation. in praedicto cod. VII. C. 16; Romae in Angelica, cod. 140, saec. XIV et alibi.

22. *De deceptione tractatus, vel: quomodo sciens potest mala facere, seu potius: de defectu et deviatione malorum culpa et peccatorum a Verbo*. Hi tres tituli indigitant tria diversa opuscula Aegidii vel unum et idem? Sub 3 tit. editum fuit opusc. Romae Antonii Bladi Characteribus, 1555 in fol. una cum aliis eiusdem Aegidii tractatis, qui hoc suum opusculum citat in alio suo opere, id est, in secundo Sententiarum, Dist. VI, quaest. I, art. 2.

23. *De materia coeli quaestio contra Averoyum*, Paduae per Hieron. de Durantis, 1493 in fol. simul cum tractatu *de intellectu possibili*; Venetiis, per Sim. de Luere, 1500 in fol. simul cum libro de Anima; Venetiis, Locatellus, 1502 in fol. cum *Caietani expositione in libro de celo et mundo*, quas castigavit noster Aegidius Viterbiensis; item cum *de phisico auditu*. Ibidem et eodem anno, nec non cum *Metaphisicis quaest.* Venetiis, Scotus, 1552 in fol. Ms. asservatur Romae in Vat. Pal. lat. cod. 1059; Vat. Ottob., cod. 201; Papias in Bibl. Universit. cod. 576; Parisiis in Nation. cod. 15863; Oxoniae, in Merton. cod. 137 et alibi.

24. *De intellectu possibili contra Averoyum quaestio aurea*, edita ut numero superiore notavimus. Ms. servatur in Vat. Lat. cod. 806, ff. 50-55, tit.: *de unitate intellectus humani*; in Bibl. Escorialensi in Hispania habetur codex h. II, 1, saec. XIII-XIV, quo servantur: *Quaestiones in capitulo generali Paduae* (an. 1281) *disputatae, tractatus de unitate intellectus, de esse et essentia*; in Bibl. conventus S. Francisci Assisii, Cod. 196, ff. 1-4 membr. saec. XIV, tit.: *Egidius de proliferatione intellectus*: [Pag. 246] Romae in Bibl. Angelica cod. 15, ff. 101-108 binis col. saec. XV; similiter in Nationali Parisiensi, Oxoniae, etc.

25. *De erroribus philosophorum Aristotelis, Averrois, Avicennae Algazelis, Alkindi Rabi etc.* Viennae (Delphinatus), s. typ. n. an. 1472 in 4, (editio rarissima in Bibl. Nat. Neap. Cfr. Hain n. 118, qui tamen legit an. 1482); Venetiis, apud Franc. Zilettum, 1581, opera et studio Angeli Rocchensis nostri Ordinis, post 2.am partem editionis in *Secundum Senten.*; itemque Cordubae,

1708 post in *Quartum Sententiarum*. Eiusdem excerpta ediderunt Ant. Possevinus in *Append. Apparatus Sacri*, 1608; Nicolaus Eimeric, *Direttorium inquisit.* Venetiis, 1607, part. 2, quaest. 4; D'Argentré, *Coll. Iudiciorum* etc. T. I, Lutetiae Paris. 1724, pp. 238-245 et ultimo Mandonnet, op. cit. ex codice Bibl. Nation. Paris. ms. lat. 16195, iam sorbonico 964, forsitan unico. Sunt qui dubitant de eius authenticitate.

26. *De partibus philosophiae essentialibus, ac aliarum scientiarum differentia et distinctione*, s. l. a. et typ. n. (Conradus Kacheloffen? Cfr. Hain n. 16); idem, 1493 in 4 s. 1. et typ. n., atque Neapoli, 1525, Antonius de Frixis. Latent mss., nisi unus sit qui in Bibl. Communi Fabrianensi, Cod. 31 (3413), saec. XV, indigitatur sub hoc tit.: *Aegidii romani Philosophia*.

27. *In libros politicorum Aristotelis*. Romae in Bibl. Vat. Lat. cod. 833, et Ravennae in Bibl. Classense, Cod. 409, ff. 60-119 cum aliis opusc. Aegidii, sed anepigraphico.

28. *In Oeconomia Aristotelis*. Ms asservatur iuxta Montfaucon in Bibliotheca Ambrosiana, et iuxta Ossinger in olim nostra Bibl. ad S. Marcum Mediolani.

29. *Expositio super Boetium de Philosophiae consolatione, cui praemittitur praefatio in eius vitam*. Cod. Vat. Ottob. n. 612.

30. *Super libris Ethicorum Aristotelis*. Cod. Vat. Lat. 832. Inc.: «Flagitante nobili viro Stephano Maulai Anglico».

31. *De cometis vel de significatione cometarum*, in Vat. Lat. cod. 803, item in Bibl. Basileae: Cod. Vat. Reg. 1330 continet hunc tractatum Aegidii in linguam gallicam versum; Oxoniae Bibl. Ashmole n. 341 perg. miscel. saec. XIII, cc. 61 extat : *tractatus Egidii ordinis fratrum Praedicatorum de essentia motu et significatione cometarum*. Ex his Scriptores *Hist. Lit. de France*, T. XXX, p. 550 reponunt hunc tractatum inter opera Aegidii incerta.

32. *In totum Canonem Bibliae et sufficientiam librorum et excellentiam sacrae scripturae*. Tribuitur hic tractatus Aegidio a Coriolano, Pamphilo, Angelo Rocca, Ossinger, Elssio et ab aliis, sed neque editio neque codex ullus de eo noscitur.

33. *In librum Salomonis, qui Cantica Canticorum inscribitur, commentaria*. Romae, apud Antonium Bladum, 1555 in fol. Ms. asservatur Romae in Vat. Lat. cod. 803 perg. saec. XIV, ff. 56-71; Florentiae in Laurentiana ex bibl. S. Crucis, Plut. VIII, cod. VIII dext. in 4, saec. XIII, ff. 109-135; ibidem Plut. XVIII cod. IV membr. in 4, saec. XIV, ff. 164-195; Avenione in cod. 59, et in Bibl. Oxoniensi sub tit.: *Postillae super cantica Canticorum* (Cfr. *Catalog. codd. mss. bibl. Bodleianae*, Part. 3, Oxonii, 1845, p. 886).

34. *De laudibus Divinae Sapientiae super Psalmum XLIV: Eructavit cor meum verbum bonum*. Patavii, apud Io. Baptistam Amicum, 1553 in 4, et Romae, per A. Bladum, 1555 in fol. cum aliis Aegidii opusculis. Asservatur ms. Romae in Vat. Lat. codd. 169 et 803; Viennae in Vindoboniensi cod. 1473; Parisiis in Nation. cod. 14568, saec. XIV; Oxoniae, Merton., cod. 137; duo codices sunt in Bibl. Basileae, et etiam alibi. [Pag. 247]

35. *In Epistolam B. Pauli Apostoli ad Romanos Commentarii*, Romae apud A. Bladum 1555 in fol. Mss. asservantur Neapoli in Nation. cod. VII. Aa 25 membr., in fol.
36. *In Epistolas ad Corinthios, postillae seu libri II*, qui citantur ab eod. ipso Aegidio in suum secundum Sententiarum (Dist. IX, quaest. 7, art. 2), et eidem Aegidio tribuuntur a Io. de S. Victore, a Iac. Philippo Bergomense, Ossinger et Gandolpho qui affirmat existere mss. in Vaticana.
37. *In Epistolas Canonicas, inceptus Commentarius*.
38. *Expositio super epistolam ad Hebreos* et alia excerpta ex operibus D. Aquinatis et ipsius Aegidii sunt in Cod. 184 (108 T. L.) Bibl. Parisiensis v. *de l'Arsenal* saec. XV, olim conventus D. Augustini Parisiensis, et f. 212v habenturque haec notata: «Istum librum tradidit pro memoriali frater Iacobus de Sancto Iacobo, librarius nove librariae fratrum Sancti Augustini, reverendo cantori de Sancto Germano, pro libro Antiquitatum, in quo sunt XXVI quaterni».
39. *Postillae super Lucam et continuatio in Cantica Cantorum Aegidii Romani cum expositionibus Proemiorum Bibliorum*. Estabant ms. in Bibl. S. Augustini Cremonae prout testatus est Possevinus in *Apparatu Sacro*, T. III in Appendice et Arisius in *Cremona Lit.*, 1702, T. II, p. 177.
40. *In Evangelium Ioannis tractatus duo*.
41. *In illud Canonicae Ioannis omne quod est in mundo etc. interpretatio*. Tum de hac interpretatione cum de praecedentibus tractatis in Ioannem, quamvis a nostris historicis tribuuntur Aegidio, ignorantur nihilominus et editiones et codices.
42. *De Corpore Christi theoremata* diligenti cura sacre theologie Magistri Iohannis de Ripis conventus sancti Iacobi de bononia prioris et venerabilis lectoris fratris Simonis de Ungaria ordinis dicti Augustini, Opere (sic) vero et ingenio: M. Baldassaris de hyruberia, Bononiae, 1481 in fol. (Cfr. Broctor, n. 6555); et sub tit: *Theoremata de hostia consecrata* (s. l.) per Io. Koelhoff de Lubech, 1490 in 4 (Hain n. 124, Proctor n. 1081); Venetiis per Simonem de Luere, 1502 cum *quodlibetis*: Venetiis, per Bonetum Locatellum, 1504: praeunt *quodlibeta sex* et *de subiecto theologiae*; Romae, Ant. Bladus, 1554, opera fratris Iosephi Veronensis in fol., et Cordubae, 1708. Opusculum hoc appellatum etiam fuit *de sacramento corporis Christi*, et in Cod. Vat. Pal. n. 594 saec. XV inscribitur: *Tractatus de Corpore Christi, Sermones XXX*. Ms. item asservatur in Vat. Reg. Cod. 1289; Vat. Ottob. 201; in Nation. Romana cod. 35 (fondo Sessoriano) membr. saec. XIV; in Alexandrina n° 140; Neapoli in Nation. Cod. VII, c. 16; Paduae in Antoniana membr. saec. XIV (Cfr. Iosa p. 75); Venetiis in Marciana Cod. 41 (L. III, II.) (Cfr. Valentinelli T. II, p. 95); Viennae in Vindob. cod. 5099; Romae in Angelica cod. 104 saec. XV, in cuius antiquo indice ita indigitatur: «Tractatus Corporis X.ti fratris Egidii in quo continentur 32 propositiones cum commento». Parisiis in Nationali et in Bibl. v. *de l'Arsenal* Cod. 355 (408 T. L.) saec. XIV, quo fol. 172 habetur: «Iste liber est fratris Clementis Leverrier, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, dioecesis Rothomagensis»; in Municipali civ. v. Troies, codd. 665 et 781; Pictavii v. Poitiers, cod. 88; in Bibl. civ. v. Charleville, cod. 126; Burdigalae, cod. 35; Oxoniae in Bibl. Collegii Merton, cod. 89; Berolini in Regia, codd. 466; item in Basileensi, Bruxellensi, in Bibl. civitatis v. Cambridge, Paduae in Bibl. S. Iustinae in fol. Plut. XXII (Cfr. Tomasini, p. 46), et alibi. [Pag. 248]

43. *Contra expositionem Petri Ioannis de Narbona super Apocalypsim ex mandato Bonifacii VIII*, ex testimonio ipsius Aegidii, qui in suum libr. Sententiarum III, Dist. Part. II, quaest. 2, art. 4, affirmat hunc tractatum composuisse ortatu cuiusdam fratris ex Ordine Minorum contra praedictum Ioannem, qui revera composuerat commentum super Apocalypsim, sed neque editio neque ms. ullus dinoscitur.
44. *Quaestiones de potentia Dei*, Parisiis in Bibl. v. de l' Arsenal Cod. 454 (554 T. L.) saec. XIV inter ff. 64-127).
45. *Verba aurea*, Oxoniae in Bibl. Universitatis, Cod. 42, saec. XV, in 4, chart. p. 159.
46. *Expositio Decretalis de Canone Missae edita ab Innoc. III* in Cap.: «Cum Marthae...». Cod. Vat. Lat. 779, ff. 104-116; Rhemis in Gallia in Municip. Cod. 460. *Expositio super decreta de Canone Missae*, et inc.: «Post expositionem illius decretalis...», et Oxoniae in Bibl. Balliol.». Cod. 284, f. 84 adest *Expositio canonis missae* et inc.: «Ad cuius evidentiam advertendum...». Num sunt duo expositiones diversae et haec ultima correspondet ad opusculum Aegidio etiam attributo quod inscribitur *In officium Missae?* Prima expositio edita fuit Romae per A. Bladum, 1554 in fol. cum alia *firmater credimus*; secunda recensetur tamquam inedita.
47. *Super primo sententiarum*. Opus incipit: «Candor est enim lucis aeternae etc.». In fine legitur: «Primus liber sententiarum Egidii de Roma ordinis heremitarum divi Augustini sacre theologie doct. excellentissimi a Reverendo sacre theologie professore magistro Anselmo de montefalconio eiusdem ordinis Generale dignissimo diligenti cura ac sollicitudine emendatus feliciter terminatur. Impressus Venetiis per Peregrinum de Pasqualibus de Bononia anno domini 1492 (Cfr. Proctor, n. 4860 et Boffito, *Saggio di Bibliografia Egidiana*, Firenze, 1911, p. 28)». Item Venetiis, 1521, sumptibus et expensis heredum quondam D. ni Octaviani Scoti, civis Modoetiensis, correctus a R. Mag. Augustino Montifalconio eiusdem ordinis. (Cfr. G. Boffito l. c.). Similiter Venetiis, 1571, sed haec editio est dubia quamvis citetur a Caveo et Ossinger. Item Cordubae, ex officina Augustiniana apud Laz. Riquez, 1699, et semper in fol. Codices reperiuntur Paduae in Bibl. Antoniana, *scaff.* VIII, n. 145 membr. saec. XIV; Romae, in Bibl. Vat. Lat. n. 835, 836 et n. 4331; Vat. Ottob. 194 et 468; in Bibl. Angelica n. 624; quamplurimi Parisiis (Cfr. Lajard, in *Hist. litt. de Fr.*, T. XXX, Paris, 1888, p. 489), praesertim in Nation., cod. 14567 saec. XIV; in Bibl. civitatis v. Laon, n. 325; in Burdigalensi n. 139; in Oxoniensi, Coll. Nov. III; Linc. 109; Magd. 86; in Palatina Vindobonae, Cod. 1448; Monachii 6941; in Cambridg. ad Collegium SS. mae Trinatis et aliis in locis.
48. *Super secundo libro Sententiarum*, opus praeclarissimum incipit: magnifico Principi suo domino speciali, domino Roberto. In fine (f. 527v) legitur: «Egidij Romani Bituricensis ecclesie archipresulis super secundo Sententiarum opus dignissimum, Lucas Venetus impressit anno Salutis M.CCCC.LXXXIII Nonas Maij: Joanne Mocenico inlyto Venetiarum principe ducante» in fol. (Cfr. Hain n. 126, Proctor, n. 4494, Boffito, l. c. p. 23, 24); item per eundem Lucam, 1492 in fol.; item s. l. a. et typ. n. in fol. (Hain n. 126); *Egidij Romani elucubrationes in quatuor libros Sententiarum* editae fuerunt Basileae, an. 1513 (Cfr. Boffito, l. c. et Walchi Joan. Georgii, *Biblioth. Theolog. Selectam*, Ianuae, 1757, T. I. p. 30). *In secundum librum Sententiarum Quaestiones* iterum, duobus partibus distributae, fuerunt impressae Venetiis, apud Franciscum Zilettum, an. 1581 industria R. P. Fr. Angeli Rocchensis Augustiniani [Pag. 249] profess. Conventus Camerini S. Theologiae Doctoris, et eiusdem incredibili labore ab infinitis mendis vindicatae etc. ad Rev.mum

P. M. Thaddaeum Perusinum, eiusdem ordinis Generalem Vigilantissimum; ac denuo excussum studio ac industria R. P. Fr. Antonii de Aguilar Egabrensis in sacra theologia magistri etc. Cordubae ex officina Augustiniana: apud Lazarum de Risquez et Antonium Rosellon, an. D. 1706-7, in fol. parvo. Mss. expositiones in *secundum Sententiarum* asservabantur: Paduae in Bibl. S. Io. in Viridario, Plut. XXX (Cfr. Tomasini, p. 28), et sunt Romae in Bibliotheca Chisiana in cod. 1088 membr. in fol. magno; in Vat. Lat. cod. 837; Parisiis in Bibl. Mazariniana duo mss. perg. saec. XIV; Romae in Bibl. Angelica, cod. 197 membr. in fol. saec. XIV, sed multo magis compendiose quam in impressis, qui inscribitur: *Expositio super IV libros Sententiarum*.

49. Fr. Aegidii Columnae Romani universi ord. eremit. S. Augustini Prioris Generalis Sacrae Theologiae Doctoris Fundatissimi, Archiepiscopi Bituricensis, Primatis Aquitaniae, et S. R. E. Cardinalis in *tertium librum Sententiarum Eruditissima Commentaria cum Quaestionibus*, quae postquam trecentis circiter annis in insignibus Bibliothecis Vaticana et Angelica Romae ac Carbonaria Neapoli manuscripta delituere, tandem studio, labore atque industria Rev.mi P. F. Fulgentii Galluccij Georginatis, Doctoris Theologi, eiusdemque Ord. Eremitarum S. Augustini Prioris Generalis, Apostolici Sacrarum Praefecti, Episcopi Tagastensis, e tenebris eruta, nunc primum typis deprompta fuere gemino cum elencho etc. Accesserunt quoque Resolutiones in fronte cuiuslibet Articuli, Annotationes marginales, Scholia, Citationes Doctorum, et quod praecipuum est Supplementum totius operis quod desiderabatur a Distinctione 12 usque ad 40 ex variis eiusdem Auctoris editis libris excerptum. Romae ex Typographia Alexandri Zannetti, 1623. Item Cordubae ex officina Augustiniana, apud Lazarum de Risquez et Antonium Rosellon, an. 1703 in fol. Extat opus ms. in Bibl. Angelica, cod. 178, chart. in fol. script. an. 1555-56. Videtur transcriptum fuisse a viro aebreo (Cfr. Narducci, p. 94) vel aebraicae linguae perito. In Vat. Lat. habetur cod. 838 saec. XIV eiusdem operis, et cod. 541 eiusdem Bibl. qui inscribitur: *Compendium quatuor libr. Sententiarum tum carmine tum soluta oratione*.

50. In *quartum librum Sententiarum*, nunc primum in lucem editum summo studio et industria hinc inde ex eiusdem Aegidii operibus excerptum, et non levi labore dispositum per R. P. Fr. Ant. de Aguilar... fidelissimis annotationibus in marginibus affixis quibus quisque inveniet unde sunt deprompta Verba Doctoris... Cordubae ex officina Augustiniana an. 1708 in fol. Ut apparet hunc Commentarium non scripsit Aegidius, sed noster Antonius de Aguilar, materiam depromens ex Aegidii operibus.

51. *Compendium Theologiae veritatis libri septem*. Venetiis ms. in olim Bibl. Theatinorum (Cfr. Tomasini, p. 60); Romae in Angelica cod. 98 (A - 8 - 10) chart. in fol. saec. XV, ff. 101: in fine legitur: «Explicit compendium Magistri Egidii»; in Bibl. Vat. Lat. cod. 805, ff. 121-268 asservatur sine nomine auctoris. Hoc compendium fuit pluribus auctoribus adscriptum, et praesertim Alberto de Saxonia, (Cfr. Cod. 594 saec. XV eiusdem Bibl. Angelicae, et inter eius opera edita Lugdunii T. XIII an. 1651); sed sanius, ait Narducci, *Cat. cit.* p. 253 videtur Thomae Aquinatis, cui inscribitur eiusdem Bibl. Angelicae Cod. 969, diversum tamen, scribit Narducci l. c. p. 408, a Compendio Theol. eiusdem D. Thomae, quod aliunde patet ab invocatione B. Catherinae saeculo recentioris. [Pag. 250] Eruditissimus P. Ios, Boffito, l. c. p. 71 circa paternitatem hujus Compendii haec habet: «Per siffatta questione mi sia permesso di rimandare a un mio studierello su *Dante e Ugo di Strasburgo* in "atti d. R. Accad. di Scienze di Torino"» et citat seq. codices: Harl. 998, 1003, 1032, 1037; Cord. Chr. 166.

52. *De subiecto Theologiae*, cum aliis operibus Aegidianis, Venetiis, ap. Sim. de Luere 1503, et Venetiis per Bon. Locatellum, 1504 in fol.
53. *De Charactere*, item cum aliis opusculis Aegidii, Romae apud Ant. Bladum, 1555 in fol.
54. *De Praedestinatione, Praescientia, Paradiso et in Inferno tractatus*, Neapoli per Antonium de Frixis de Corinaldo, 1525, curante Fratre Herennio cum aliis opusculis Aegidii; Viennae Austriae, 1641, et Romae apud Bladum 1555. Extat ms. Romae in Vat. Lat. cod. 367, in Vat. Reg. cod. 196; Viennae in Vindobon. cod. 2303; Monachii in Regia cod. 2689, saec. XIV, 7507, 18619, 12389; Assisii in Conv. S. Francisci Cod. 120; Berolini in Regia cod. 467; Oxoniae in Collegio Merton cod. 137 et alibi.
55. *De articulis fidei sive De Distinctione articulorum vel Espositio Symboli*, Neapoli, ut supra, an. 1525; Romae, 1555 et alibi; mss. Romae in Angelica Cod. 197 saec. XIV; Berolini in Regia cod. 467. Perusiae in Commun. ed. an. 1525.
56. *De Carcere liber* (Cfr. Trithemius, Iac. Philippus Bergomensis, Gesner, Simler et Oldoinus necnon Mattioli l. c. p. 165).
57. *De peccato originali*, Oxoniae, [Th. Roodil], 1479 in 4. (Cfr. Hain n. 122); Neapoli, an. 1525; Romae, 1555 apud Bladum, et Cordubae 1712. Mss. Romae in Vat. Lat. Codd. 813, 855, 196, 4545; in Vat. Pal. Lat. 367, 855; Vat. Reg. 196; Vat. Ottob. 201; Sublaci, cod. CCXI, membr. saec. XIV; Viennae in Vindobonien. Codd. 1473; 4308, 4948; Monachii codd. 15179, 15744, 14127, 18280, 22378, 23799; Parisiis quamplurimi in Nationale; in Bibl. v. de l'Arsenal codd. 355, 532; Cameraci cod. 455 (487); in civit. Trecen. v. Troyes cod. 1475; in civit. v. Cambridge in Bibl. Emmanuel College Cod. 243 (III. 3. 10) et alibi.
58. *De archa Noe tractatus*, Neapoli, A. de Frizis 1525 et Romae apud A. Bladum; ms. Oxoniae misc. CCXX bibl. Bodleiana.
59. *De divina influenza in Beatos*, Cordubae, ex Typ. Augustin. apud Lazarum de Risquez, 1712 in fol. cum aliis tractatibus ipsius Aegidii; sed iam lucem viderat Romae per Ant. Bladum, an. 1555.
60. *De Mensura Angelorum Quaestiones, cum quaestionibus de esse et essentia*. Venetiis per Simonem de Luere 1493 et 1503 in fol; Venetiis, apud Locatellum, 1504 in fol.; Romae per A. Bladum 1555; mss. Romae in Vat. Lat. cod. 847, Vat. Ottob. cod. 201, et cod. 613; in Bibl. Erfurtensi cod. 316; Parisiis in Bibl. Nation., S. Vict. 864; Avenion. cod. 256; Oxoniae in Bibl. Collegii Merton cod. 137; Balliol., cod. 63 et 104; Burdigalae cod. 143 saec. XIV etc.
61. *De cognitione Angelorum Quaestiones* editae ut supra n. 60 et continentur fere in omnibus codicibus, quibus reperiuntur *Quaestiones de mensura Angelorum*, et *quaestiones de esse et essentia*.
62. *De compositione Angelorum Quaestiones*, Inc. «Utrum Angeli sint compositi ex genere et differentia», et memorantur ab eodem Aegidio in suis *Quodlibetis* quaest. 14. Mss. asservantur Oxoniae, Bibliol. cod. 63 et in Bibl. Erfurti cod. 306 in fol.

63. *De motu Angelorum Quaestiones*, quae incipiunt: «Utrum Angeli moveant corpora superiora». Sed neque editio ulla neque ms. dinoscitur. [Pag. 251]
64. *De loco Angelorum Quaestiones* editae una cum *de subiecto theologiae, de cognitione et mensura Angelorum*, Venetiis, ap. Simonem De Luere, 1503 et iuxta Mattioli l. c. p. 170, etiam Venetiis, 1521, cura et studio Laurentii Amolino.
65. *De Resurrectione mortuorum quaestiones VII, aut quaestiones disputatae Parisiis*, editae Neapoli, simul cum aliis opusculis per Ant. de Frizis in 4; item Viennae, 1604 et Cordubae, 1712. Mss. in Vat. Pal. Lat. cod. 1059; Oxoniae in Bibl. Coll. Merton, cod. 167; Berolini cod. 467; Monachii cod. 8005; Cameraci cod. 455 (487); Ambiani cod. 241, et exemplaria tria in Nationali Parisiensi.
66. *Expositio in Cap. Firmiter credimus extra de Summa Trinitate et fide catholica et in cap. Cum Marthae*. Romae per Ant. Bladum, 1554 in fol. curante M. Fabiano Genuensi correctore. Reperitur ms. Parisiis in Nationali cod. 15353; in Vat. Lat. Cod. 779, ff. 97-104; in Angelica cod. 197; Assisii in Bibl. FFfr. S. Francisci Cod. 120, ff. 58-63.
67. *Tractatus contra exemptos*, cum aliis eiusdem tractatis, ed. Romae, ap. Ant. Bladum, 1555 in fol. Ms. servatur in Vat. Lat. cod. 862, ff. 117-134 et in Bibl. Vindobonensi Cod. misc. 4923-21; sed duobus codicibus Oxoniensibus collegii Merton n. 50 et Corp. Chr. n. 231 opus tribuitur Guilelmo de S. Amore.
68. *Hexameron sive de mundo sex diebus condito*, Venetiis, 1521, in 4; Patavii, curante nostrate Iuliano Collensi, apud Iacobum Fabrianum, 1549 in 4; Romae apud Ant. Bladum 1555 in fol. Ms. Romae in Vat. Lat. cod 839 perg. in fol. pars prima et secunda cum epistola dedicatoria ad Bonifacium Papam VIII, Parisiis et Neapoli in Nationali.
69. *Expositio super Orationem Dominicam* opera fr. Augustini de Monte Ilcino in lucem edita. Romae, una cum aliis opusculis eiusdem Aegidii, per Ant. Bladum, 1555 in fol. pluries haec editio citata. Utrum haec expositio sit vere Aegidii nec ne videtur res dubia, nam cod. 408 Bibl. Turonensis eam tribuit Ioanni Gersoni et inter huius opera fuit edita; sed Sixtus Senensis et alii quamplurimi vindicant Aegidio huius operis paternitatem.
70. *In salutationem Angelicam Explanatio*, una cum Oratione Dominica, Romae, ut supra an. 1555, et Matriti, Typographia Regia 1648 in fol. Ms. Romae in Vat. Lat. Cod. 1277.
71. *Capitula Fidei Christianae ab Aegidio composita de consensu et mandato SS. D. D. Bonifacii Papae VIII, transmissa ab ipso D. Papa ad Tartarum maiorem, volentem Christianam colere fidem*. Extat in Bibl. Riccardiana, cod. 1272 (P. III, 13) et cod. P. I. cod. XXVIII. In Bibl. Angelica Urbis cod. 1296 inc: «De Sancta Trinitate, quomodo sunt tres personae in una substantia». Recensetur sub n. 28 in catal. operum a Gandolpho, p. 82 ubi ait: «ex quodam indice coniiicio impressa, sed non vidi». Hic tractatus videtur omnino diversus ab alio eiusdem Aegidii, qui inscribitur: Tractatus de distinctione articulorum fidei, de quo n° 55. Capitula fidei, de quibus supra, versa fuerunt in linguam vulgarem forsitan ab eodem Aegidio et servatur ms. in cod. miscel. 157 Bibl. Universitatis Bononiensis.

72. *De Sacramentis fidei*. Berolini in Bibl. Regia cod. miscel. 467 saec. XIV. Inc.: «Postquam sub compendio».
73. *Commentarius super primam partem Theol. Thomae Aquinatis* in Bibl. R. de Wolfenbuttel cod. 158 saec. XV miscel. (Cfr. Heinemann, I, 134).
74. *Praescripta de moribus*, in Bibl. Monachii, cod. 215 saec. XV. Sunt excerpta operis de *Regiminae Princ.* quae forsitan sunt illa edita a D. Simone Fr. Hahnio in collect. [Pag. 252] monumentorum veterum et recentium ined. T. I., Brunvicae 1728 sub tit: *De re militari veterum ad mores praesertim medii aevi*.
75. *De XV problematibus*, ibidem, sed etiam Alberto Magno adscripta.
76. *Quaestiones septuaginta et una contra Thom. Aquinatem*. Oxoniae in Bibl. Magd. cod. 217, 364. Inc.: «Distinctio ubi quia attr.». Puto tamen has quaestiones reponendas esse inter opera nostri Aegidii spuria.
77. *Dictorum in sententias reprobationes*. Oxoniae in Bibl. Coll. Merton cod. 276 f. 22 inc.: «Frater Aegidius super I Sentent. quaest. 3, qua queritur quid est subiectum».
78. *De tribus malis saeculi*. In Reg. Monacensi cod. 18388.
79. *Quaestiones variae de phisica* in Bibl. Vat Lat. cod. 772.
80. *Super Aristotelis libros methereorum*, ms. in Bibl. R. Bruxellensi relatus ab Houzeau et Lancaster in eorum *Bibliographia Astronomica* I, part. I, p. 518. Est ne hoc opus differens a *Metheorum libro* eiusdem Aegidii, editum inter eius opera, Ursellis apud Cornelium Sutorium 1604 in 4? Videtur differens, nam Ossinger illud recenset tamquam opus Aegidii ineditum.
81. *Quodlibeta sex*, Bononiae per M. Dominicum de Lapis, 1481 in fol. parvo (Cfr. Hain n. 113, et Proctor n. 6537); Venetiis, 1496 in fol., cura et studio Fr. Io. Bapt. Alovisiani, dum praecedens ed. data fuerat industria Fr. Simonis de Ungaria Augustiniani; ibidem an. 1502 per Simonem de Luere; ibidem per Bon. Locatellum in fol.; ibidem per Arrivabenum, 1513 in fol.; Neapoli apud Ant. de Frixis, an. 1525 in 4; Lovanii, typ. Hieronymi Nempaci, 1646 revisa, correctata et illustrata, studio M. F. Petri Damasi de Coninck, Ord. August. in fol. et tandem per eundem an. 1648 in fol. Mss. asservantur Romae in Bibl. Vat. Lat. codd. 805, 834; Vat. Chisiana cod. 1344 in fol.; Vat. Ottob. codd. 196, 201, 613; Venetiis in Marciana cod. 197 [Z. L. DXXV] (Cfr. Valentinelli IV, p. 145); Paduae in Antoniana, Plut. XVII, cod. 373, saec. XIV; Parisiis in Bibl. v. *de l'Arsenal* cod. 454 (554 T. L.) saec. XIV, olim conventus S. Augustini Parisien. ff. 164; ibidem in Nation. codd. 14569 saec. XIV, 15350; ibid. in Mazarin. cod. 502 mut. in principio et cod. 501; Burdigalae, cod. 141, saec. XIV; Ambiani cod. 243; Cameraci 531, (573); Brugi, cod. 491; Berolini in Reg. cod. 468; item Bruxellis in Bibl. Reg.; Basileae et alibi.
82. *Quodlibeta XXIV*, sive *XXV*. Iuxta Gandolphum et Ossinger hoc opus existebat Romae in Angelica; nunc non amplius existit. Videtur asservari in Bibliotheca Nation. Parisiensi et Monachii in cod. 8005, 21217.

83. *De renuntiatione Papae Liber*. Romae, Antonius Bladus, 1554 in fol. una cum *de Charactere et Quomodo Reges et Principes* etc.; item in *Bibliotheca Maxima Pontificia Thomae de Rocaberti*, Romae 1698, T. II, in fol. pp. 1-64. Mss. Parisiis in Bibl. Nation. cod. 3160 et in Vaticana (Cfr. Montfaucon, *Bibl. bibl.*, I, pag. 115).
84. *Quomodo Reges et Principes circa bona ad Coronam pertinentia possunt liberalitatis opera exercere, Determinatio*. Romae ut supra, Ant. Bladus, 1554. Ms. servatur Parisiis in Bibl. Nat. Cod. 6786; Tolosae Cod. 742; Burdigalae Cod. 420, et Romae in Angelica codd. 367 et 417.
85. *Decisiones seu conclusiones Aeg. Col.*, Lugduni, Ioh. David al. De Monche, 1529, in 8. Refertur haec editio a Panzer in suis *Annalibus Typographicis*, sed prorsus ignoratur quid haec Decisiones sint, quidque contineant. [Pag. 253]
86. *Quaestio de utraque Potestate, vel Littera sive bulla Bonifacii papae* et ex ea quaestio disputata in utramque partem, pro et contra pontificiam Potestatem per Aegidium de Roma Archiepiscopum Bituricensem edita a Goldast in *Monumenta Rom. Imperiali sive tractatum de iurisdictione imperiali seu regia*, Francofurti, T. II, 1614 in fol., pp. 92-107. Ms. in Nation. Parisiensi, cod. 15004, 12467, et Burdigalae, cod. 406, sed iuxta Mattioli, l. c. p. 117, Boffito, l. c. p. 59, et R. Scholz in *Die Publizistik zur Zeit Phillpps des Schones und Bonifaz VIII*, Stuttgart, 1903, p. 225 hoc opus est prorsus apogryphum cum in eo sustineantur principia totaliter opposita ab hiis quae sustinentur in Aegidiano authentico opere *De Ecclesiastica potestate*. Praedictae quaestionis auctorem fuisse videtur Raoulum de Preeles, et exaratum fuisse annis 1364-1380.
87. *De Ecclesiastica potestate*, un trattato inedito di Egidio Colonna per Gius. Ugo Oxilia e Gius. Boffito, Firenze, Succ. B. Seeber (Lavagna, Tip. Artigianelli) 1908 in 8° cum eruditissima praefatione et vita auctoris. Ms. servatur Florentiae in Bibl. Nation. (*Fondo dei conventi soppressi*) cod. Magliab. I, VII, 12, saec. XIII-XIV super quo Boffito et Oxilia duxerunt praefatam editionem; Romae in Vat. Lat. codd. 4107 et 5612; in Bibl. Angelica codd. 130, 181, 367; Parisiis in Nation. cod. 4229.
88. *De gloria Ecclesiastici Regni ad Bonifacium VIII et de potentia Christi Regis et sui Vicarii*, opuscula quae extant in Vat. Lat. cod. 5612, f. 74 et seqq.
89. *Tractatus de sponsalibus*. Florentiae in Laurentiana Pl. LXXXIII cod. XXVI.
90. *Castigatorium in Corruptorium librorum S. Thomae de Aquino a quodam Aemulo depravatorum*, Iohanni Geiler de Keisersberger theologo et nobilissimae Ecclesiae Argentinensis Ecclesiae Cantori et Praeceptorum dicat Iacobus Wympselingus Slestatinus discipulus ex pago Ecclesiae in Sulce... Argentinae impressum in officina Martini Flach iunioris an. nat. D. 1501, VI Id. Ianuarii in fol. Haec editio cum nomine auctoris Aegidii de Roma extabat Venetiis in Bibl. Monasterii S. Michaelis (Cfr. Mittarelli, *Bibl. Codd. Mss. Monasterii S. Michaelis*, 1779 in Appendice col. 4); Panzer habet: Argentorati, 1501, fol.; Venetiis apud Simonem de Luere, 1501, in fol.; item ibidem per eundem, 1508 in fol.; item Venetiis, per Simonem de Luere, impensis haeredum Octaviani Scoti, 1515 in fol.; et sub tit.: *Defensorium seu Correctorium fundamentarii Doctoris D. Egidii Romani Ord. Erem. S. Augustini Archiepiscopi Bituricensis in Corruptorium librorum Angelici Doctoris S. Thomae Aquinatis ordinis predicatorum a quodam emulo*

depravatorum. Venetiis impensa heredum Octaviani Scoti et Sociorum, 1516 in fol.; item Coloniae, 1516 ut habet Panzer; Venetiis, apud haeredes Scoti, 1536 in fol; item, Coloniae Agrippinae, opera R. P. Gualteri Henrici Streverdorf Novesiani SS. Theol. Doctcris Coloniensis etc., apud Ioan. Wulffraht, 1624 in 8; item Neapoli apud Franciscum de Thoma, 1644 in 4, et tandem Cordubae, 1701 in fol. Suspiscatur a Jourdain, *La philos. de S. Thomàs d'Aq.*, Paris, 1858, II, p. 11, a Boffito l. c. p. 44, a Placcio, *De scriptis anon. et pseud.*, T. II, 14, n. 39; a Hyde *Catal. Bibl. Bodlejanae*, p. 7, et a Raynaud, *De malis et bonis libris*, Part. I Erot. X, p. 122, de authenticitate hujus operis Aegidiani, illud attribuendo Ioanni Parisiensi; sed illud Aegidio vindicant Nandè in panegyrico scholae Medicinae Parisiensis, Vincentius Fernandez, *Rivista Augustiniana*, Valladolid, vol. III, p. 141-151, 565-571; Mattioli l. c. p. 185 et seqq. et alii multi. [Pag. 254] Praecipua ratio, qua nituntur avversarii, est quia in cod. 19549 Bibl. Nation. Paris. (S. Vict., 107) operis tit.: *Correctorium Corruptorii Thomae ab Aegidio de Roma, incipiens: Quare ditraxisti* non est in textu sed in folio prospectus et tutelae codicis, et nomen *ab Aegidio de Roma* videtur supra scriptum fuisse super alio eraso. Codex autem 1022 Bibl. Mazariniana, ab antiquo anepigraphico, saec. XV, in suo *explicit* adiunctus fuit nomen Io. Parisiensis, quod nomen profert etiam codex (Vat. Lat. 859; e contra alius codex Vat. Lat. n. 825 saec. XIV in fol. perg., ff. 104-132, binis coll., est anepigraphicus), sed Index illius Bibliothecae Aegidio Romano tribuit. Etiam cod. 104 Bibl. Angelicae item est anepigraphicus, mutilus et non parum diversus ab edito textu. Profert Aegidii Romani nomen e contra Cod. 332 (447) chart. miscel. saec. XV ineuntis, Bibliothecae Monasteriensis ex Bibl. Dominicanorum Susatentium (Cfr. Staeder, *Catal. eiusdem Bibl.*, p. 79). Sine nomine auctoris est codex Bibl. Avenionensis n. 260, sed nescimus an similis sit cod. 391 Bibl. Sorbonicae. Ex his rem videtur in ambiguitate versari; sed Labbeus T. I de S. E. p. 597, putat tres et forte plures contra corruptorium illud scripsisse, Aegidium Romanum, Richardum Klapoel Anglum, et Ioannem Parisiensem, ut animadvertit Io. Abl. Fabricius in *Bibl. Lat. m. et inf. aetatis*, ed. Flor. 1858, T. III, p. 396, ubi de Ioanne Parisiensi Ord. Praed., cognomento *surdus* sive *Qui dort*, cui etiam a Quetif, p. 503 tribuit opus. Ut haec quaestio resolvatur mihi videtur esse necesse prius diligenter percunctari omnes codices diversarum Bibliothecarum Europae, ac inde illos inter se collationare: tali modo solummodo patefiet veritas.

91. *Sermones ad Clerum et ad populum*, qui vel sparsim vel anonymi in diversis bibliothecis delitescunt. Iuxta Ossinger tres sermones sub tit.: *De vitiis mundi* sunt in Bibl. Dugdensi, et in Vat. Lat. codd. 389 et 1277, iuxta Mattioli p. 178, alii reperiuntur sub tit.: *De vitiis et virtutibus*.

92. *Liber de moralitatibus corporum celestium, Elementorum, Avium, Arborum, sive plantarum et lapidum pretiosorum. Qui et quae in Scriptura divina, vel alibi in libris authenticis continentur. Et primo de coelo empirico*. Cod. 750 (Q. 5,26) Bibl. Angelicae Urbis, saec. XIII exeuntis membr. in 12, ff. 164, minutissimo caractere. Opus a Narducci catalogo eiusdem bibl. Aegidio Romano tributum, hisce verbis: «De hoc opere disserui in sessione R. Academiae Lynceorum, d. 18 ian. 1885, prout ex eius *Rendiconti*: ubi nisus sum demonstrare 1. B. Sancti Nic. in carcere tulliano dyac. card. fuisse Card. Benedictum Caietanum, postea Bonif. pp. VIII, ideoque opus a. 1281 et 1291 completum; 2. Hujus Auctorem, quod nulli antea compertum fuisse Aegidium Columna; 3. Idem opus in multis cum Bartholomaei Glanville, sive Anglici, libro *de proprietatibus rerum* concordare, sed multo copiosius, adiectis insuper moralitatibus, praesertim ex S. Scriptura». Num hoc opus est illud quod diversis modis indigitatur ab Ossinger recensendo eiusdem Aegidii opera inedita, videlicet: *Opus de compositione mundi* vel *Summa naturalis, philosophiae*, vel

Commentationes physicae, aut liber elementorum? Aliud exemplar praedicti operis cum eodem titulo asservatur Cod. 8809 Bibl. R. Monicensis.

93. *De rationabilibus seminalibus.* Hic tractatus promissus fuit ab ipso Aegidio in letione XV sui commentarii in Epistolam ad Romanos, et memoratur fere ab omnibus nostri Ordinis Scriptoribus, nec non ab Oldoino [Pag. 255] et a Possevino, sed prorsus, nisi titulus, ignoratur.

94. *De gratiarum actione ad Bonifacium VIII* liber unus, de quo nisi titulus noscitur, illum memorantes fere omnes nostri bibliographi.

95. *De Regimine principum libri tres* ad Francorum Regem Philippum IV cognomento Pulchrum, s. l. [Augustae Vindel. ex officina Gunderi Zainer] a. 1473 in fol. (Cfr. Hain, Brunet, Proctor n. 1535; item Romae, Stephanus Planck de Patavia, 1482 in fol.; item Venetiis, per Mag. Simonem Bevilacqua Papiens. 1498, in fol., (Cfr. Bocca in suis Catal. et Proctor n. 5407); item Venetiis per Mag. Bernardinum Vercellensem, 1502 in fol.; item Romae, per Antonium Bladum, 1551 in 8; item per eundem, 1556 in 8; Venetiis, 1585 in fol.; Romae, apud. Barthol. Zanettum, 1607 in 8. Ms. reperitur hoc opus in Bibl. Vat. Lat. codd. 590, 591, 726, 727, 840, 841, 842, 843, 1101, 1166, 1374, 4267, 4268, 5231 et 10671; in Vat. Lat. Pal. codd. 726, 727; in Vat. Ottob. cod. 1101, 1166, 2071 ; in Vat. Reg. codd. 844; in Vat. Urbin. cod. 230; in Vat. Chisiana cod. 1633; in Bibl. Angelica Urbis codd. 342, 1010 De regimine incompendium redactum; in Bibl. Casanatense codd. 158, 652, 826; Florentiae in Laurentiana, Plut. XVI sin. codd. IX, X, XI; Plut. XXI cod. VIII; Plut. LXXVIII, codd. VII, VIII, IX, X.; Plut. LXXIX cod. VII; Laurent. Ashburn. cod. 946; in Riccard. cod. 389; in Nation. (fondo dei conventi soppressi) S. Marci I. IV. 15; Abbatiae Flor. cod. D. 7. 2711; Perusiae in Commun. cod. 124; Bononiae in Bibl. Archigymn. cod. A. 31; Assisii in Bibl. Conventus S. Francisci, codd, 288; Paduae in Antoniana, Plut. VIII, cod. 146; Mediolani in Ambrosiana tres codices; Venetiis in Bibl. ad S. Marchum cod. 60; (Cfr. Valentinelli, T. III, p. 45) Caesena in Malatest. Plut. XXVI cod. 6; Augustae Taurin. in Nation. codd. 943, 990; Vindobonae in Palat. codd. 1505, 1587, 2204, 2205, 2290, 2347; Monachii in Reg. Codd. 223, 3510, 5420, 12281, 12703, 13497, 14118, 14175, 15801, 16197, 17785, 19651, 21078; Berolini in Reg. codd. 481, 942; Matriti in Bibl. Ducum *de l'Infantado* N. 48 una cum *De eruditione regum*; in Bibl. Escorialensi codd. d. III. I, M. III. 6, M. III. 20, P. I. 17; Oxoniae in Ball. codd. 123, 146, 232; in Magd. cod. 161; in Omn. An. 93; in Reg. vulgo *Wolfenbuttel* cod. 777; in civit. v. Cambridge in Bibl. v. *Gonville and Caius College* cod. 113, 508; Parisiis in Bibl. v. *de l'Arsenal* cod. 743, 744, in Bibl. Nation. cod. Lat. 12431, ibid. in Imperiali codd. 18428, 178429; Turoni in Gallia in Bibl. Munic. codd. 764, 765, 766 et alii. Hoc opus versum fuit in idiomate Gallico, Italico, Anglico, Germano, Hispano, Catalauno, Cantabrico, Haebraico etc. Notandum in fine est quod in cod. Monoc. 215 saec. XV habeantur excerpta *de Regim. Princip.* sub tit.: *Praescripta de moribus*, ut iam notavimus n. 74.

96. *L'Esposizione del M. Egidio Colonna Romano degli Eremitani sopra la Canzone d'Amore di Guido Cavalcanti Fiorentino, con alcune brevi Annotationi intorno ad essa di Celso Cittadini Accademico Senese. Insieme con una sua succinta descrizione della vita e con le Rime di esso Cavalcante.* In Siena, appresso Salvestro Marchetti, 1602, in 8 parvo. Item a P. Mattioli, *Antologia Agostiniana*, vol. I, Roma, Cuggiani 1896, pp. 221-277. Ms. asservatur Florentiae in Riccardiana cod. 1651, perg. saec. XIV; in Laurentiana Plut. XLI, cod. 20, saec. XV-XVI; in Magliabechiana, cl. VIII, cod. 36, saec. XVI, cl. VII cod. 1108 (Stroziano 336), [Pag. 256] cl. VII, cod. 1023 (Stroz.

950 in fol); Romae in Vat. Barberiniana cod. XLV, saec. XIV; Cod. Arch. Vaticani 110 in 4 p. 33 et seqq. nunc in Bibl. Vaticana; et alibi.

(Cfr. G. Boffito, *Saggio di Bibliografia Egidiana*, Firenze, Olschki, 1911, quem large mutuavimus; Mattioli, *Studio sopra Eg. Romano Colonna. Antol. Agust. Vol. I*, Roma 1896; Ossinger, *Bibl. August.*, p. 237; Gandolfo *Dissertatio hist. de 200 script.*, p. 28; Lanteri, *Eremiti S. Aug.* Part. I, p. 36, et in *Postr. Saec. Sex. R. A.*, Vol. I p. 47; Fernandez, *Riv. Agust.* Vol. III, p. 25 et seqq.; Arpe, *Pantheon August.*, Genuae, 1709; Cave, *Script. eccl. hist. litt.* Oxoniae, 1740-43; Elssius, *Encomiasticon August.*; Gratianus, *Anastasis August.*; Lajard F., *Gilles de Romae religieux august. theol.* in *Hist. Litt. de Fr.* Vol. XXX, Paris 1888, pp. 421-566; Mariani Ugo, *Scrittori Politici medioevali. Egidio Romano, Cenni biografici; Il "De Regimine Principum, e le teorie politiche di Eg. Romano - Egidio Romano e Dante*, Firenze, Olschki, 1925-26; Galeani Napione; *Della scienza militare di E. Col.*, Torino, St. Reale, 1824, pp. 1-78; Torelli, *Secoli Agust.*, T. V. p. 345; Denifle, *Chartularium Univ. Parisiensis*, T. I, p. 79; Ang. Rocca, *Calalog. librorum Aegidii Romani*, n. 3; Du Bulay, *Hist. Univ. Parisiens.*, T. III, p. 167; Sammartani, *Gallia Christiana*, T.II; Ciaconius, *Vitae res gestae Rom. Pont. et S. R. E. Card.*, Romae, 1677, T. II, p. 336; Cardella, *Mem. stor. dei Cardinali*, Roma, 1793, T. II, p. 65; Fr. Corazzini, *Del Reggimento de' principi di Eg. Rom. con Cenni stor. critici*, Firenze, le Monier, 1858; Corn. Curtius, *Viror. Illustr. ex Ord. Eremit. elogia*, Antuerpiae, 1636, p. 60; Trithemius, *De script. eccles.*, Basileae, 1494, p. 72; Xistus Senen., *Bibl. Sancta*, Lugduni, 1575. T. I, col. I, 215; Chr. Iöcher, *Lexicon Un.* T. I, col. 111; Possevinus, *Appar. Sacr.*, 1606, p. 19; Le Long., *Biblioth. Hist. de la France*, Paris, 1719, p. 121, Fabricius-Mansi, *Bibl. mediae et infimae aetatis*, Florentiae, 1858, T. I, pp. 19-20; Oxilia e Boffito, *Un trattato inedito di Eg. Colonna*, Firenze, 1906 in Praef. et alii quamplurimi, praesertim scriptores Catalogorum variarum bibliothecarum quae sunt in Europa).

de Novo **Como Fr. Aegidius**, August. Insubricae congregationis alumnus, dicitur ab Ossinger celebris philosophus, insignis theologus, eloquentissimus praedicator, et in scientiis mathematicis atque astrologicis suo tempore non habens superiorem, neque aequalem (!). Nostrum sacrum habitum sumpserat in patrio S. Augustini coenobio, ac an 1512 Cremonam missus. In praedicationis exercitio multa perpessus est nam de haeresi suspectus Romae an. 1539 ad tribunal S. Officii traditus fuit. Innocens vero est reputatus, uti testatus est in quadam epistola P. Nicolaus de Carignano Prior Conventus S. Mariae de Populo Urbis sub die 12 Novembris 1539 data hisce verbis: «Teste Summo Pontifice, qui ore proprio dixit nihil querelae de eo habere; id circo nedum innocentem eum quoad hanc causam attinet, sed etiam patientem, eo quod nec latum unguem a superiorum morum mandatis discrepavit». Perspecta igitur eius innocentia ac probitate, anno insequenti Generalis Visitor eligitur, an. 1544 Definitor, an. 1555 Praeses et tandem an. 1562 et 1565 Vicarius Generalis. Paulo post moritur. Errat Lanteri scribens ipsum floruisse an. 1656. Scripsit: *De astrorum aspectibus, coniunctionibus et influxibus, tractatum*, quem nescimus an. fuerit typis datum, nec ne.

(Cfr. Calvi *Delle Memorie Ist. della Congr. Osserv. di Lombardia dell'Ord. Erem. di S. Agust.* Milano, 1669, p. 296; [Pag. 257] Ossinger, p. 256 et Lanteri *Postr. Saec. Sex Relig. Aug.* T. III, p. 379).

Concetti Fr. Nicolaus, S. Theol. Lector, in oppido v. Montevidoncorrado Firmanae Dioec. die 19 febr. 1857 ortus, a puero Ordinem Augustinianum ingressus avunculum suum P. Aloysium

Concetti, eiusdem Ordinis Sacrae Theol. Magistrum, in regionem longinquam, nempe Quitum (Ecuador) in America meridionali sequutus, inibi suum an. 1872 egit tyrocinium, suaque Deo die 21 ianuarii 1873 nuncupavit vota. Die vero 21 septembris 1879 primam litavit hostiam, atque in bonis studiis institutus, maturo tempore Lectoris munus adeptus est. In Italiam reversus, atque militiae conscriptus, nosocomiis est addictus, et debito patriae soluto, ad coenobium reversus est. Prior extitit conventuum Villismanentis, Amandulani et Firmani, quo nunc vivit. Scripsit:

1. *El Romano Pontifice delegado de la soberania social de Iesucristo sobre la tierra confesado oficialmente por el Ecuador y la devocion a Maria S.ma. Discurso pronunciado el 10 de Enero de 1888 en la Iglesia metropolitana de Quito.* Quito, imprenta Sanz, 1888.

2. *Simi l'Ebrea, racconto storico del P. Conrado Muiños Agostiniano tradotto dallo Spagnuolo dal P. N. Concetti dello stesso Ordine* (Estratto dal Periodico «la Madre del Buon Consiglio») Roma, Tip. Cuggiani, 1898 in 8.

3. *Carità: racconto morale del M. R. P. Fr. Conrado Muiños Agostiniano spagnolo* traduzione dello stesso, edita nello stesso Periodico, Anno III e IV (1899-90).

4. *Vita e Miracoli del B. Antonio d'Amandola dell'Ordine Romitano di S. Agostino, Parte I e II,* Roma, Tip. Cuggiani 1897, in 8.

5. *Novena e tridui* in onore del B. Antonio d'Amandola Agostiniano, Roma, Tip. Agostiniana, 1900.

6. *Preghiera e Triduo del B. Pietro Giacomo da Pesaro dell'Ord. Eremit. di S. Agostino,* Roma, Tip. Vaticana 1910.

7. *De B. Antonii ab Amandula O. E. S. A. sacello a R. D. Horatio Orazi picturis exornato commentarium, cum tabulis picturas eiusdem sacelli exhibentibus.* Romae Typ. Vatic. 1906 in 8.

8. *De titulo Ordinis commentarium.* In *Analectis Augustinianis*, Vol. I, pp. 247-255, 270-276, 295-301, et Vol. V, pp. 134-137.

9. *De Amandulano S. P. Augustini templo a Francisco Ferranti Tolentinate picturis exornato.* In iisdem *Analectis*, Vol. III (an. 1909-10) pp. 5-13.

10. *De S. Nicolai Tolentinatis conventu Vallemanentano in agro Pisauriensi.* Ibidem, pp. 427-431.

11. *De S. Laurentii Erem. Coenobio* in urbe Pisauriensi et de P. Ludovico Zacconi huius filio praeclaro, Ibidem, pp. 451-456.

12. *Th D. Dom. Besse O. S. B. opusculum: Donde vengono i Monaci, animadversiones;* in iisdem *Analectis*, T. IV, pp. 115-121.

13. *De Monacatu S. P. Augustini et de religioso Ordine ab eodem fundato.* Prolixa dissertatio fere totum Vol. V *Analectorum Aug. complectens.*

14. *De Beata Christina a Spoleto Ord. Erem. S. Aug. Tertiaria*, Ibidem pp. 457-465.
15. *In Ordinis Fratrum Erem. S. P. Augustini Martyrologium animadversiones* (Cfr. *Analecta Aug.* Vol. VI. pp. 1-142).
16. *De unici Prosperi Aquitani, Civitatis ac Dioecesis Regensis in Aemilia Patroni, Sanctitate et culto dissertatio*. Ibidem, pp. 175-225.
17. *De B. Iuliana Cornelionensi O. E. S. A. Sanctimoniali, Solemnitatis Corporis Christi eiusque officii promotrice*. [Pag. 258] Cfr. *Analecta cit.* Ibidem pp. 359-385.
18. *De Ill.mo et Rev.mo D. Fr. Iosepho Capecci O. E. S. A. Antistite Alexandrino in Pedemontio Memoria*, Romae Typ. Vaticanis 1918.
19. *S. Agostino: Risposta al Prof. Ernesto Buonaiuti*, Roma Scuol. Tip. Salesiana 1919.
20. *Volgarizzazione della vita di S. Monica scritta da S. Agostino*, ibidem 1919.
21. *Esame della genesi della dottrina Agostiniana intorno al peccato originale di Ernesto Buonaiuti della R. Università di Roma*, Fermo, Tip. Economica, 1922 in 8.
22. *De scriptorum genuitate quae hactenus Servae Dei Annae Catherinae Emmerich nomine sunt honestate*, Romae, Typ. Vaticana 1921.

Concordiensis Fr. Ioannes M., dicitur ab Ossinger, p. 255, vir omni litteratura doctissimus et sua aetate eloquentissimus ecclesiastes. Fuit S. Theol. Magister, et an. 1587, ut ex actis Capitulorum Generalium editis in *Analectis August.*, Vol. X, constat, erat Magister Regens Pulcini. Prout Definitor Provinciae Marchiae Tarvisinae an. 1608 interfuit Capitulo Generali Romano, in quo quidem capitulo electus evasit Provinciae suae praesul. Fuit inde ut Vicarius Generalis in Germania, et an. 1620 Romae iterum Capitulo Generali interfuit ut Definitor Provinciae Bavariae. Nec quando nec ubi obierint, scimus. An. 1609 *Sermones Quadragesimales* typis mandavit.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 480; Elsius, p. 388; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex. R. A.*, T. II, p. 423).

Consoni Fr. Aegidius, Mediolanensis, multis nominibus clarus, magnis illis Aegidiis Romano et Viterbiensi sola purpura, non meritis, quibus eam adepti sunt, inferior. Piam huius indolem testatam facit suscepta, an. 1613 in patria adhuc tenellus, Augustinianae religiosae vitae institutio. An. 1613 Neapolim mittitur: duos post annos Romam accersitur, quo die 30 maii 1620 una cum P. Philippo Vicecomite eius concive, Lector renuntiatur, ac inde an. 1622 Baccalaureus, et tandem mense Iunio 1625 ad doctoratus gradum Mediolani promotus. Summa cum laude Genuae, Papiae, Bononiae, Mediolani, atque Romae Ordinis gymnasia moderavit, dans ubicumque nedum morum integritatis ac innocentiae, verum etiam praecellentis ingenii, tenacissimae ac promptissimae memoriae specimina, ita ut ob illius perfectam totius Encyclopediae cognitionem, bibliothecae viventis nomen apud illustres viros adeptus fuerit. Demortuo an. 1637 Nicolao Reatino Ordinis Procuratore Generali eius in loco Aegidius Consonius sufficitur, quo in munere ita per octo annos se gessit, ut eo agente nulla causa interciderit, dictus propterea a S. Congreg. secretario: *Antesignanus et*

oraculum Procuratorum generalium. Tanta porro existimationis erat cum apud Italos tum apud exterarum nationes, ut ad ipsum imprimis consulendum gravissimis in negotiis quisque accederet, immo et hoc ipsum in mandatis habuere, praestiteruntque duo doctores Lovanienses Romam profecti ad procurandam ingentis momenti causam. Romae fuit etiam S. Inquisitionis tribunalis qualificator, atque ibidem pro ordine labores poene innumeros suscepit. R. mo P. Generali summis in periculis fidem praestitit contemptis potentium minis, spretisque pollicentium muneribus et promissis. In patriam reversus totum se dedit philosophicis theologisque studiis, quibus earumdem disciplinarum dissertationes imbuendis nostris tyronibus meditabatur. Interim cognita [Pag. 259] ab Innocentio X tanti viri urbe absentis iactura, eodem summo Pontifice iubente, Philippus Vicecomes, tunc totius Augustiniani Ordinis praesul, Consonium Romam denuo accersivit, ut inter Consultores Congreg. Inquisitionis redderet, ad discutiendas praesentim Iansenianas propositiones: verum dum ad ipsum litterae dantur, infirmatur et post novem aegritudinis dies moritur die 5 martii 1650. Multa scripsit et ea quae ad manus Cardinalis Pallotta pervenerunt, periire. Quae referuntur ab Ossinger in *Bibliotheca Augustiniana* p. 257 sunt sequentia:

1. *Summulae in Logicam ad mentem Aegidii Romani in quatuor partes divisae*
2. *Quaestiones de Logica secundum se.*
3. *De ente rationis in communi.*
4. *De secunda intentione.*
5. *De universalibus in communi.*
6. *In Philosophicam de principiis naturae in communi, et particulari.*
7. *De natura et causis.*
8. *De corpore mobili ad ubi.*
9. *De materia in communi.*
10. *De substantia coeli.*
11. *De corpore mobili ad formam.*
12. *De generatione et corruptione.*
13. *In Metaphysicam de essentia et existentia.*

Opera hactenus relata ms. asservabantur in nostra Bibliotheca S. Marci Mediolani uti Philippus Argelati, qui ea vidisse, in *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium* Part. II, T. I. col. 450, testatus est. Sequentia relata inveniuntur apud Philippum Picinelli in «Ateneo dei Letterati», p. 167, et apud nostratam Guillelmum Nicolai, sunt autem:

14. *In primum Sententiarum ad mentem Aegidii Romani, a prima usque ad 26 distinctionem, de charitate et scientia Dei.*
15. *In secundum Sententiarum, de Deo creatore et glorificatore hoc est de ultimo fine. De substantia et mensura Angelorum et pluria de gratia.*
16. *In tertium sententiarum, de fide, spe, et charitate.*
17. *In quantum Sententiarum, de Sacramentis, de Eucharistia, de Providentia, de visione beatifica.*
18. *Quadragesimale et ad conciones sylva.*
19. *Orationes habitae coram summo Pontifice, tempore quo Procuratoris Generalis munere fungeretur.*
20. *Volumina IV, quorum primum continet propositiones in Santo Officio qualificatas; secundum complectitur varios conscientiae casus; tertium varia dubia circa Pontificale Romanum, et quartum continet consulta, et decisiones quarundam causarum, dum Procuratoris Generalis officium obibat.*
21. *Aegidii Consonii et Antonii Dianae Responsa circa titulum: Vicarius Divi Petri liber I, fol. 531 et 539. Extabant haec Responsa Romae in Biblioth. Alteriana, sive Principum de Alteriis. (Cfr. Montfaucon, *Bibl. Bibliothecarum* T. I, p. 175).*

(Praeter laudatos cfr. *Regestum Rev.mi Prionis Generalis Philippi Vicecomitis* Dd. 84 p. 540; Lanteri, *Postrema Saec. sex Relig. Augustinianae*, Vol. II, p. 386; Lopez, *Additamenta ad Crusenii Monasticon*, p. 105; Ossinger, p. 256-58 ex Argelato et Picinello).

Constantinus de S. Gervasio, Laudensis, S. Theol. Magister, philosophus atque theologus egregius, vixit saec. XVI lebente. Typis mandavit: *Vita et Minacula B. Ioannis Boni Ord. Erem. S. Augustini*, Bergomi, 1590 in 4 et Mantuae 1592. (Cfr. Elsius, p. 154 et Lanteri in *additam. ad Crusenii Monasticon*, Vallisoleti, 1890, p. 727). [Pag. 260]

Constantinus a S. Nicolao vide: **Rosignoli**

Contarini Fr. Benedictus de Venetiis, generis nobilitate et doctrinae fecunditate illustris, Magister et Regens studii Bononiensis, erat an. 1392 et socius ordinarius Prioris Generalis eiusque Convisitator Conventus Tarvisini insequenti anno, scilicet 1393. Desierat esse inter vivos an. 1419. Ipse *correxerat Ioannem de Gandavo una cum libris Aristotelis de anima*, qui postea Venetiis, an. 1493 per Octavium Scotum excussi fuere.

(Cfr. Herrera T. I, p. 112; Mattaire in *Annalibus Typographicis*, T. I, part. I, p. 116; et Ossinger, p. 258).

Contarini Fr. Secundus, Venetus, S. Theol. Mag., non minus nobilitate generis quam doctrina clarus, an. 1482, cum iam esset Sacrae Theologiae professor, in Capitulo Generali Perusiae celebrato electus fuit Conventus S. Stephani Venetiarum Prior pro tertio anno, et pro quarto illius celeberrimi studii Regens. In his muneribus fuit postea iterum confirmatus, anno videlicet 1496 et an. 1497. Ut Definitor Provinciae Terrae Sanctae interfuit Capitulo generali Romano, in quo electus fuit Prior Generalis Fr. Marianus Genestanus. Non constat quando obierit. Maximo cum studio ac diligentia emendatum typis dedit opus, quod inscribitur: *Quadratura seu dubia edita per excellentissimum ac famosissimum Monarcham scientiarum Magistrum Paulum Venetum Ord. Fr. Erem. S. Augustini, doctoris S. Matris Ecclesiae, opus summe perutile iuvenibus qui cupiunt sophisticam optime habere artem necnon veritatem...* Venetiis per Bonetum Locatellum Bergomensem, 1493, 2 coll., 66 II., 92 ff.

(Cfr. *Ordinis Regesta*; et Hain, *Repertorium* cit. n. 12521).

Contursi Fr. Paschalis a S. Nicolao, Neapolitanus. In ipsa urbe Neapoli adscriptus est Augustinensium Discalceatorum Congregationi in conventu S. Mariae a Veritate. Studiorum curriculo laudabiliter emenso, laurea est insignitus ac postea Lector Theologiae renuntiatus. Insuper cum arti oratoriae, tum poesi et mathesi altius addiscendis animum applicuit. Quantum temporum adiuncta, iuventutis morositas aut ardor patiebatur, libenter morem gessit illis, qui auctores ei esse consuescebant, ut mature librorum scriptioni se traderet, atque ex tempore ad populum verba faceret. Ab Academiis, praesertim Romana et Aletina, invitatus, quarum unus erat e sociis, audacter in arenam litterariam descendebat: in Philosophiae et Theologiae disceptationibus Romae, Neapoli inque aliis Italiae civitatibus, triginta circiter annorum spatio, omnem e suggestu vocis contentionem scriptorumque vim adhibuit. Non omnia, quae ingenti mole concesserat, ad limam revocare potuit: nam an. 1820 a Summo Pontifice Pio VII Congregationis Vicarius electus, scripta sua expolire nequit. Pollebat lingua latina, graeca atque hebraica. Fuit religionis atque disciplinae amatori subtilis philosophus ac discretus orator. Moritur Neapoli die 10 Ianuarii 1834 laboribus, vigiliis, sudoribusque consumptus. Ita fere Tani in *Commentariis Episc. et Scriptorum Ord. Erem. Discalceatorum*, p. 129. Quae scripsit sunt:

1. *Preces novendiales ad Christum viam, veritatem et vitam - In S. Raphaelis Archangeli Elogium*. Neapoli, 1804.
2. *Panegirici sacri*. Napoli, 1829, 1 vol. [Pag. 261]
3. *Vari opuscoli di Poesie, d'Iscrizioni, di Prose accademiche italiane e latine*, Napoli, 1831, 1 vol.

(Cfr. etiam Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, Vol. III. p. 442).

Conversani Fr. Marcellus Alphonsus, Ord. Erem. S. Aug., typis edidit: *De mundi exordio, protoplastorum creatione ac voluptatis paradiso*. Cataniae, 1760, in 4. Haec ex catalogis Bibliopolae Romani Silvii Bocca, ex quibus conicere possumus illum floruisse saec. XVIII, et patria fuisse Siculum. Latuit Ossingero et Lanteri.

Corbellini Fr. Aurelius de S. Germano in Pedemontio, S. Theol. Lector, alumnus Congregationis Lombardiae, floruit saec. XVII ineunte. Fuit consultor S. Officii, theologus Caroli Emmanuelis

Sabaudiae Ducis, orator, poeta atque historicus insignis. Videtur illum vixisse ultra an. 1630. Quae scripsit atque edidit sunt sequentia:

1. *Lezioni accademiche*, Torino, 1603.
2. *Mitridate* (favola pastorale), 1604.
3. *Ghirlanda spirituale in lode della SS. Vergine Maria con un'espositione della sua oratione*, Pavia, 1598.
4. *Affetti spirituali*, Torino, 1605.
5. *Rime*, Torino, 1611, 1 vol.
6. *Decisioni di casi di coscienza*, Vercelli, 1612.
7. *Regina scientiarum*. Parmae.
8. *Mirifica Aegidii arbor*. Brixiae.
9. *Oratione in lode di S. Carlo Borromeo*, typis edita Astae, Virgilius Zangrandi, 1613, in 4, pp. 22.
10. *Oratio habita in capitulo generali Congr. Augustinensium Lombardiae*, typis edita Vergellis.
11. *Sermo in festivitate Immacolatae Conceptionis*.
12. *Corona alla Regina di Spagna, rime*, Milano.
13. *Corona al P. Ippolito Zorle, rime*, Bergamo.
14. *Rime negli Himenei del duca di Mantova e della serenissima Infante Margherita di Savoia*, typ. editae Eporediae.
15. *Rime*, Torino, 1630, vol. II.
16. *Storia di Vercelli di Fr. Aurelio Corbellini da S. Germano, de' PP. Eremitani di S. Agostino in 6 libri*. Cod. 2 Biblioth. Seminarii Vercellensis, chart. in fol. exaratus ex originali an. 1769, iam possessus ab aequite Balthassarre Avogadro-Casanova.

(Cfr. Mazzatinti, *Cataloghi delle Bibl. d'Italia*, Vol. V, p. 54, et praecipue Della Chiesa, *Catalogo degli Scrittori Piemontesi*, Carmagnola, 1660, p. 33; Maracci, *Bibl. Mariana*, Vol. I., p. 172; Rossotto, in *Syllabo Script. Pedemont.*, p. 92, qui non audet affirmare an sequens opus, cuius tit.: *Image del vero Principe di frate Andrea Corbellini*, sit etiam nostratis Aurelii, cui tribuit etiam aliud opus, nempe: *Ritus et fabulae* in una columna impressi an. 1603; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. II, p. 397 et alios).

Cordiani Fr. Hieronymus de Balneoregio in baptismate Ildebrandus vocatus, in patrio S. Augustini coenobio agustinianum institutum professus, vir evasit tum probitate, tum scientia clarus. Studiorum curriculis confectis, docuit Paduae, Mediolani, Florentiae atque in Urbe, qua S. Theol. Magisterium adeptus est ante an. 1630, quo ut talis interfuit capitulo generali Romae habito pro Romanae Prov. Discreto. An. 1633 eidem provinciae praeficitur usque ad cap. gen. an. 1636, et cum munere Definitoris interfuit etiam cap. generali an. 1645. Non constat quando obierit. Sequentia reliquit mss., id est: [Pag. 262]

1. *Quaestiones in quatuor libros de coelo et mundo.*
2. *Disputationes in librum primum et secundum de genere et corruptione.*
3. *Introductio ad Aristotelis dialecticam.*
4. *Speculationes methaphysicae.*

(Cfr. Quintarelli, *Gli Uom. Illustri Begnonesi*, p. 121, ubi falso dicitur illum an. 1646 habitum agustinianum, cum hoc anno S. Theol. Mag. et Provincialis iam extitisset).

Corradi Fr. Felicianus, Cremonensis, vir moribus ac bonis litteris commendabilis, philosophicas ac theologicas disciplinas coluit. Vixit saec. XVI ac adhuc puer in Congregatione Lombardia habitum Augustinianum, an. 1521, Cremonae suscepit. Consecratus sacerdos impense docuit tum in scholis tum in suggestis et an. 1540 fuit consocius P. Michaelis de Castelletto in officio Vicariatus suae Congregationis. Ecclesiam S. Augustini de Cremona an. 1553 instauravit et anno insequenti in Capitulo suae Congregationis de Viadana Vicarius Generalis renuntiatur; at paulo post moritur. Cfr. Calvi, *Delle Mem. Istor. della Congreg. Ossez. di Lombardia dell'Ord. Erem. di S. Agostino*. Milano 1669, p. 294, qui inter alia haec scribit: «Ora latinamente con molta profondità di sapere, lasciando dopo di sè varii *sermoni funebri et altre materie latine et volgari* fatti in Torino et altrove, dotti, saggi et eruditi, che manuscritti si leggono nella famosa Libreria di S. Agostino di Cremona».

(Cfr. et Torelli, *Secoli Agostiniani*, T. VIII ad an. 1554, n. 19, p. 370; Bressani in *Corona Virorum Illustrum*, Lib. I. p. 3; Arisi in *Cremona Litterata*, Parmae, 1702, T. II, p. 233 a quo appellatur: «Augustiniani Ordinis honor, cum Historicis, Philosophicis, Theologiae literis, et Sac. Pag. ac Canonum peritia doctissimus. Oratoriis etiam et Poeticis facultatibus profunde versatus», atque Ossinger, p. 256).

Corrado Fr. Angelus Nicolaus, Savonensis, alumnus Provinciae Galliae Cisalpinae, vixit saeculo decimo septimo. Vir dissertissimus, non minus vita quam eloquentia insignis, plura reliquit manuscripta praedicatoribus perutilia, ut Michael Justinianus testatur.

(Vide Augustinum Oldoinum in *Athenaeo Ligustico*, p. 35, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex. R. A.*, T. III, p. 125).

Corrao Fr. Augustinus, Siculus, natus fuit Gelae die 18 aprilis 1864, et in nostra religione vota Deo obtulit die 25 dec. 1882. Die 28 sept. 1888 sacrum Presbyteratus Ordinem recepit. Rectitudine

et ingenio spectans, Augustini Ciasca Cardinalis S. R. E fuit discipulus. Lector in Philosophia declaratus, munere professoris pulchrarum litterarum in Collegio internationali Urbis functus est, ac inde Bacc. gradu honestatus. Prior saepe fuit etiam in conventibus extra suam Provinciam, praesertim in Liguria, quo in munere enixe adlaboravit. Verbi Dei praedicationi deditus, concinnus atque eloquens se ostendit. Animam bonam sortitus, mitis, humilis, comis, observantissimus, orationi vacans et poenitentiae. Quamvis gravi morbo laborans, ad omnia paratus semper se ostendens, dilectus fuit Deo et hominibus. Pie obiit Romae in Collegio S. Monicae die 13 martii 1926. Iuris publici sequentia ab eo facta sunt:

1. *Raccolta di discorsi, panegirici, sermoni, fervorini delle principali feste dell'anno, dedicato alla memoria del defunto fratello.*

2. *De Ordine Eremitarum S. Augustini carmen elegiacum in Analect. August., Vol. III, p. 456-57.*

3. *De B. Augustini Novelli patria*, ibidem Vol. I, p. 67 et separatim sub tit.: [Pag. 263] *La patria del B. Agostino Novello Agostiniano, secondo gli antichi documenti esaminati... con la vita inedita del Beato scritta dal P. Isidoro Ugurgieri, Domenicano*, Roma stab. tip. C. Rinversi, 1915 in 8, et iterum sub tit: *Riassunto dell'opuscolo pubblicato in Roma sopra la vita del B. Agostino Novello*, Terranova, 1918. Tip. Girol. Scrodato; nec non terzio: *edizione interamente rifatta con due zincotipie*. Palermo, Tip. F. Lugaro, 1922. Patriae nimis incensus amore auctor his in opusculis demonstrare conatus est B. Augustinum Novellum ortum habuisse Gelae in Sicilia, cum certe constet illum primam aspexisse lucem *Tarani in Sabinis* (Cfr. *Analecta August.*, Vol. VI, 120-133).

4. *La dimora degli Agostiniani in Palermo*, Palermo, Scuola Tip. orfani di guerra, 1921. Scripsit quoque valde eruditos articulos in ephemeridibus Savonae in *Litimbros*, Romae in *Analectis* ut et in *La Madre del Buon Consiglio nelle famiglie Cristiane*. «Oltre a ciò (ita legitur in eius necrologia edita in *Bollettino Storico Agostiniano*, Anno II, pp. 121-123) ha lasciato una miscellanea che potrebbe appellarsi *Fiorita*, dall'intestazione "*Il più bel fior ne colgo*", rimasta inedita». (Cfr. etiam *Analecta Aug.* vol. XI, p. 467).

Correnti Fr. Gregorius, Perusinus, an. 1564 in patrie conventu erat studiorum Magister Regens, et an. 1572-73 P. Generalem Thaddaeum Perusinum in itineribus per Italiam, Galliam atque Hispaniam, quae descripsit, consociavit. Obiit mense septembris an. 1574. Eius extat:

1. *Epitome Italici, Gallici et Hispanici itineris in visitatione Rev.mi P. Generalis Magistri Thaddei Perusini per Mag. Gregorium Currentium Perusinum Eremitanum itineris comitem. An. 1572-1573*. Asservatur Romae in Biblioth. Angelica, cod. 722, autogr. chart. in 12, ff. 102. Infine legitur: «Ego fr. Greg. Currentius Perusinus itineris comes raptim scripsi». Hunc praeteriit noster Ossinger apud quem p. 687 alterius Gregorii fit mentio, qui floruit, ut videbimus, saec. XV declinante. Hujus meminit Io. Bapt. Vermiglioli in *Bibliografia degli scrittori Perugini*, Per. 1829, T. I, part. II, p. 365, qui T. II, part. I, p. 65: eius itineris per Galliam, Hispaniam, Portugalliam et Italiam epitomem retulisse, ait, P. Iacob Giapessi in *Memorie della Chiesa e convento di S. Agostino di Perugia*, ms. in tabulario eiusdem conventus, hoc tantum tit.: «Epitome italici et Gallici itineris in visitatione R.mi Patris Magistri Thadei perusini per fratrem Gregorium Currentium Perusinum, itineris comes raptim scripta», ita ut nescias, an itineris per Hispaniam et redditus in Italiam titulos neglexerit, an revera in Giapessi ms. desiderentur. Ita fere Henricus Narducci in Catalogo mss. Bibl. Angelicae

cit. p. 302-303; Vermiglioli vero l. c. adiungit de laudato Gregorio: lasciò vari scritti assai dotti; come aggiunge lo stesso Giapessi sulla testimonianza del lodato P. Taddeo, il quale così scriveva al Priore di S. Agostino di Perugia: «*libr. et comentaria Magistri Gregorii Bibilothecae istius conventus consignare non de...*».

Corsini Fr. Antonius Aloysius, Senensis, S. Theol. Mag., floruit saec. XVIII. Laudatur ut accuratus historicus a P. Ildephonso a S. Aloysio Ord. Carmelit. Discalceatorum, T. I, p. XXIV operis *Delle Delizie degli Eruditi Toscani*, Firenze, 1770. Educatus atque institutus fuit Senis et Bononiae. Hector Romagnoli de illo loquitur in *Raccolta Biografica d'illustri Senesi*, Part. I, p. 213, atque ait: «Sovrintese nel 1755 alla fabbrica della [Pag. 264] nuova gran chiesa di S. Agostino di Siena unitamente al P. Dini, e per tal sovrintendenza ebbero molti disgusti coi direttori di quella fabbrica Sebastiano e Giuseppe Minacci esecutori del bel disegno fatto d'essa dal celebre Vanvitelli nel 1747». Videtur illum obiisse post an. 1768. Ex eius ingenio habentur:

1. *Tractatus de locis theologicis, descriptus a me fratre Antonio Aloysio Corsini Senensi, sub disciplina Ad.m Rev. P. Magistri Benedicti Aug.ni Gattini Pratensis in Collegio S. Iacobi Maioris Bononiae regentis an. 1719*. In cod. 221 Bibl. Angelicae Urbis.

2. *Vita del B. Agostino Novello dell'Ord. Erem. di S. Agostino*. In Siena, per Francesco Rossi, 1761 in 8.

3. *Memorie del Convento di S. Agostino di Siena ricavate dall'archivio del medesimo e da altri luoghi autentici... ridotte nel presente volume dal P. Anton. Luigi Corsini Senese*, 1758 ed accresciute fino all'anno 1768. Ms. Asservatur in Bibl. vel in Archivo Senensi.

(Cfr. Moreni, *Bibliogr. Stor. Ragionata della Toscana*, 1805, Vol. I, p. 300).

Cortivo Fr. Ioannes Baptista, Fluminensis, S. Theol. Doctor, male a nostratibus dictus *Germanus*, nam fuit Italus puro sanguine. Augustinianam tunicam certe in nostra provincia Stirio-Carintiae induit ac in ea vixit, sed civitas Fluminensis geographice semper ad Italiam pertinuit et nunc, Deo favente, etiam politice. Vir fuit Cortivus noster acerrimi ingenii, atque theologus admodum disertus, planeque calluit linguas latinam, graecam atque haebraicam. Philosophiae et Theologiae professorem egit Viennae et Graecii; Studiorum Regentem et Provincialem in Provincia Austro-Hungarica, ac demum Professorem et bis Decanum extitit in Universitate Graecensi. Fato concessit Viennae an. 1787 aetatis suae 80. Typis ab eo lucem aspexerunt:

1. *Dissertatio de divinis nominibus, sive de Usia, Homousia et hypostasi, de essentia, natura, substantia et subsistentia et persona; de peculiaribus item divinarum personarum nominibus aliisque id genus graecis latinisque vocabulis, quorum disputationibus de Trinitate frequens est usus*. Viennae in Austria, apud heredes Heyingerianos, 1754 in 4.

2. *Dissertatio de stupendo prodigio stationis solis et lunae imperante Iosue, in consessu theologico dicto, et subinde aucta*. Viennae in Austria, typis heredum Heyingerianarum, 1755, in 4.

3. *Lucubratio theologica Augustini germanum exhibens dogma de nobilissimis status innocentiae dotibus supernisque praerogativis, sanctitate, integritate, immortalitateque*. Graecii, apud heredes Widmanstadii, 1762 in 8.

(Cfr. Ossinger, p. 269; Lanteri, T. III, p. 351; Hurter, *Nomenclator*, T. V, col. 267; Hutter, in *Revista Augustiniana*, Vol. V, p. 579).

de **Cortona Fr. Hieronymus**, S. Theol. Mag., vixit saec. XV. An. 1472, die 17 iunii, renuntiatus fuit in Studio Senensi Lector formatus cum consuetis gratiis (Cfr. Regestum Litt. Prioris Generalis Dd. 7, f. 213), et die 22 martii 1474, post rigorosum examen coram magistris Herculano de Perusio Prioris Generalis socio, Ambrosio de Cora Ordinis Procuratore, et Audace de Valentia peractum eidem fit licentia, ut quaecumque ei visum fuisset opportunum posset insignia magistralia suscipere in quacumque Universitate (Ibidem, fol. 208). An. 1488 huic Cortonensi a Generali Mag. Anselmo de Montefalcone commissum fuit ut acceptaret pro Ordine nostro Ecclesiam S. Bernardi [Pag. 265] loci v. Ornamoro del Macchione a dominis de Oriccellaris fundatam, quod ipse fecit in ea instituens regularem vitam (Cfr. Torelli, *Secoli Agost.*, T. VII, p. 375). Ab eo habentur: *Sermones tres, et binae epistolae* ab eodem exaratae, dum esset Provinciarum Pisarum et Senarum Vicarius Generalis, quae sunt in Cod. 1139, saec. XV, Biblioth. Angelicae Urbis, ff. 1-10.

de **Cortona Fr. Ricciardus**, vixit saec. XIV, atque edidit: *Giardinetto di devozione*. «Questo libro compose uno venerabile religioso de' frati de Sancto Agustino che si chiamò frate Ricciardo da Cortona, il quale per sue virtù fu pregato a petitione d'alquante donne da bene che gli piacesse di scrivere loro qualche cosa da leggere per loro devotione. E fece questo libretto, e chiamollo el *Giardino di devotione*, come esso dice in esso libro». Reperitur ms. in Cod. Riccardiano 1484 sec. XV, pp. 72 (m. 0,150 x 0,115).

Corvesi Fr. Augustinus, Niciensis, S. Theol. Mag., vitam duxit Papias ab an. 1758 ad an. 1767, in ea percurrens studiorum curricula a cursuratu ad baccalaureatum et Respondentem. Missus fuit postea Montulphum, quo, ut in aliis nostris gymnasiis, sacras scientias docuit. Fuit orator non spernendi nominis atque publici iuris fecit:

1. *Orazione nelle pubbliche esequie di Maria Ant. Ferdinanda, infanta di Spagna, Regina di Sardegna, celebrate nella Parrocchia di Villa-Franca il dì XIX ottobr. 1785*. In Nizza presso la Società Tipogr. 1785 in 4.

2. *Orazione Sacro-Politica detta nella sala del Senato della serenissima Repubblica di Lucca nel terzo sabato di quaresima dal P. M. Agostino Corvesi... predicatore nell'insigne collegiata di S. Michele l'an. 1786*. In Lucca 1786, presso Filip. Benedini.

(Cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex diplomaticus* cit. Vol. V, pp. 238-241, 243-545, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. Aug.*, T. III, p. 337).

Costacci Fr. Io. Baptista de Visso, publicus in universitate Pisarum philosophiae Lector, vir eximiae virtutis, in capitulo generali romano an. 1587 habito S. Theol. Magister fuit renunciatus atque de familia in conventu Florentino collocatus. Vitam in patria amisit an. 1618 aetate sexagenario maior. Reliquit:

1. *Libellum de esse et essentia* necnon

2. *Carmina italica*.

(Cfr. Fabroni, *Hist. Acad. Pisanae*, Vol. II, p. 132).

Costa Fr. Hilarius a Iesu, Taurinensis, nobili genere ortus, cum nostratibus Discalceatis in patrio S. Caroli coenobio nomen dedisset, an. 1714 suam emisit monasticam professionem. Studiorum curriculis emensis, animarum zelo fervens, an. 1723 ad Orientales Indias perrexit, ubi uberes collegit fructus in vinea Domini. Deinceps V nonas octobris 1730 a Clemente Pp. XI Coryni Episcopus creatus, Visitoris et Vicarii Apostolici dignitatem in orientalibus Tunchini plagis etiam obtinuit. Commissarii munus in Concincina adhuc exercuit, et Thomae Sestri Episcopo Nicaeno successit, et ita profecto suam iurisdictionem quam maxime in tota India dilatavit. An. 1745 adhuc vivebat, atque in loco vulgo dicto Liu-Tuij-Hi ad suos apostolicorum laborum fructus in coelis percipiendos transiit. Scripsit atque in lucem dedit: *Racconto storico della cattura, prigionia e morte gloriosa dei Servi di Dio PP. Francesco Gil de Federich [Pag. 266] e Matteo Alfonso Laziniana Spagnuoli dell'Ordine dei Predicatori, decollati nel regno del Tunchino per la cattolica fede li 22 gennaio 1745*. Roma per Girolamo Mainardi, 1746, in 8. Extat in Bibl. Casanatense Z. XX. 25.

(Cfr. Lanteri, *Eremiti Sacri August.*, Part. I, p. 253 et Tani, *Commentaria* cit. p. 4-6).

Cosmas Damianus a Visitatione, Romanus, theologus atque praedicator Augustinianus discalceatus, vixit saec. XVIII ineunte. Posteris typ. mandavit: *Sacra miniera dei predicatori, fertile di concetti scritturali e predicabili, animata da sentenze dei Santi Padri et espositori, ornata d'istorie et Esempi, ordinata in un modo facile a comporre prediche e quaresimali*. In Roma per Antonio de Rossi, 1717 in 4, pp. 489 una cum copioso indice. Extat in Angelica.

Costanzi Fr. Dominicus de Onelia, floruit saec. XIX, ac edidit: *De legibus selectas theses*, quas publica concertatione defendit Firmi in Aedibus D. Augustini an. 1840 cathedram tenente Magistro Fr. Francisco Marinelli, qui postea evasit Episcopus Porphyriensis, quas auctor dicavit P. Nicolao Celano ex Prov. Augustiniano. Firmi ex typ. Arch. 1840.

Cotta Fr. Basilius vide **Monaldi**.

Cotta Fr. Ioannes Baptista, percelebris poeta atque orator, Tendae in Nicacensi regione, die 20 februarii 1668 ex Ioanne Baptista Cotta et Iulia Chianea, ingenuis honestisque coniugibus, ortus, atque utroque parente fere ab incunabulis orbatu, a quodam propinquo, optimo viro, educatus fuit. Humaniores litteras in patria atque Niciae didicit, et anno decimo septimo aetatis suae agente, a Deo vocatus, ac consilio et hortatu Iuliae germanae sororis, inter eremitas Augustinianos Congregationis Genuensis admissus, in coenobio SS. Crucifixi prope Ianuam suum tyrocinium egit, et post annum, religiosam professionem emisit. Parmae ab illius dignissimo Episcopo, nomine Saladini, an. 1691 ordinatus fuit sacerdos, ac deinceps Veronae atque Patavii, studiorum curriculum perfecit; egitque postea Lectorem Florentiae atque Romae Collegialem. Die 28 septembris 1699 fuit Regens et Concionator Generalis declaratus. Sed postmodum cuiusdam Praelati Romani, qui ab illo aliquo

nescio quo verbo offensum se existimabat, indignationi cedens, S. Augustini Collegium reliquit, atque in suae congregationis coenobium S. Georgii in Velabro se recepit, ibique quadragesimalibus concionibus componendis totum se dedit, quas postea cum ingenti animarum lucro, atque universali omnium auditorum plausu recitavit Romae, Viterbii, Senis, Ianuae, Neapoli atque alibi. Haec civitates «udironlo, ait Hyacinthus Della Torre in eius Elogio-critico, p. XIII, predicare da' loro pergami più ragguardevoli, e furono altamente commosse dal fervido zelo con cui esercitava quell'apostolico ministero. Uno stile florido ed elegante, ma senza affettazione; un uso frequente d'immagini vive e terribili, tratte singolarmente da' santi padri; ma sopra ogni altra dote, un forte e tenero eccitamento di affetti in chi l'ascoltava, erano pregi che distinguevano il nostro sacro oratore, e fecero fin anche dire al Faggiuoli che all'età sua il Cotta non aveva pari». Eius concionatoris peritia atque zelus maxime autem enituerunt an. 1703, quando scilicet Urbs Viterbiensis magnis terroribus ob ingentes continuos terraemotus vexata fuit. Ille enim hac occasione per quatuor menses, cum esset inibi Prior, ex mandato procerum civitatis [Pag. 267] continue praedicavit ut populus fortiter subiret et exciperet pericula. Quamobrem illi ad perpetuam rei memoriam in publicis Municipii codicibus haec inter caetera litteris consignarunt: «Enixe hortantes rev. patr. fratrem Io. Baptistam Cotta Tendensem, priorem hujus conventus SS. Trinitatis, qui magno animarum foenore abundantius omnibus laboravit; cuique gratissima civitas multum debet ob missiones ab ipso in hisce terraemotibus factas, ardentissimeque zelo ad quatuor menses productas... Plurima etiam dona (Virgini Liberatrici) oblata fuere: et ni prior SS. Trinitatis (Cotta) e concione inclamans, Viterbiensium pietati, maiori pietate obstitisset, Viterbienses mulieres anulis et in aureis omnibus ad Virginem exornandam se expoliassent». An. 1706 Genuae Vicarius Generalis suae Congregationis electus fuit, cuique multa bona contulit, sine intermissione, pro ea illaborans: eius enim illustrium virorum historiam texuit, conventuum memorias, diplomata, bullas, privilegia et caetera hujusmodi incredibili labore in unum collegit et in archivo a seipso ad hoc excitato disposuit. An. 1722 de mandato Rev.mi Generalis Cervioni Florentiam se contulit, ac inibi die 25 octobris eiusdem anni in templo S. Spiritus, universis Florentinis Academicis adstantibus, magistralibus infulis decoratus fuit. Uti Prior ad S. Augustinum Perusiae cultum B. Iacobi de Cerqueto promovere maxime coepit; improbosque labores et etiam vitae discrimina sustinuit ut monumenta e tenebris erueret ad vitas nostrum BB. Andreae de Monte Regali et Antonii Turriani de Aquila spectantia. Ex Umbria in patriam reversus est an. 1733, ibique inter pias exercitationes reliquum vitae tempus transegit usque ad an. 1738, quo plenus meritis atque honoribus cumulatus, die 31 maii ex hac vita migravit. Insigniorum Italiae Academiarum, praesertim Arcadum et Apatistarum socius; insignem illustriorum virorum sui temporis amicitiam coluit, quibuscum epistolarum commercio frequenter usus est. Scripsit atque edidit:

1. *Epitalamio in lode dei serenissimi sposi Edoardo Farnese e Dorotea Sofia di Neoburgo*, Piacenza presso il Bazachi, 1690.
2. *Orazione panegirica in lode del P. M. Pacini eletto Generale dell'Ordine Agostiniano sub tit. La virtù operosa*, Bologna per li Peri, 1693.
3. *Politica orazione recitata nell'accademia degli Apatisti*, in Firenze 1694, quae ms. asservatur in Bibl. Communalis Tendae.
4. *Le Prediche Quaresimali*, mss. relictæ atque in patria bibliotheca repositæ.

5. *Traduzione italiana delle Cantiche di Salomone in centoventi sonetti*. Asservabatur ms. in Bibliotheca Aprosiana, nunc in Genuensi.
6. *Vita della B. Veronica Negrone da Binasco Agostiniana nel monastero di Santa Maria di Milano*. Viterbo, presso Giulio de' Giulii in 8.
7. *Notizie della miracolosa immagine della Vergine Liberatrice venerata nella chiesa della SS. Trinità di Viterbo de' Padri Agostiniani della Congregazione di Genova*. Ibidem.
8. *Vita del B. Andrea da Montereale maestro in teologia e missionario dell'Ordine eremitano di S. Agostino*. Perugia, 1726 in 4. Iterum impressa fuit: In Napoli Tip. Nobili, 1824 in 8.
9. *Breve sacrum chronicon... P. Fr. Augustini Aetini (iam sub illius nomine descriptum) diligentia et studio P. Fr. Io. Baptistae Cotta, Tendentis in eodem Ordine S. Theol. Magistri, editum*, Perusiae, 1729 in 4.
10. *Definitiones Congregationis S. Mariae Consolationis ordinis eremitani S. Augustini de observantia*. [Pag. 268] *Adiectis nonnullis societatis eiusdem gratiis et privilegiis et monasteriorum chronologia*. Io. Baptista Cotta a Tenda, etc. Genuae, Tip. Io. Franchelli, 1708 in 4.
11. *Vita dell'ammirabile servo di Dio B. Antonio della Torre ovvero Turriani milanese dell'Ord. Erem. di S. Agost. sovrannominato il B. Antonio dall'Aquila, tratta da veridici autori ed autentici manoscritti*. Perugia, Costantini, 1730 in 4.
12. *Raccolta di Bolle, diplomi e documenti appartenenti ai conventi della Congregazione di S. Maria di Consolazione, quam reposuit in Archivo eiusdem Congregationis Genuae*.
13. *Difesa della dottrina del S. P. Agostino contro le censure del Ferepono, pseudonimo del teologo Arminiano Le Clerc*. Opus imperfectum.
14. *Vitae nonnullorum Servorum Dei suae aetatis, videlicet P. Francisci M. Qaerni, Mariae Marsiliae Fantacci Florentinae, Michaelis Baldaccini, Pauli Annibaldi, et Ilarii Vitali Patavini*.
15. *Del Sublime di Longino tradotto in Italiano con annotazioni*.
16. *Epitome in versi popolari della santità e miracoli della B. Rita da Cascia*. Foligno, per Pompeo Campana, 1724 in 8.
17. *Dissertazione sopra il Concilio VII di Toledo* ms.
18. *Dio, Sonetti, Parte Prima*. Genova per Ant. Casamare, 1709 in 8.; Venezia p. A. Albrizzi, 1722; Ferrara p. Barbieri, 1729; *Dio, Sonetti ed Inni, Parte I e II*, Foligno per Pompeo Campana, 1733, 2 vol. in 8.; Venezia, p. Tommaso Bettinelli, 1734 e 1745; Nizza, Società Tipografica, 1783 con *l'elogio storico-critico del P. Giacinto della Torre con l'aggiunta di altre sue poesie e di varie lettere d'uomini illustri scritte al medesimo* (senza annotazioni); Venezia, 1820, presso Giuseppe Battaglia, 2 vol. in 8. *Colle note dello stesso (autore) e d'altri, con incisioni e l'Elogio del P. della*

Torre (Pulcherrima atque accuratissima editio); Parma, p. Pietro Fiaccadori, 1847, *Inni e sonetti a Dio del P. G. B. Cotta e del C. Francesco Lemene*.

19. *Duae eius Epistolae ad P. Augustinum Aetinum* sunt in cod. 439 Bibl. Angelicae, atque aliae eius Epistolae inveniuntur in aliis bibliothecis; nam «mantenne egli mai sempre (ut ait de illo laudatus P. Della Torre in *Elogio storico-critico* cit. p. XXV) corrispondenza co' primi letterati d'Italia, tra' quali si annoverano Girolamo Gigli, Gregorio Redi, Pompeo Figari, Gian-Tommaso Canevari, Ercole Maria Zanotti, il Magliabecchi, il Casaregi, il Crescimbeni, il Baruffaldi, il Muratori, e più altri che tutti ebbero seco un vivo e lungo carteggio. Già si è accennato che questi preziosi monumenti di varia ed esquisita letteratura, i quali uscir dovevano per associazione da' torchi del Flotteront in Nizza persino dal 1755, conservansi tuttora originalmente nella Biblioteca di S. Dalmazio di Tenda».

(Cfr. etiam P. Io. Bapt. Senesia, *Secoli Cristiani della Liguria*, Vol. II, p. 539, et Lanteri, *Postr Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 79).

Crapols Fr. Aegidius, Volaterranus, non Liburnensis, ut habet Ossinger, p. 272, S. Theol. Mag. et orator insignis, suam eximiam eloquentiam audire fecit an. 1703 in Pistoriensi cathedrali Ecclesia; an. 1705 Romae in ecclesia S. P. Augustini; an. 1711 Cesenae; an. 1713 sacram scripturam explicans iterum Romae in Ecclesia S. Aug.; an. 1714 Venetiis tempore Quadragesimae, et an. insequenti Patavii. Ad magisterium assequendum examinatus fuit die 3 maii 1709 atque approbatus plenis suffragiis, et an. 1714 suae Etruriae provinciae praefuit. [Pag. 269] Claruit doctrina, pietate, necnon devotione erga D. Nicolaum Tolentinatem, ut refert Lanteri, T. III, p. 117; sed fuit ille alumnus Congregationis Insubricae ut ipse Lanteri habet? De hoc dubito. Incertum quo anno obierit. Reliquit: *Succinte notizie della vita ammirabile e stupendi miracoli del protettore di S. Chiesa Nicola da Tolentino consacrate all'illustrissimo Marchese Nicolò Maria Pallavicino*. In Roma nella stamperia di Antonio De Rossi, 1713 (Haec ex Ordinis Regestis).

de **Crema Fr. Gabriel** circa annum 1516 primam lucem aspexit et in patrio coenobio Congregationis Lombardiae an. 1532 ingressus est. Ob eloquentiam pergami dictus fuit lingua seraphini, organus Dei, et verus pater spiritus. Postquam Dertonensis Episcopi Gabrielis Gambarara a confessionibus esset ac diversorum conventuum priorem egisset, an. 1548, sui Vicarii Generalis socius electus fuit, indeque Definitor, Visitor atque tandem an. 1570 Generalis Vicarius. In hac suprema dignitate hoc ipso anno decessit. Scripsit typisque edidit:

1. *Idea d'un perfetto Predicatore*.

2. *Modo ch'usar devono i Predicatori per convertire gli eretici et confermare i fedeli*.

(Cfr. Calvi, *Delle Memorie storiche della Congreg. Osser. di Lombardia*, Milano 1669, p. 32; Ossinger., *Bibliotheca Augustiniana* p. 272; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Relig. Augustinianae*, Tolentini 1860, T. III, p. 389).

de **Cremona Fr. Albertinus**, inter scriptores Augustinianos a Possevino collocatur. Quo anno vixerit, nec ille tradit, nec ego novi. Forte possumus suspicari hunc esse illum Albertinum de Cremona, qui an. 1256 ex congregatione Pauperum Catholicorum ad Ordinem Augustinianum

transmigrauit. Scripsit: *Sermones praedicabiles Dominicales et pro mortuis*, qui mss. servabantur Cremonae in conventu S. P. Augustini, haedinis membranis, antiquo caractere exaratos in 4.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 53, a quo haec accepimus; Elssius, p. 21; Arisi, *Cremona Litter.*, T. I, p. 329; Ossinger, p. 272. Alii illum reponunt saec. XV).

de **Cremona Fr. Angelus**, florebat circa annum 1479, et scripsit: *Contra Augustiniani nominis hostes apologiam Ordinis*.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 55; Torelli, T. VII, p. 302; Arisi, T. I, p. 330; Fabric. Mansi, T. I, p. 95, et Ossinger, p. 272).

de **Cremona Fr. Gerardus**, S. Theologiae Doctor, inter auctores Augustinianos, quorum opera in Bibliotheca Conventus Cremonensis custodiebantur, ab Antonio Possevino in *Apparatu sacro* T. III, in *Appendice*, non assignato illius aevo, numeratur; forsitan est ille Gerardus, natione Italus, qui saec. XIV Provinciae Lusitaniae illustre extitit membrum, primarius Theologiae Lector in Ulyssiponensi Universitate, atque eiusdem Rector, qui circa annum 1350 *duo evulgavit volumina*. Non dicunt historici quid continebant ista volumina; ast de manuscriptis Cremonensibus ab eo exaratis afferunt illa continuisse. *Sermones Dominicales et festivos per totum annum eiusdem Magistri Gerardi, Doctoris Theologi, et tunc lectoris Perusini*.

(Cfr. Arisi, *Cremona Litt.*, Vol. I, p. 338, et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. I, p. 201, nec non Elssium in *Encomiasticon Augustiniano*).

de **Cremona Fr. Gregorius** vir admodum doctus, orator, et probae atque laudabilis vitae, [Pag. 270] vixit saec. XIV. Die enim 7 aprilis 1333, cum esset de familia in conventu S. Augustini Papiae, interfuit, praeside P Priore Generali Guillelmo de Cremona, Capitulo conventuali, quo acceptatus fuit in Ordine, ut *Dedicatus* «nobilis vir dominus Marcus de Fano, civis et habitator Aequilegiensis». (Cfr. Maiocchi Casacca, *Codex Diplomaticus Ord. Erem. S. Aug. Papiae*, T. I, p. 76). Die vero 19 septembris 1358, iam praefuerat Provinciae Lombardiae ut eruitur ex quadam dispositione de quaestione dirimenda vertente inter «conventum Cremone ex una parte, et conventum S. Augustini de Papia ex altera, super nonnullis libris bonae memoriae domini fratris Guillelmi Novariensis Episcopi». (Cfr. Ibidem, T. IV, p. 291). In alio documento (Ibidem, p. 295) dicitur *Venerabilis*, et die 1 februarii 1392 adhuc vitam agebat, cum esset sub prior in eodem conventu. (Ibidem Vol. V, p. 357). Certe octuagenario maior e vita migrauit. Composuit *Sermones festivos*, quos antiquis characteribus pagina haedina conscriptis in 8°, in Cancell. Biblioth. S. Augustini Cremonae vidit Arisius ut ipsemet affirmat in *Cremona Litt.*, Parmae 1702, T. I, p. 169.

(Cfr. Herrera, Possevinus, Torelli, *Secoli Agost.*, T. V, ad an. 1350, n. 45, Elssius, Ossinger, p. 273 et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. I, p. 205).

de **Cremona Fr. Ioannes**, qui floruit saec. XIII, dicitur ab Ossinger vir sacrarum litterarum scientia, eruditione et studio excellens. Scripsit *historiam ecclesiasticam* et alia. Ita Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 395.

de **Cremona Fr. Laurentius**, S. Theol. Mag., floruit saec. XVI ineunte. Fuit, ab Ossinger, p. 274, socius Vicarii Generalis, et an. 1507 per electionem constituitur Vicarius Generalis Congregationis Lombardiae; dein Procurator Generalis, ac postea Provincialis eiusdem Congregationis. Ultimo vero electus fuit Prior conventus S. Mariae de populo Urbis, in quo munere Romae an. 1511 e corpore vinculis evolavit, nobis relinquens: *Sermones quadragesimales et alia opera*.

(Cfr. etiam Arisi, *Cremona Litterata*, T. II, p. 475).

de **Cremona Fr. Nicolaus**, sive **Nicolinus** in capitulo generali Astensi an. 1419 (confirmante postea Priore Generali die 15 maii an. 1420) ad Magisterium in universitate et studio Patavino definitus fuit pro primo loco, ante Donatum Mediolanensem; a B. Augustino Romano, iam licentiatus, die 22 maii 1421 destinatur Regens studii Patavini pro an. 1421 cum provisione duodecim ducatorum iuxta reductionem Prioris Generalis M. Petri de Vena; et die 1 septembris, iam Magister, in Regentia Patavina pro an. 1422 confirmatur. Die 5 iunii ei assignatur camera olim M. Simonis de Cremona. Die 9 octobris an. 1422 et die 17 iunii 1435 Vicarius Generalis Conventus Cremonensis instituitur; et die 12 iulii 1423 et per totum insequentem annum erat Regens Patavinus. Die 2 iulii 1425 Capitulo provinciae Lombardiae Dominica secunda octobris an. 1426 celebrando, et die 5 Februarii an. 1432 pro Capitulo in conventu S. Martini de Alexandria an. 1433 congregando, primo loco Praeses datur. Fuit postea ab an. scilicet 1426 et ad lecturam logicae ac philosophiae moralis in Universitate Ticinensi deputatus, et coenobii Papiensis Regens, et an. 1430 Provincialis Lombardiae. Hoc tamen munus in manibus Gerardi de Arimino an. 1431 renunciavit; et ille, acceptata renunciatione, M. Albertum de Crispis de Papia [Pag. 271] Lombardiae Provinciale praescripsit. Die 16 augusti an. 1436 erat Prior coenobii Placentini; et die 4 novembris a Priore Generali confirmatur Provincialis Lombardiae, electus Placentiae in die B. Lucae Evangelistae. Neque ulla amplius in Regestis Nicolai mentio. De eo Iac. Philippus Bergomensis in *Supplemento Supplementi*, libr. VI, fol. 123, de urbe Cremona loquens, sic ait: «Habuit et Guillelmum Episcopum Novariensem, et Nicolinum Theologum insignem, qui multa memoratu digna composuere» et lib. XVI, fol. 425, sub an. 1482 agens de Baptista Piasio Cremonensi insigni astronomo, qui prope nonagenarius Kal. februarii an. 1492 levi morbo decessit, et in templo D. Augustini sepeliri voluit, haec subdit: «Nicolaus Cremonensis theologus et orator consummatissimus Ordinis nostri in Logica huic praeceptor fuit». Interfuit Concilio Basileensi, ut tradidit Hieronymus Roman in suis codicibus ex defitione ultima Capituli Mantuani an. 1434 celebrati, ex qua constat praefato Concilio interfuisse magistros Georgium de Valle Speciosa Provinciale Bavariae, Henricum Zolter, Albertum Crispi Provinciale Lombardiae et Nicolaum de Cremona. Ex Herrera, T. II, p. 193 fere iisdem verbis. Reliquit mss. *Tractatum de communicatione idiomatum in Christo et Sermones Praedicabiles*, qui custodiebantur in olim nostra Bibliotheca Cremonensi.

(Cfr. et Arisi, T. II, p. 231; Torelli, *Secoli Agost.*, Vol. VI, p. 650; Ossinger, p. 274, et Maiocchi Casacca, *Codex Diplomaticus* cit. Vol. II, p. 44).

de **Cremona Fr. Petrus**, orator illustris, vir simplex et rectus, floruit saec. XIV, fuitque celeberrimi eius concivis Simonis de Cremona coevus, qui ambo summopere Augustinianum Institutum virtutibus et sapientia illustrarunt. Petrus itaque *Concionum librum* exaravit, quem Arisi, ut in *Cremona Lit.* T. I, p. 189, Cremonae in Bibl. D. Augustini vidit, antiquis notis conscriptum in

haedinis chartis, cui initium rubeis literis est: «Istud opus compilatum fuit per Petrum de Cremona tunc Praedicatorem in conventu Laude Ord. Fratrum Aeremitarum D. Augustini». T. I in 4.

(Cfr. Elssius, *Encomiasticon August.*; Possevinus in *Appendice Apparatus Sacri*, et Lanteri, *Postr. Saec. sex R. A.*, T. I, p. 376).

de **Cremona Fr. Philotheus**, dicitur ab Ossinger, p. 275, «vir in theologia et Sanctis Patribus versatissimus, necnon S. Scripturae interpres profundus». An. 1594 in comitiis Cremonensibus suae Congregationis Insubricae per electionem Socius Vicarii Generalis evasit. Exaravit opus ita inscriptum: *Concionatoria P. Philothei a Cremona*, quae mss. asservabantur in nostra Biblioth. Cremonae.

(Cfr. Arisi, *Cremona Lit.*, T; II, p. 434; Calvi, *Delle Memorie Ist.* etc. cit. an. 1593; et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 405).

de **Cremona Fr. Simon** vir fuit, ut iisdem fere verbis testantur, Pamphilus, f. 51 sub an. 1348; Herrera, T. II, p. 396; Ludovicus Cavitellius in *Historia Cremonensi*, f. 130; Gandolphus, p. 319; Ossinger, p. 275 et alii, in divinis scripturis valde eruditus, liberalium artium egregie doctus, ingenio praestans et eloquio clarus, nec non in sermonibus ad populum habendis declamator insignis, quippe qui Venetiis multo tempore huic insudavit negotio, ubi verbo et exemplo plurimos erudivit. Magna insuper apud Ordinem florebat gratia et auctoritate: qua de re varias interdum conspicuas obtinuit dignitates. [Pag. 272] Nam an. 1385 erat Insubriae Provincialis; an. 1387 Regens S. Augustini Genuensis et Visitor Generalis conventus Savonensis, adeptus postea, anno nimirum 1388, a Generali Bartholomaeo de Venetiis, facultatem constituendi Priorem et Lectores in praefato Genuensi Coenobio ex quo, an. 1390, Patavium proficiscitur, ubi paulo post, ut putat Pamphilus, discessit e vita. Quidam auctores illum putant auctorem fuisse institutionis Neapolitanae S. Ioannis de Carbonaria Congregationis; at P. Thomas Herrera et alii melioris notae historici, potiori iure retinent hunc honorem deferendum esse B. Christiano Franco Pedemontano et B. Mattaeo de Introducto. Plurima scripsit opuscula ad utilitatem et instructionem concionatorum, quae sunt:

1. *Sermones super evangelia per annum, Venetiis habiti*. Cod. 2985 Bibliothecae Reg. Monacensis (Amb. 5), in 4, saec. XV, ff. 72.

2. *Sermones de Epistolis Dominicalibus cum tabula*. Cod. 3545 Bibl. Reg. Monacensis inter ff. 1-212, in 4 maiori, saec. XV, ff. 247 *Sermones super Evangelia totius anni* - extabant etiam Cremonae in Biblioth. S. Augustini uti testatur ex Possevino Arisius, *Cremona Literaria*, Parmae, 1702, T. I, p. 179 et II, p. 177; in nostra Ratisponensi scripti per Stephanum Schinidauer, an. 1467 in fol. ut habet Ossinger; *Sermones vero de Epistolis Dominicalibus* extant Viennae in Bibl. Caesaria codex chartaceus academicus in 4; et Romae in Angelica, Cod. 375, membr. saec. XV, in fol. ff. 94 binis coll., sub. hoc tit.: *Opus Epistolarum per totum annum compositum per Rev.mum doctorem Magistrum Simonem de Cremona ord. Erem. S. Aug. quod opus est Fratris Laurentii Bibliici de Fer.a eiusdem ordinis*. Des: «Explicit liber epistolarum sancti Pauli Apostoli per totum annum. Iste liber est fratris Laurentii de Feraria predicatoris civitatis Aretii ordinis heremitarum sancti Augustini, quem emit a fratre Iohanne de Aretio baccal. eiusdem ordinis M.CCCC.XX, die nona mensis octobris, pro tribus florenis aureis». Integrum opus sub tit: *Postilla super evangelis ci*

epistolis omnium dominicarum, et Opus praedicabile de evangeliiis et epistolis omnium dominicarum totius anni, quod impressum Reuttligen d. 26 maii a. 1484 in fol. mim. ff. 347 describit Hain, in *repertorio Bibliogr.* sub n. 5823 et Fretagin - *Analecta Librorum rariorum*, p. 866.

3. *Sermones super festos Dominicales*, cod. 3876 in mem. Bibl. Reg. Monacensi, inter ff. 1-212 in fol. enim, an. 1458, ff. 267. Eidem Fratri Simoni tribuuntur: *Sermones in festis totius anni*, num hi iidem sunt ac superiores recensiti? Stabant hi *sermones festivi* etiam in nostra Biblioth. Patavina in fol. membr. (Cfr. Tomasini *Bibl. Patavinae Privatae*, p. 75)

4. *Quadragesimale*. Erat ms. chart. in 4. Venetiis in Bibl. S. Ioan. et Pauli, I Ordine alterius partis (Cfr. I. Phil. Tomasini, *Bibl. Venetae Privatae*, p. 28).

5. *Sermones de praecipuis Deiparae festivitibus* (Cfr. Marucci in *Bibliotheca Mariana* Vol. II, p. 368, et Fabricius Mansi, *Bibl. Lat. m. et inf. latinitatis*, Florentiae, 1858, T. V, p. 483).

6. *Collationes mortuorum in Evangelia et Epistolas totius anni*. Romae in Bibl. Ducum de Altemps, modo in Vaticano, (Cfr. Herrera l. c.).

7. *Quaestiones et Expositiones Sententiarum*.

8. *Quaestiones de Sanguine Christi*.

9. *Quaestiones de Indulgentiis Portiunculae*, Tom. I.

10. *Harmonia in Evangelia*, lib. 1.

11. *Super Epistolis D. Pauli*, T. I.

12. *Libri Sanctorum quibus additae sunt constitutiones Clementis V*, Tom. I (Ita Gandolphus sed, notat Mansius, quid sit postremum hoc opus non assequor). [Pag. 273] Praeter citatos conferantur etiam Trithemius c. 602; Miraeus c. 433; Warton in Append. ad Caveum, p. 24; Felix Milensius in *Alphabeto Ord. Erem. S. Augustini*, p. 383; Gratianus, p. 166; Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. I, p. 351 et aiii.

Cresci Fr. Petrus, a S. Barnaba, Romanus, alumnus Congregationis Augustinensium Discalceatorum Italiae, in qua Praeses extitit Provinciae Romanae atque Visitor Generalis, obiit in suo Amerino coenobio an. 1714, relinquens ms. opus cui titulus: *Vitae Venerabilium Fratrum August. Discalceatorum*. Ita Tani in opere cit. p. 133.

Crespi Fr. Albertinus de Papia, S. Theol. Magister, an. 1415 erat Prior conventus S. Mustiolae in ipsa Ticinensi civitate. An. 1419 obtinuit ut Paduae in Collegio legere posset sententias et gradum magisterii inibi obtinere. Erat tunc Baccal.; sed ad instantiam Mediolanensis Ducis et suorum confratrum Papiensium, anno insequenti, ex Universitate Patavina ad Ticinensem traslatus fuit, ubi an. 1421 licentiatur, et an. 1422 Doctor in sacra pagina renuntiatur. Die 24 febr. 1424 fit Magister Regens conventus Papiensis ad S. Augustinum, eodemque tempore suffecit in Ticinensi Unversitate

Magistrum Fr. Ioannem Rocco Portii in Sententiarum lectura. Die 2 iunii an. 1425 pro Capit. Lombardiae Dominica 2 oct. an. 1426 celebrando, Praeses tertio loco deputatur cum magistris Nicolino de Cremona et Ioanne Rocco Portii. Die vero 6 februarii 1431 fit Regens coenobii Ianuensis, si in Capitulo non eligatur in Provinciale, et eodem anno, die 2 octobris, acceptata renuntiatione M. Nicolini de Cremona, fit a Generale Provincialis Lombardiae. An. 1433 a Mediolanensi Duce mittitur pro suo theologo ad Concilium Basileense, a quo pro suo oratore una cum Episcopo Sudense ablegatur ad Ioannem Paleologum Imperatorem Constantinopolitanum, ut constat ex eius *epistola* data Constantinop. die 15 octobris 1433, quae habetur T. IV. Conciliorum Severini, p. 231, et ex *Epistola* ipsius Albertini data Ulmae die 25 iunii an. 1434 Synodo Basileensi narrans quae sibi in itinere contingerant (Cfr. Dom. Mansi, *SS. Concilior. Collectio nova*, Supplem., Lucae, 1750, Vol. IV. p. 1050). Apud suos confratres inde reversus, fit iterum Prior S. Mustiolae, cui conventui et altero S. P. Augustini multa contulit bona atque beneficia. In Registris Ordinis die 14 iunii 1438 illi conceditur pro *suorum operum editione* unum scriptorem secum habere. Morti cessit die 12 aprilis an. 1454. Quae scripsit forsitan deperdita fuere.

(Cfr. Herrera, T. I, p. 50 et 55; Ossinger, *Bibliotheca August.*, p. 278; sub cognomine De Crispis, nam et ita in documentis vocatur, necnon Maiocchi-Casacca, *Codex Diplomaticus Papiae*, Vol. II, pp. 35-96, et Vol. V, pp. 364-378).

Cretoni Fr. Nicolaus, nostri S. Ordinis valde benemeritus Assistens Generalis, primam lucem aspexit Romae anno 1816. Iacobus et Firmina Trabattoni fuerunt eius parentes. Decem et septem annos agens Ordini Eremitano nomen dedit. In coenobio Interamnensi novitiatum fecit. Postea sua studia, quae passiva dicuntur, perfecit Viterbii, Romae ac Perusiae. Sacerdos ordinatus, anno 1842 philosophiae Lector efficitur. Docuit tum in Romano cum in Aesino, Matelicensi ac Interamnesi seminariis, et anno 1853 S. Theologiae Magister est renuntiatus. Anno 1859 Romanae Provinciae supremus Antistes, unanimi Patrum consensu eligitur, et an. 1865 in Comitibus Generalibus [Pag. 274] Italiae Assistens renuntiatur. Fuit etiam diversarum Romanarum Congregationum Consultor, et ubique tum vitae probitate, tum morum urbanitate, tum doctrinae splendore, tum demum praeclaris exantlatis laboribus magnam sibi apud omnes existimationem comparavit. Ceu Romani Cleri Examinator, ceu S. Inquisitionis, Indicis et Propagandae Fidei Consultor omnium plausum promeruit. Erga Ordinem zelum et amorem cum plurium Prioratum aliorumque officiorum laudabili gestione, tum praesertim Lutetiam Parisiorum profectio ostendit, quamvis ob funestissimas illius Nationis politicas vicissitudines re infecta reverti coactus fuerit. Vir, tam eximius ob diutius neglectae herniae exacerbationem praeter suam aliorumque expectationem in subitum vitae discrimen venit; quare difficillima incisione incredili patientia tolerata, atque admirabili divinae voluntati conformatione S. Ecclesiae Sacramentis ultro petitis ac receptis roboratus, vir longiori vita dignus mortalitatis cursum complevit 8 die novembris 1873. Fertur illum SS. mus Pius Pp. IX in Cardinalium collegio adsciturum nisi a morte praeventus esset. Scripsit et edidit: *Compendium Theologiae Moralis auctore P. Joanne Petro Gury S. I.: novis adnotationibus et SS. Congregationum resolutionibus locupletatum cura et studio P. Nicolai Cretoni Ads. Gen. Ord. E. S. A.* etc. Romae, ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide, 1873 et 1900. Habuit alias editiones.

(Cfr. Ciasca, *Notizie intorno alla vita del P. M. Nicola Cretoni*, Roma Tip. de Propaganda Fide, 1874).

Cretoni Fr. Vincentius, S. Theol. Mag., in civitate Sutrina an. 1828 ortus, et eius fratris Nicolai, de quo antea, natu minor, Eremitarum Augustinianorum regulam, corde sincero et humili, an. 1844 professus est. Philosophicis disciplinis postea ac theologicis non sine profectu operam sedulo navavit, atque sacerdos effectus, per omnes studiorum gradus ad magisterium pervenit. Variorum conventuum, praesertim Viterbiensis, cui multa contulit bona, extitit Prior; nec non suae Romanae Provinciae praesul supremus. Obtinuit insuper Assistentis Generalis honores, ac pie Viterbii obiit die 17 febr. 1895. Scripsit atque edidit: *Cenni Storici della Madonna di S. Agostino*, Roma, Tip. della Pace, 1886, in 8.

Crippa Fr. Cyrillus a S. Maria, Mediolanensis, Congregationis Augustinensium discalceatorum alumnus, natus die 5 maii 1666, Sacram Theologiae disciplinam tam diserte et erudite e cathedra tradidit, ut plures ex eius discipulis magisterii Lauream assecuti fuerint; totum enim, ait Ossinger, p. 277, se docendo et scribendo consecraverat, donec meritis et annis plenus, e vivis gloriose excessit an. 1733, cuius opera extant, quae sequuntur: *Theologia iuxta Sacras Scripturas, Concilia et Sanctos Patres scholasticis dogmaticisque ratiociniis communita*, de qua primum tomum tantum Mediolani excussum fuit, id est:

1. *De visione et incomprehensibilitate, scientia et voluntate Dei, atque de praedestinatione et reprobatione*. Cremonae, apud Petrum Richini, 1720, in 4.
2. *Complementum dicti cursus theologici*, ms.
3. *Constitutiones variae tam in iure canonico, quam in aliis rebus*, mss.
4. *Decisiones plures super casibus ad Theologiam moralem spectantibus*, mss.

Ita fere ex Argelato, *De script. Mediolan.*, T. I, Part. II, col. 514; Tani, *Commentaria* cit., p. 83-84; [Pag. 275] Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 437, et Hurter, *Nomenclator Lit.*, T. IV, Oeniponte, 1910, col. 998.

Christina a SS.mo Sacramento, monialis Ordinis nostri, Murani prope Venetias, in monasterio piissime vixit et praelo tradidit:

1. *Gesù luce e amore. Fiori dell'Ordine Agostiniano*. Roma, 1907, in 12, pp. 167.
2. *Un fiore eucaristico o la Beata Cristina d'Aquila dell'Ordine Agostiniano. Cenni storici per una religiosa del medesimo Ordine*. Roma, Tip. Vaticana, 1906, in 12, pp. 74.
3. *Gesù, l'Eucaristia, l'Altare*. Roma, typ. Vatic. 1910, in 8°, pp. 1- VII-324. «Aureum librum tam ob materiam, quae ibi exponitur, quam ob perpolitum stylum, quo autrix tam suaviter, dulciter, peramanterque loquitur. Ni fallimur, nostra consoror intime sentit quae dicit, alias enim nec tam alte, nec tam eleganter ac fervide eloqui valeret». Ita in *Analectis August.*, T. IV, p. 78.

Cristiani Fr. Christianus Xaverius a Lanteri, *Eremiti S. Augustinianae*, Part. I., p. 231, Franciscus Xaverius dictus, ortum habuit in Piceni oppido v. *Monte Granaro* die 9 ian. 1729.

Eremitanum Ordinem ingressus, ingenii praestantia atque in sacris disciplinis profectu se spectabilem reddidit. Evasit enim S. Theol. Magister atque in Bononiensi Universitate publicus eiusdem facultatis professor, examinatus Synodalis, doctor decurialis, coenobii S. Iacobi prior, et Aemiliae Provincialis. Iure insuper meritoque celebratur tamquam insignis concionator eximiusque poeta. Die 8 martii an. 1782 dum Pius VI Bononiae moraretur in Austriam iturus ex commendatione Ducis Parmae, illum ad Sacrorum Apostolici Praefecturam designavit, ac postea, scilicet die 29 septembris eiusdem anni revera Sacristam et Episcopum Porphiriensem renuntiavit. Consecratus fuit Romae in templo S. Augustini a Card. Carolo Rezzonico. An. 1794 tempore quadragesimali, iubente Summo Pontifice, vices gesserat concionatoris Apostolici tunc aegrotantis. Mansit in officio Sacristae, quod laudabiliter exercuit, usque ad primam Gallicam invasionem, ac post Pii VI deportationem an. 1798 in patriam reversus, ibidem apopleptico morbo correptus, debitum naturae persolvit die 3 ian. 1800 aetatis suae an. 70, mens. 11 dierumque 24. Ex suo asse haereditatem constituit Bibliothecam Angelicam Urbis, cuius praefectus fuerat. In ea eius praeclari ingenii extat sequens poema:

1. *Il tempio della felicità per l'augustissime nozze delle altezze reali Giuseppe Arciduca d'Austria... e della reale infante Donna Isabella di Borbone... Poema umiliato a sua altezza reale Don Filippo infante di Spagna, duca di Parma, Piacenza, Guastalla ecc, dal P. M. Reg. Cristian Saverio Cristiani Agostiniano. Pastore Arcade. Parma, Stamp. Monti, 1760 in fol. parvo.*

2. *Orationes panegyricae S. Petronii Episcopi et S. Catharinae Virg. et Mart.*

3. *Epistolae duae, una ad Abatem Iacobum Molinari, et est in cod. 442 (552) misc. Bibl. Universitatis Bononien., n. 17; altera vero in cod. 681, ff. 2 et 13, Bibl. Angelicae Urbis, d. Romae 1 iunii 1796 ad Barthol. Menochium Episc. Hipponen., de quibusdam privilegiis pontificiis eidem Barthol. concessis. (Cfr. Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, T., III, p. 233).*

Croce Fr. Seraphinus, floruit saec. XVII atque typis mandavit: *Nuovi hispanici appuntamenti, concetti e pensieri nelle quarantaquattro prediche delle domeniche o feste che corrono dal [Pag. 276] primo giorno di dicembre fino all'ultimo di febbraio del P. Perez dell'Ordine di S. Benedetto, tradotti dal R. P. Serafino Croce dell'Ordine di S. Agostino.* Venezia, appresso il Sessa, 1621, in 4. (Ex *Catalogo N. 6* «Libreria Varia, Napoli»).

de **Cumis Fr. Augustinus**, Eremitano Ordini adscriptus, tum doctrina, tum morum probitate, suo aevo maxime floruit. Vixit, ut videtur, saec. XIV labente et XV ineunte; nam in Reg. nostri Generalis Bartholomaei Veneti, fol. 66v. haec habentur: «Die 21 maii 1388 mandavimus ut per Regentem conventus S. Augustini de Papiis fratri Augustino de Cumis et socio, de cellis competentibus et victu communi provideatur» (Cfr. Maiocchi-Casacca, *Codex cit.* Vol. IV, p. 307). Insuper in quadam deliberatione capituli eiusdem conventus Papiensis die 29 maii 1390 habita, dicitur «bacalarius» (Cfr. eosdem Vol. I, p. 151), qui opportune adnotant: «E' (questi) certamente frate Agostino da Como, insigne letterato e teologo, di cui vedi Lanteri, vol. I, p. 25, e Torelli, vol. VI, p. 817. La data della morte, assegnata dal Lanteri al 1451, è dal Torelli posta in dubbio. Ed a ragione, poichè il nostro documento presentando frate Agostino già Baccelliere nel 1390, ci dà motivo di supporre che l'anno della sua morte debba essere alquanto anteriore al 1451». Exemplaritas et puritas vitae (verba sunt Gandolphi) eum populis venerabilem reddidit, litteratura concionando et scribendo ostensa, inter Doctorum choros aggregavit. Nominatur cum laude non

solum a nostratibus auctoribus, verum etiam ab abbate Picinello in *Mediolanensi Athenaeo*, et Io. Baptista Carisio in *Theatro sacro*. Nomen suum posteris commendavit aliquot eruditis exaratis voluminibus, quae mss. asservabantur in nostra Bibl. ad S. Marcum, quaeque sunt:

1. *Breviloquium in libros Sententiarum*.
2. *De virtutibus cardinalibus*, lib. I.
3. *De septem peccatis mortalibus*, lib. I.
4. *De oculo morali tractatus unicus*.
5. *Sermones varii*, lib. I; et *disputationes de Conceptione B. M. Virg.*

(Cfr. etiam Elssius; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, T. I, p. 251; et Hurter, S. I., *Nomencl. Lit.* T. II (1906) col. 889).

Curti Fr. Augustinus, Mediolanensis, S. Theol. Magister, vir fuit, ut scribit Philippus Argelatus, tum in philosophicis, tum in theologicis disciplinis egregie versatus, vixitque saec. XVII. Verum non fuit, ut ipse Argelatus, Insubricae nostrae Congregationis alumnus, sed Provinciae Lombardiae, cuius primatum tenuit. In actis enim capituli generalis an. 1673 Romae celebrati de illo haec leguntur «die XXI Domin. Pentecostes, de mane concionem de Spiritu Sancto doctissime et elegantissime habuit P. Mag. Fr. Augustinus Curti, Mediolanensis, Provincialis Lombardiae» (Cfr. *Analecta August.*, Vol. XI, p. 274). Insuper sciendum quod in eo capitulo iudex causarum electus extiterit et, a Provincialatus munere absolutus, in Priorem coenobii Mediolanensis ad S. Marcum adscitus evaserit. Obiisse videtur prope finem illius saeculi, posteris relinquens *Commentaria in primam partem Divi Thomae*, Vol. II, mss. in 4. Ex nostratibus cfr. praecipue Ossinger et Lanteri, *Postr. Saec. Sex R. A.*, T. III, p. 128.

Curti Soror Maria Pia, Romana, Monialis Augustiniana in monasterio S. Priscae Urbis, ubi floruit animi candore, observantia, caritate atque in sua oculorum caecitate invicta patientia. A iuventute humaniores litteras coluit [Pag. 277] atque sui ingenii nonnulla reliquit, ex quibus quaedam edidit in nostra ephemeride *La Madre del Buon Consiglio nelle Famiglie Cristiane* ab an. 1899 ad an. 1910 sub titulo: *Bozzetti e Novelle*, quae nimirum sunt: a) *Tristi conseguenze di una educazione alla moda*; b) *Ricordi di Roma*; c) *La prima Comunione*; d) *Il confronto*; e) *Renata*; f) *La Campana del Pastore*; g) *Nella Cripta di S. Cecilia*; h) *I figli dei divorziati*; i) *Il figlio del giuocatore*; j) *Zena*; l) *Sull'argine del Bisanzio*; m) *La notte di Natale*; n) *Valentina*; o) *Un fiore*; p) *Il coscritto*; q) *Alla Madonna del Buon Consiglio*; n) *La Calunnia*; s) *L'Angelo biondo*; t) *Eroismo di una contadinella*; u) *Il Rosario di una bimba*; v) *Sull'Aventino*; x) *Le due sorelle*; y) *Il figlio perduto*; z) *Fernanda*.

de **Cusentia Fr. Thelesphorus**, Provinciae Calabriae Ord. Erem. S. Aug. alumnus, floruit saec. XV exeunte, atque typis dedit *De magnis tribulationibus in proximo futuris collectus ex Vaticiniis Beati Cyrilli Abbatis Ioachim, Dandali, Merlini, et Veteribus Sybillae, et fratris Ubertini de Casalis de septem statibus Ecclesiae*. Venetiis (circ. an. 1500), multis cum figuris xilographicis, Vol. 1 in 4. Vero hoc opus positum fuit a bibliopola romano Silvio Bocca, ut in suis Catalogis.

PRAETERMISSI

A. Ordinis Eremitar. S. Augustini est auctor *tractatus qui mensa pauperum* inscribitur, quique asservatur in cod. 4280 Bibl. Reg. Parisiensis.

Accimatori Fr. Thomas Maria, Genuensis, vixit saec. XVI ineunte, atque in luce exposuit: *Compendium Vitae S. Nicolai de Tolentino una cum effusionis sanguinis relatione, Septenario sacro, officio, notitia miraculorum, responsoriis sanct.* etc. (Italice) Genuae apud Casamaram, 1703 in 12. Ex Gandolfo p. 361.

de **Aderno Fr. Fulgentius**, S. Theol. Doctor, an. 1620 erat Recineti Bacc. ad nostram pubem docendam occupatus, et an. 1625 in capitulo generali romano Regens Panormi constitutus, cum iam esset S. Theol. Magister. Huius adservantur in Bibliotheca Angelica mss. opera sequentia:

1. *Tractatus theologicus de Incarnatione*. Inc.: «De incarnatione, Questio prima. An conveniens fuerit Deum incarnari». Explicit: «Finis Deo adiutore. Dictante ad. R. P. M.ro Fulgentio Adernionensi, Siculo». Cod. 1187 (S. 5.14) chart. in 8°, saec. XVII, ff. 168.

2. *Quaestiones theologicae*. Inc.: «Quaestio prima. An in Deo sit scientia, et an illa sit entitas absoluta? Pro tituli intelligentia».

3. *Tractatus de Praedestinatione*. Inc.: «An Deus homines praedestinet? Pro tituli intelligentia». Expl.: «Haec satis de praedestinatione, die prima Martii 1622».

4. *Tractatus de divina voluntate*. Inc.: «An in Deo sit voluntas. Ad intelligentiam tituli» et expl.: «Et satis de divina voluntate, ad laudem Dei miserentis, Deiparae deprecantis et SS.rum Dominum Deum laudantium 31 X.bris 1622. Eugubii fr. Augustinus Antimus Septempedanus scripsit, docente ac [Pag. 278] dictante Ad. R. P. M.ro Fulgentio Adernionensi, Siculo, suo praeceptore amantissimo regente meritissimo, theologo peritissimo, nec non philosopho doctissimo, dum lectoratus munere ac dignitate fungebatur apud Olivetanos monachos, summa totius nostrae et illorum religionis laude». Omnia haec continentur in cod. 1207 (S. 5.34), chart. in 4, ff. 235, saec. XVII, praedictae Angelicae Bibl. Quis fuerit iste Fr. Augustinus Septempedanus, a S. Severino, colligitur ex Actis Capitulum generalium, Ord. nostri editis in *Analectis August.* Vol. XI, et ex notula ab eodem scripta in hoc postremo codice f. 235 ubi legitur: «Mi feci frate di S. Agost. il 23 Aprile 1615 in Monte Giorgio, a tempo del Rettorato del P. M.ro Gio. Batt.a da Monte Giorgio circa finem». Post consuetum studiorum curriculum creatus fuit Lector ac Bacc. et an. 1637, cum esset Firmi studiorum Regens, vocatus ad Urbem, post rigorosum periculum laudabiliter peractum inauguratus fuit S. Theol. Magister. An. 1645 ivit ad Capitulum gen. tamquam Discretus Provinciae suae Marchiae. Extitit deinde Socius Procuratoris Generalis, et in Capitulo gen. an. 1649 Mag. Augustinus Antimi a Sancto Severino nominatus fuit eiusdem Capituli et Ordinis totius Secretarius. Anno tandem 1661 constitutus fuit Provincialis provinciae suae Marchiae, et in Registris non amplius apparet. Eius esse, mihi videtur *Tractatus de gratia divina*, qui asservatur in eodem Angelico codice 1207, ff. 150-234; uti tribui mihi videntur, non R. P. Fulgentio [Arminio?] prout, quamvis cum puncto interrogativo, assignat praelaudatus Henricus Narducci: *quaestiones theologicae de attributis*, quae

sunt in cod. 1191 (S. 5.8) chart. in 8, saec. XVII, ff. 130, eiusdem Bibliothecae, sed P. Fulgentio Adernionensi, cuius in hac Bibliotheca existunt, ut vidimus, alii tractatus.

Agatea Fr. Marius, Mutinensis, an. 1620 ortus, quamvis sub eius effigie dicatur natus an. 1628, fuit celebris musicus, et ab an. 1665 ad an. 1673 in patria ecclesia cathedrali Capellae Magister. Inde in Bononiense nostro coenobio ad S. Blasium sese recepit, quo, fere caecus, vitam duxit usque ad eius obitum, quem oppetiit mense ianuario an. 1699. Quamvis dicatur «musico insigne» tamen, ait Astengo, *Musici Agostiniani*, Firenze, 1929, pp. 15-17, «deve aver scritto poco; a meno che le sue composizioni non sieno andate perdute. Nella raccolta di *Autori diversi* di Marino Salvini, Bologna, Monti, 1670, c'è dell'Agatea un motetto: *Venite celeres*. Alla R. Bibl. Estense di Modena si trovano mss. le seguenti composizioni dell'A.: a) *Tre cantate per alto e basso continuo*; b) *quattro cantate per soprano*; c) *Arietta per contralto*; d) *Aria con violoncello obbligato*... Nella Bibl. del liceo musicale G. B. Martini di Bologna si conservano dell'A. cinque lettere da Modena (dal 1685 al 1686) a Gio. Paolo Colonna col quale l'A. era legato da vincoli di sentita amicizia: in quella dell'8 maggio 1680 parla di un *originale delle litanie* dato allo zoppo copista».

Albasini Fr. Petrus Ludovicus, de quo p. 15, ita etiam memoratur: *La quaresima in Parnaso ovvero Prediche quaresimali recitate l'anno 1790 nella chiesa cattedrale d'Ivrea dal M. R. P. Pietro Ludovico Albasini d'Asti raccolte in sonetti da Giov. Domenico Leone da Rivarolo*. Torino, 1791, presso Ignazio Soffietti, in 8. Ita Manno in cit. *Bibliogr.*, T. VIII, (1907), p. 298.

Aleotti Soror Victoria, Ferrariensis, monialis ordinis nostri ut eius germana Raphaela, de qua p. 20, et cuius extitit nata minor, [Pag. 279] cum illa primam lucem aspexisset an. 1566, dum Victoria ortum habuerit an. 1570. Haec «scolaria, come la sorella, ait Astengo l. c. p. 40, di Alessandro Milleville, a sei anni suonava a meraviglia l'Arpicordo. Da quella del Milleville passò alla scuola di Ercole Pasquino, che la fè progredire nel canto e nel contrappunto. A 10 anni entrò a S. Vito (monasterium Augustiniensium monialium Ferrariae) per la cultura superiore, e vi si trovò tanto bene che vi si fece monaca. Più fortunata della sorella, di lei ci restano 21 pezzi musicati su versi del Guarini, stampati a Venezia nel 1583 sotto il titolo: *Ghirlanda di madrigali a 4 voci*».

Altavilla Fr. Antonius Maria, Prior conventus S. Ioan. Baptistae Ord. Erem. S. Aug. civitatis Albensis in Pedemontio, scripsit atque edidit: *Gemme preziosissime del tesoro di S. Chiesa concesse dai Sommi Pontefici ai devoti cinturati del gran Dottor di S. Chiesa Agostino Santo sotto la protezione della Madonna della Consolazione dedicate all'alma città di Alba da Fr. Antonio Maria Altavilla Priore Agostiniano*. In Carmagnola, 1669 per Biagio Cayre in 12. Ita ex praefato Manno, *Bibliogr.*, cit. Vol. II (1891), p. 82.

Antonelli Fr. Cornelius, Ariminensis, *il Turturino* dictus, floruit saec. XVI, atque edidit «per a le volte scarcare l'animo, da continovi studi della mia professione affaticato»: *I dolci frutti Lib. de' vaghi et dilettevoli Madrigali de diversi eccellentissimi autori a 5 voci*. Venezia Scotto, 1570. Ita P. Stephanus Astengo, *Musici Agost.* cit p. 17.

Antonius, Fratrer Ord. Erem. S. August. cuius extat: *Opinio in causa novem assertionum Ioannis Parvi*, quae asservatur in cod. 1485 Bibl. Regiae Parisiensis. Videtur hic idem esse ac primus istorum praetermissorum qui certe floruit saec. XIV.

Antonius alter Fr. Ord. Erem. S. August. qui typis commisit opus postumum Sebastianiani Andreae Antonelli, cui titulus: *Historiae Asculanae libri quatuor*, quibus adiectus est: *Historiae Sacrae liber unus*. Patavii, 1673, vol. in 4, in quo libro edendo adiutorem habuit Carolum Cedonium Andreae Antonelli. Haec ex catalogo librarii antiquarii Romani B. Benedetti n. 64 an. XI, an. 1900.

de **Aretio Fr. Angelus**, cuius olim in nostra Patavina extabat quoddam opus ita a Tomasini in suis *Bibliothecis Patavinis privatis*, p. 77 enunciatum: *Angeli Aretini Ordinis Eremit. Logica* f. m. non indigitatur quo tempore vixerit.

Bianchi Fr. Ioan. Baptista, Genuensis, S. Theol. Bacc. floruit saec. XVII, fuitque organi pulsator ac capellae Magister. Edidit: *Madrigali a 2 e 3 voci* (oper. I), Bologna, Monti, 1675 (Cfr. Astengo, o. c., p. 20).

Bonafede Fr. Ioseph, de quo p. 135, edidit insuper: a) *Regalo di Dio alla Real Corona di Savoia: Panegirici sacri ai misteri della S. Sindone di N. S. Gesù Christo*. In Asti per il Giangrandi, 1654, in 4. (Cfr. Manno, *Bibliogr. cit.*, Torino 1884, Vol. I, n. 301); b) *Il cavalier del Cielo: Panegirico sacro alle glorie di S. Secondo*. In Asti, per il Giangrandi, 1654 in 8 (Cfr. Manno ibidem).

Buchetto Fr. Aegidiu ex oppido v. Netro Biellese, cum iam esset iuris doctor, Bugellae inter nostrates Congregationis Lombardiae adscribi voluit, et inter eos S. Theol. Lector evasit, fuit doctrinarum nostri Aegidii Romani sollers et eruditus expositor atque [Pag. 280] defensor, obiitque circa an. 1580. Reliquit mss. quosdam *tractatus theologicos*, et non nullos *sermones*, qui asservabantur in praedicto conventu de Bugella (Cfr. G. De Gregory, in eius opere edito Taurini, 1820, Vol. II).

Canisio Fr. Aegidius, Viterbiensis, S. R. E. Cardinalis, de quo pp. 171-186, et cuius memorari debent varias alias *Epistolas*, quae sunt in cod. Vat. Lat. 3141, optime illustratur etiam a iuris perito I. Signorelli Viterbiense.

Carcani Fr. Victorius, de quo p. 199, scripsit, ut vidimus, varias orationes. Ex his duae extant in Bibl. Casanatensi, et sunt: a) *De Divae Catherinae laudibus oratio habita Venetiis VIII Kal. decembris an. 1577*, asservata in Misc. II, b. 2 chart. 192; b) et alia cui tit.: *Triumphus Divini Amoris*, ab eo memoriter pronuntiata *die festo Pentecostes in celeberrimo ac florentissimo Gymnasio D. Stephani Venetiis 1578* et extat ibidem in Misc. II, b. 3, chart. 361.

Casa Fr. Ludovicus, qui etiam **Dalla Casa** nuncupatur, Genuensis, S. Theol. Mag., «vir eruditione et doctrina clarus, eloquens orator, et poeta magni nominis» ut de eo habet Oldoinus in *Athenaeo Ligust.*, Perusiae, 1680, p. 405, ortum habuit an. 1628 mense Decembri, ex Stephano et Maria Della Casa, et Augustinensium Congregationem de Consolatione iuvenili aetate ingreditur, cuius ab an. 1678 ad an. 1680 primatum obtinuit, interveniens an. 1679 Capitulo gen. Romae celebrato. Quanta floruerit fama, quantaque existimatione ex sequenti epistola patet quam ad illum scripsit E. mus Cardinalis Gaspar Carpegna, Romae Papae Vicarius, cum suam Genuensem Congregationem regeret, quaeque tenoris est sequentis: «Conosco e stimo V. P. per il credito che Ella si è acquistato presso tutti colla gravità ed eloquenza de' suoi componimenti; ma se per questa

ragione ho fissato il desiderio che la sua penna, a guisa di tromba di oro, debba far risuonare in ogni parte della cristiana repubblica la santità del B. Giovanni di Dio, fondatore dell'Ordine de' *Fate bene fratelli*, mi figuro anche che Ella sia per aver molto gusto d'intraprenderne e compirne l'opera, descrivendone la vita che è singolarmente maravigliosa e per atti di virtù e per numerosa quantità di miracoli... Mi riporto al di più che l'è insinuato dal suo P. Generale, che è mio amico, appagandomi di assicurarla, che quanto saprà fare la squisitezza del suo talento in maggior onore del Santo, sarà da me considerato con incessante parzialissima obbligazione...». Videtur an. 1693 illum adhuc vitam egisse, et en quae ab eius calamo habentur:

1. *Genova piangente per la peste Monodia*. In Milano per il Monza 1658 sub nomine Aegidii Cruelii Paduani; item in Ancona per Francesco Serafini, 1668 in 8; item sub proprio nomine: in Tortona nella stamp. di Nicolò e fratelli Viola, an. 1674 in 8.
2. *Orazione panegirica dell'invenzione della S. Croce*, Milano, 1660.
3. *Orazione panegirica di S. Caterina Verg. e Mart.*, Milano 1652.
4. *Discorso sul SS.mo Sacramento*. Milano 1660.
5. *La scuola di Gesù aperta alle claustrali*. In Roma 1667, in 8, et in Viterbo per Pietro Romanelli 1668 in 12.
6. *Il Triregno, ovvero le tre Corone. Panegirico nella Beatificazione di Pio V. Som. Pont.* Genova, Franchelli, 1672 in 8.
7. *Le glorie dei Monti, panegirico de' Santi Innocenti*, Genova, Franchelli, 1673.
8. *Genova grata, ovvero la gratitudine [Pag. 281] dei Genovesi verso i Defunti. Discorso detto in Genova nella chiesa di S. Sabina la 3. Domenica dell'Avvento l'an. 1673*, Genova Franchelli, 1673, in 8.
9. *Pompe sacre per la Religione Agostiniana, ovvero, Orazione panegirica di S. Tomasso da Villanova*. In Roma l'an. 1666.
10. *Orazione di S. Agostino volgarizzata in terzetti* edita sub ficto nomine Claudii Casola. In Genova, Franchelli in fol. (Cfr. Quadrio, T. II, p. 223 et Cinelli, Bibl. volante, T. II, p. 337).
11. *Traduzione o parafrasi dell'orazione Ante oculos tuos, Domine*, edita a nostrate Gandolfo in *Fiori Poetici dell'Eremo Agostiniano*, pp. 140-156.
12. *Anagrammata latina et italica* ab eodem Gandolfo ibidem edita.
13. *Hymni duo in laudem D. Ioannis a S. Facundo* editi ab eodem Gandolfo in *Dissertatione Hist. de 200 August. Script.*, Romae, 1704, pp. 399-400.

14. *Busticetum Academicum, sive Academia Mortuorum instituta in obsequium D. Mariae Helenae Lusinianae Genuensis*, Genuae, 1693 in fol.

15. *Tuba protreptica ad Musas Europeas*. Genuae, 1692, typ. Antonui Casamatae in fol.

16. *Apophasis ad obiurgatores mulierum scientificis studiis addictarum*. Genuae 1629 in f.

17. *Ad Mariam Helenam Lusinianam Genuens. Anagramma numerico - Chronosticum purum*. Genuae, 1692.

18. *Poesie sacre*, sub nomine Hieronimi Sacchi. In Milano, 1662 in 8 et per il Giroldi 1668 in 8 et sub eius nomine proprio editae a P. Innocentio Corte di Nove dello stesso Ordine all'Ill.mo Signor Agostino Pallavicino quondam Ansaldo. In Genova per Ant. Giorgio Fachinelli in 8 et alia.

(Cfr. Ossinger, *Bibl. August.*, p. 212; Cinelli, *Bibl. volante*, Modena 1695, scanzia XI, p. 123-24, et p. 65 edit. Parmae, 1686; Lanteri, *Postr. Saec. Sex Rel. Aug.*, T. III, p. 89, et Soprani, *Scritt. Liguri*).

Ciogni Fr. Guillelmus, Senensis, S. Theol. Mag., an. 1699 erat suae Provinciae praefectus, qui cum an. 1683 esset studii Senarum Regens in lucem edidit: *Il Braccio forte e benefico. Panegirico in lode di S. Ansano Battezzatore di Siena detto dal P. Paolo Antonio Appiani S. I. nella metropoli della detta città il 1 Dicembre 1682 dedicato* (a praedicto Ciognio) *all' Ill.mo e Rev.mo Monsignor Marsilii Arcivescovo della medesima*. In Siena nella stamperia del Pubblico, 1683 in 4.

(Cfr. Cinelli, *Bibl. Valente*, Venezia, 1734, T. I, p. 49).

Conti Fr. Pascasius, qui et **De Comitibus** necnon et a *S. Francisco* dicitur, Mediolanensis, pietate atque doctrina spectabilis, floruit saec. XVIII. Poenitentiae vel studendi causa in solitudinem concedere percupiebat; quinquaginta annorum spatio, ait Ossinger, p. 251, horas continuas sex aut septem poenitentium confessiones singulis diebus excipiebat; dein paucissimo cibo famem expellebat; reliquum diei tempus vel legendis vel scribendis libris dabat; demum virtutibus ditior quam diebus, Mediolani in coenobio SS. Cosmae et Damiani, octogenarius piam animam exalavit. Brevi: ornamentum vere fuit nostrae Congreg. Discalceatorum Italiae. Eius habentur:

1. *Primi rudimenti di spirito, esposti alle semplici verginelle*. Milano, per il Malatesta, 1713 in 12.

2. *L'Eucaristico pane sminuzzato ai semplici*. Milano per l'Agnelli, 1720, in 12.

3. *Vita di S. Nicola da Tolentino con il modo di fare li sette giorni a di lui onore*. Milano per l'Agnelli, 1722, in 12. [Pag. 282]

4. *Istruzioni più necessarie per li tre Sacramenti della Confessione, Comunione e Cresima*. Milano, per il Malatesta, 1724, in 12.

5. *Indulgentiae SS. Cinturae et Rosarii B. Mariae Virginis*.

6. *Collectio variorum opusculorum diversorum auctorum, summo stadio, labore et diligentia disposita.* Vol. 20.

7. *Index auctorum omnium in Bibliotheca SS. Cosmae et Damiani volumina duo, in quorum primo nomina scriptorum, in altero materialium ordine servato pro maiori studentium commoto, libri singuli referuntur.*

8. *Kalendarium perpetuum cum pluribus mobilibus planisperiis, ad certam Paschatis diem singulis annis reperiendam, et praecipuos solis lunaeque periodos in perpetuum inveniendos; additis etiam facillimis tabulis ad dignoscendam quocumque anni tempore divini officii recitandi statutam horam, et alia.*

(Cfr. Argelati, in *Bibl. Script. Mediol.*, T. II, part. II, col. 446; Ossinger, p. 251; et Tani, *Comment. cit.* p. 131).

Conti Fr. Petrus, Romanus, S. Theologiae Magister, fuit professor insignis, et inter Theologos sui temporis nulli secundus. Vir omnigenae literaturae, rethor, poeta, philosophus et theologus extitit, ut eius scripta testantur. A totius Ordinis nostri Vicario Generali Petro Lanfranconio aetate proventus, quippe qui iuvenilem aetatem in societate Iesu aliquantulum transigeret, inter D. P. Augustini asseclas cooptatur; solemnem professionem emittens, Conventui S. Augustini de Ancona filius adscribitur, et, anno 1661, ibidem studiorum Regens praeficitur, ut ipse Petrus asserit in praefatione habita Anconae pro solempni studiorum instauratione, dum, Regens factus, Theologicam gymnadem aperiret anno 1661, postridie Festo Divi Nicolai de Tolentino; quae quidem praefatio reperitur in suo opere cui titulus: *Rethorica miscellanea* p. 50. Quod munus proinde triginta ferme annos laudabiliter exercuit in plurimis Italiae gymnasiis Perusino, Veneto, Patavino et Romano, non sine Ordinis nostri gloria, discipulorum profectu, quos inter celeberrimos habuit Nicolaum Bonifatium Vecetii Caesenatem, Petrum Iacobum Mathis Carmagnolensem, Thaddaeum Caluschi Mediolanensem, Iulium Bandinum Cavasum, Iosephum Giannotti Tuscanensem etc. In Universitate Maceratensi Theologiam Scholasticam publice docuit, instante Ill.mo et R.mo D. Augustino Franciotto, totius Picenae Provinciae pro Sancta Sede Apostolica Moderatore. Vir fuit cuius vitae circulus et calamus notissimum fecerunt propter quamplurima ad posteros studiorum suorum monumenta transmissa. SS. D. P. Alessandro VIII, ad Petri solium evecto, anno 1689 ad osculum pedum admissus, humiliter petiit ut sibi concederet in Urbe mori; ubi revera, uti Regesta Ordini adnotant, septuagenarius angelico, ut vixit, corde obdormivit in Domino die 6 octobris anni 1696. Eius opera latine exarata sequentia sunt.

1. *Anphiteatrum in funere Contarmi Ven. Ducis.* Venetiis, 1656, Typ. Pinellianis, in 4.

2. *Disputationes Methaphisicae Theol. exagitatae penes Gregortum Lintz,* Monachi 1658 in 12.

3. *Organum Philosophicum, seu clavis aurea ad universam philosophiam.* Venetiis, 1658, Typ. Camilli Bartoli, 1 vol. in 4.

4. *Philosophia novissimorum novissima*. Venetiis, Typ. Bartoli, 1658 in 8 P. I, et Part. II, Venetiis, 1659 in 8.
5. *Poesis Sacra et Profana*. Venetiis, 1660, Tip. Francisci Valvassoris. [Pag. 283]
6. *Vindicationes Peripateticae adversus neotericum anonymum*. Venetiis, 1660, 1 vol. in 4.
7. *Physica Universa*. Anconae, 1669, 1 vol. in 8.
8. *Summa Philosophica*. Anconae; 1669, 7 vol. in 12 et Anconae 1670.
9. *Philosophia rationalis Logicam Universam complectens*. Anconae, 1671 in Typ. Camerali in 8.
10. *De ortu et interitu seu de Generatione et Corruptione*. Anconae, 1671, 1 vol. in 8.
11. *Rhetorica Miscellanea complectentia: omnis generis orationes, epistolas dedicatorias, academicas prolusiones, praefationes etc.* Anconae, 1676, vol. in 4.
12. *Tractatus de Visione beatifica*. Venetiis, Typ. Dominici Milochi, 1679, 1 vol. in 12.
13. *Tractatus de Beatitudine*. Venetiis 1680, 1 vol. in 12.
14. *Tractatus de SS. Trinitate sive de Deo Trino*. Venetiis Typ. Io. Franc. Valvasensis 1681, 1 vol. in 12.
15. *Tractatus de Praedestinatione et Reprobatione*. Venetiis iisdem typis, 1681 1 vol. in 12.
16. *Tractatus de Deo uno seu de Divinis perfectionibus*. Venetiis, Typ. Dominici Milochi, 1682 in 8.
17. *Tractatus De Angelis*. Patavii, typis. Petri M. Frambotti 1684, 1 vol. n. 8.
18. *Tractatus de Intellectu et Scientia Dei eiusdem de Divina voluntate*. Patavii, Typ. Petri M. Frambotti, 1684, 2 vol. in 8.
19. *Tractatus de Poenitentia*. Patavii iisdem typis, 1686, 1 vol. in 8.
20. *Tractatus de Incarnatione Dominica*. Romae, apud Io. Franc. de Buagnis, 1688, 1 vol. in 8.
21. *Tractatus duo, de iustificatione impii et de merito*. Romae apud Io. Franc. de Buagnis, 1689, 1 vol. in 8.
22. *Tractatus de peccato originali*. Romae, apud. Io. Franc. de Buagnis, 1690, 1 vol. in 12.
23. *Fasti Senenses ab Academia Intronatorum editi*. Typis Romanis (Cfr. Cat. Bibl. Casanatensis, T. II, Pat. I, p. 378).

24. *Meteora, sive libri metereologicorum*, et alia, quae notantur a Prospero Mandosio in *Bibliotheca Romana* vol. I p. 22 ; a P. Lanieri in *Postr. Saec.* III, p. 101; a Iocher in *Universali Lexico Erud.* T. I, Col. 2038, et a P. Lopez in *Add. ad Crusenii Monast.*, p. 309. A citato Mandosio autem appellatur: «vir in divinis et humanis litteris studiosissime versatus, eximio clarus ingenio, religiosis autem virtutibus illustrior, theologus et philosophus celeberrimus, rethor elegans et poeta eruditus».

Corti Fr. Iacobus, filius Mussi, qui et **De Curte** dicitur, Papiensis, nobili genere ortus, primas hausit auras circa an. 1449. An. 1475-1477 in patrio S. Augustini coenobio erat Lector; sed paulo post Rhodum mittitur, ubi an. 1430 a Turcis obsidione arce illa circumfessa, atque omni eorum impetu a Christianis Rhodiorum Equitibus fracto, omnibusque oppugnationibus ipse adstitit easque descripsit. Fuit deinc, anno scilicet 1482 Rhodiorum conventus Prior electus, ac biblicus pro quatuor annis nominatus. In patriam autem cum remeasset, atque an. 1486 Sacrae Theologiae Magister renunciaretur, Universitatis Papiensis theologorum Collegio est cooptatus, functusque eodem tempore Ecclesiae S. Iulictae ad Padum Rectoris munere. Una cum magistris fratribus Antonio de Laude, Galeatio Vicecomite an. 1493 conventum Papiensem S. Mustiolae incolebat, ibique mansit usque ad an. 1501 quo die 11 febr. una simul cum aliis doctoribus scholarium praedicti Studii, ac nobilium civium [Pag. 284] numerosa catherva solemniter adstitit, quibus in aula magna Episcopalis Palatii, eius confrater Ioannes Iambris Turonensis, iure ac merito lauream magistralem suscepit. Eius dies obitus me latet. Edidit: *De urbis Colossiensis obsidione a Turcis tentata, anno 1480, 23 maii*. Inc.: «Ad magnificum spectabilemque I. v. d. dominum Franciscum de Curte. Adversus urbem Collosensem quid...». Explicit: «Oratio edita per reverendum Fratrem Iacobum de Curte Ordinis Augustinensium». Venetiis Erhaldus Radtolt de Augusta, s. a. [1510?] in 4°, ff. 8, non num. 29,30 II, char. Goth. Reperitur Londini in Britannico Museo; in Galliae civitate v. Carpentras, et Romae in Bibl. Nat. Vict. Em. 70.8 F. 20. Cfr. Hain. n. 5868; Pellechet, *Cat. general des incunabules de France*, Paris, 1909, T. III, n. 4062 vel 46627.

(Cfr. et Rod. Maiocchi ac Naz. Casacca, *Codex Dipl. Ord. E. S. Aug.*, Papias, 1906, Vol. II, pp. 195, 318-19 et Vol. III (1907) p. 1-2 nec non *Acta Capitulum Gener.* in *Analectis Aug.*, Romae, 1918, Vol. VII, p. 290).

Cortis Fr. Ioannes, dictus etiam **De Curtis** et a S. Mauritio, in Monte Regali an. 1609 ortus, vigesimum annum agens, eum iam in patria humaniores litteras ac philosophiam didicisset, Salutis in coenobio SS. Nicolai et Annae an. 1629 Augustinianum Discalceatorum habitum induit. Tyrocinio peracto, ad Taurinense coenobium se contulit ubi magno cum fructu theologiae vacavit. An. 1634 sacerdos inauguratus, in variis Italiae urbibus, praesertim Taurini verbi Dei praedicationi incubuit, ubi famam insignis concionatoris sibi comparavit. At quadam die, dum sacram concionem ad populum haberet, vehementi dicendi vi rupta fuit illi vena, et sanguinem exputare coepit, qua de re officium concionatoris relinquere coactus, confessionibus poenitentium, qui turmatim ad eum confluebant, excipiendis, totum se dedit. Taurini modo Prioris, modo Provincialis, Romae tandem Definitoris gen. muneribus functus est. Obiit die 19 nov. 1675. Scripsit: *Guida de' semplici per fuggire i peccati ed unirsi di cuore a Dio, con pratiche di esercizi spirituali*. Torino, 1652, 1656, Milano 1658.

(Cfr. Tani, *Commentaria* cit. p. 118).

Cyrillus a S. Maria vide: **Crippa**.





